# COMPENDIOLVM DE ORTOGRAPHIA DOMINI ALBERICI DE ROSATE.

*NVNC de ortographia de qua aliquid tangitur in Spec. de rescrip. præsentatione. §. patris igitur 2. col. uersi. & quoniam ex forma scripture aliqua tradã. Circa quã multis modis errare cõtingit, aut quia geminatur litera non geminanda, aut quia non geminatur geminanda.*

*Ad euitationem igitur errorum multorum, sciendum est quod quinque sunt signa quibus possunt cognosci, s. positio, deriuatio syllabarum, naturalis terminatio, et ipsarum breuiatio seu productio. Ex positione. n. insurgit multiplex uariatio scripturæ, s. litere geminatio, ut cum ultima litera præpositionis seu alterius dictionis mutatur in literam dictionis cum qua componitur, ut apporto scribitur per geminum pp. quia componitur ex ad et porto. et d. mutatur in p. Litere interpositio, ut prodest componitur a pro, & est, sed interponitur d. causa euphonie, Litere abiectio, ut traduco componitur ex trans & duco sed abiiciuntur n. & s.*

*Et litere unius magis quam alterius positio, ut comedo componitur ex cum & edo, sed quia, n, transit in m, scribitur per m. Syllabe quoque formatio, quia est causa geminationis litere cum additur litera a qua incipit syllaba quæ secum adiungitur, ut patet in superlatiuis, in quibus geminatur. ss. & syllaba simus, ut altissimus, & in præteritis plusquā perfectis optatiuorum, subiunctiuorū, et infinitiuorum in quibus geminatur. ss. quia formantur a prima persona præteriti perfecti indicatiui modi addita. s. & se ut dixisse uel duxisse, uel per mutationem ultime syllabæ in aliam ut patet in datiuo & ablatiuo pluralibus secundæ declinationis, quæ formantur ab ablatiuo singulari, o, mutata in, s, unde in talibus si, i, est ante, o, immediate, causatur geminatio litere ut socio socij. sed si non prohibetur geminatio, ut domino dominis. cum multis similibus, de quibus perfectæ cognoscere uolens recurrat ad Pris. in 7. 8. 9. & 10. libris ubi tractat de formatione nominum & uerborum. Hoc etiam uidetur causare deriuatio, ut quia lupus scribitur tantum per unū p. lupinus quod est eius deriuatiuum non potest scribi nisi per unum p. & consules scribitur per unum l. quia deriuatur a consulo lis. quod scribitur per unum l. & mundus cum deriuetur a moueor ris, scribitur per, o, nō per, u, licet aliqui dicant quod o muttatur in u. causa euphonie, & scamnum scribitur sine p. quia deriuatur a scando dis. & quodam scribitur per q. quia deriuatur a quodam. nec mirum, quia dictio quæ deriuatur, est signum certe scripture dictionis a qua deriuatur, ut sicut uelut, non possunt scribi per d. quia sicuti ueluti quæ deriuatur, ab his scribuntur per t. et apud scribitur per d. quia ab ipso deriuatur ad per syncopam, & similiter sentio sentis & similia si scribūtur per t. quia deriuatiua ab*

*ipsis retinent.u sit mus. Naturalis terminatio syllabarum similiter causat geminationē literarum, ut Abbas scribitur per gemnium bb. quia nulla superior syllaba in simplici dictione desinit in b. nisi sequens incipiat a. b. Et similiter fit ꝙ una litera sæpe magis ponitur pro alia. ut nunquam scribitur per. n. non per m. quia nulla superior syllaba desinit. in m. Et tamē pro regula generali tenendum ꝙ in simplicibus nulla superior syllaba desinit in consonantem nisi sequens incipiat a consonante, & si sequens syllaba incipit a uocali, oportet quod præcedens terminetur in uocalem, quia ante consonantem uel post non potest fieri geminatio consonantis, nisi altera illarum fuerit l. uel r. Productio etiam uel breuiatio syllabæ similiter uariationē magnam facit in scriptura, ut iuppiter scribitur per gemniū pp. quia cum deriuetur a Ioue haberet primam breuem, sed quia autores posuerunt primam longam, geminatur pp. unde Ouidius, Iuppiter ex alto etc. Et ideo in obliquis retinet primam breuem, cum in ipsis non sit pp. ut in Esopo. Nam Ioue dante trabem etc. & corrusco & eius deriuatiua tantum, per unum s. scribuntur, quia corripiunt primā syllabam, & legitimus scribitur sine p. quia si scriberetur per p. gi produceretur per positionem quæ esset pt. & breuiatur per autores, ut per Horatium patet. Legitimumque sonum digitis calemus & aure. Si autem latius de orthographia cupis habere, recurras ad libellum orthographie magistri Bonauenture de Pergamo.*

F I N I S.

QVANTVM iuri operam daturum prius nosse oportet unde nomẽ iuris descẽdat. ff. de insti. & principio. Etiam ut ait philosophus. 1. elencho. qui uirtutes uocabulorum ignorant, de facili paralogizantur. i. decipiuntur. Nisi enim nomen rei scieris, cognitio rerum perit. secundum Isido. Turpe etiam uidetur patricio & nobili uiro, & causas peror ãti eius ĩ quo uersatur ignorare. ff. de ori. iur. l. 2. §. mutii, auditores. uer. nanque eum dixisse. & de hære. cum ex iniuncto. 28. dist. sedulo. Ex quibus omnibus habetur quod nemo debet ignorare sciẽtiam in qua uersatur. Quod attendẽs legislator Vlpianus dicit. Bene est priusquam ad uerborum interpretationem perueniamus pauca de ipsius significatione tituli referre. ff. si cer. peta. l. i. ideirco quorundam terminorum qui in iure utroque maxime frequẽtantur, necessarium fore duxi descriptiones & significationes clarius exponere tam ex summis Azo. & Gof. quam aliunde collectorum propter iuuenes maxime iuris utriusque alumnos. Et hoc breui alphabeti ordine ut eo melius memoriæ commendentur, & tanto citius inueniatur, perstringendo etiam cum allegationibus in locis suis, & in iure modicum perfecti per ignota minime procedentes, his cognitis principiis & terminorum significationibus, accessum faciliorem habeant ut utriusque notitiam, quia omnium habere memoriam, in nullo penitus errare potius est diuinitatis quam humanitatis. C. de uet. iu. enuc. l. 2. §. si quid autem. uer. quia omnium. Et nõt. Bart. de rescri. c. cum adeo in glo. i. de cõfir. uti uel inuti. c. porrecta. in glo. 2. Et si lectori aliqua uocabula occurerint quorum expositio non inueniatur, de hoc nõ miretur, quia nec omnium memoriam potuit occurrere.

# DE LITERA A.

Ad usum D. Christofori, Fidispadi

A QVANDO facit separationē & quādo includit, & quando excludit. not. Ioan. Andr. de præben. capitu. statutum libr. 6. & Archid. de elect. cap. 1. eod. libr. Et a & ab in simili no. Archid. 21. dist. aliter. Et de a in c. potuit. de dolo & contu. Et etiam a & ab denotant separationem. C. de nup. l. a caligato. & ibi per Cyn. in glo. 3. l. ordinaria. ff. de libe. cau. & ff. de duobus re. l. si ex duobus, ubi tex. cum glos. ff. de actio. emp. l. 3. §. si. Item a uel ab est dictio significatiua primi termini a quo. sicut dictio usque termini ad quem. Hic autem terminus a quo, significat exclusiue uel īclusiue. de quo Bar. in l. patronus. ff. de leg. 3. Vnde a uel ab significat exclusiue dicendo in statuto. A pulsu campanæ de sero nullus uadat per uicos sub pœna tali. Nam hoc statutum intelligitur pulsata campana. Ideo si quis uadat quando pulsatur, non incidit in pœnam in clusiue ut significat ibi. A pulsu campanæ de mane quisque potest domum exire, quia statuens sic uidetur intellexisse &c. Et uide plenius de istis dictionibus per Ioan. de Ferra. in sua practica in forma capituli quando testes producuntur ad æternam rei memoriam. Adde hic quod aliquando hęc præpositio a ponitur pro fine, ut l. 1. de leg. 2. §. hi quibus. & ibi glo. super uersi. apolides, & glos. in l. quidam decedens in princi. super uerbo, alogistes, de administra. tuto. & de ædilic. edict. l. si quis sit fugitiuus. §. apud labeonem, super uerbo asylum. Aliquando ponitur causatiue. 22. q. 2. coniuges, & c. coniux. §. ex his. Aliquando pro ex. ut ff. de acquir. rer. dom. l. adeo. §. quod si ex uno. & 16. q. 3. post quingentos. §. idem si de rebus, & capit. si sacerdotes. Aliquando ponitur propter C. de l. Falci. de parri. l. 1. ibi ad quo id est per quem, & l. seruo legato. §. 2. ff. de lega. 1. Aliquando subauditur a iure, ut ff. de re militi. l. militis, ibi militia, id est si milita, & de negot. gest. l. liberto. §. litem, ibi sententia, id est a sententia.

DE istis dictionibus a uel ab an includant uel excludant, uide Bartol. in l. patronus. §. 1. in fin. ff. de lega. 3. & an separationem denotent. Bar. in l. meminisse. ff. de offi. proconsu. & in l. si ex duobus. ff. de duob. reis.

## DE A ANTE B.

A B aliquando ponitur pro contra,

ut l.commissa.ff.de pub. ibi ab hæredibus.l.contra hæredes. Aliquando ponitur pro ob.C. si quis impera. male. l. 1. ibi ab iniuria id est, ob iniuriam. Aliquando pro per. extra de appel.ab eodem. lib. 6. Et differũt a & ab,ut his uersibus cõtineatur. Qđ facit à facit ab, sed in hoc differre uidentur.Ab cum uocali reliquis uult associari.De ab no. ff.de aqua quoti.& esti. l.1.§. estatem,& C.de tempo.appel.l.fi.in prin.& 55. distin.cap.qui parte,& 77.distin. in ueteri.35.q.6. ab isto 37. distinct. a quibusdam.& per Archid. 32 dist. aliter.

AB aliquando denotat separationē, ut est glos.expressa in c. statutam de præben.in 6.gl. in l. si ex duobus in uerbo ab altero. ff. de duobus reis.l.& in l. 3. §. fi. in uerb. a Brandusio. ff. de actio. emp.& uendi.Bal.& Alex.de Imo. in l. 1. ff. si quis cautio. in 4. col. Ioan. de Im. & domi.in c.frequens. in 7. col. supra glo.in uer.15.arctatur tempus, de resti. spol.lib.6.cum concor. ibidem positis.

ABBAS ante benedictionem appellatur Abbas, secus in episcopo. ita Fel. n. c. eam te. de rescrip. col. 5. uer.3.restringitur.& ibi quæ sit differentia inter episcopum & abbatem,uide ibidem Fely.

ABBATISSA habet dignitatē c. īdemnitatibus,de elec. in 6.in §. utrum. & l. generali. C. de sacros. eccle. Dominic. de sanct. Geme. in capit. indemnitatibus. Fely. in capitu.meminimus.de accusa.uersic. ulterius quæro.

ABBAS habet dignitatem.cap.apostolice,de priu.in 6.& in clem.si principalis,de rescript. & ibidem Card.1. q.imo.abbas omnibus prælatis post episcopum debet præferri, de quo per Fely. in d. capit. meminimus, eodem uersi.

ABBREVIATVRA dicitur instrumētum notarii non extensum.Bar.l. chirographis. in princi. in uerb. 2. no.ff.de admi.tuto.

ABDICATIO quid sit uide.l.2. §. & cum placuisset.ff.de ori.iur. in l. liber homo.de statu.homi. & l. pen. de of.præsi.& l. abdicatio. de pat. pote. de abdicatione fratrum minorum.no.in cle.exiui de paradiso uerb.sig.

ABDITVS id est absconsus.l.1.C. de thesa.lib.10.

ABEAT sine h.id est recedat.ff. de in diem addic.l.1.

ABENA est corrigia freni.ad fille. l. §.impuberes.

ABESSE quandoq. dicitur qui in iure non est ut l.3.§.abesse.ff. de dā. infe.Quandoq.etiam abesse dicitur qui a tribunali abest. l. non tantum.§.senatus.fideicom.liber.Item abesse uel adesse, & sic siue per d. siue per b, importat absentiam glo. Bart.in leg. quoties. C. de dignita. lib.12.

ABESSE non dicitur res quæ casualiter abesset.Bar.in l.quæsitum.§. fina.de leg.3.

ABESSE causa republicę dicitur quis quandiu durat officium, & finito officio quandiu redire potuit secundum qualitatem suæ personæ, scilicet a die recessus usque ad reditum, si ob commodum suum abfuit.Barto.in l.abesse. ff. qui. ex cau.maio.

ABHINC aliquando ponitur temporaliter, & respicit futurum tempus, ut abhinc est ab hoc tempore in auten.C.de sacro.eccle. l. placet.

AB hoc.id est posthac.ff.de ori.iur.l. 2.§.hunc.

ABOMINATIO appellatur seruitus idolorū, secundum Hiero. in homil.

homil. Largius tamen sumitur in cõmuni usu loquendi pro qualibet re turpi & abominabili. Vnde dicitur abominatione popu. ext. a de ele. egro. c. tua nos. Vel abominatio est Deo eleemosina facta de rapina. simonia uel usur. 1. q. 1. non est putanda. 14. q. 5. scriptum est.

ABHORRERE aliquãdo ponitur pro differre. l. si tibi aree. §. sed si puerũ. de præscri. uerb.

ABIICERE est spernere, ut in authen. quibus mod. nat. effi. legi. §. si ergo licentia.

ABIRE, id est recedere. ut l. 1. ff. de in diem addic.

ABIVDICARE & adiudicare differunt. Nam abiudicare idem est ꝙ remouere & abdicare. adiudicare aũt, idem est ꝙ applicare. facit tex. & ibi no. in c. cum uenerabilis. in uer. quia uero, ibi, eidem episcopo adiudicauimus, de exce. & in c. auditis, in uersi. adiudicantes. de præscri. & c. cum causa. 1. uersic. adiudicare curaui. de re iud. & iudicatio proprie habet locum in his quæ habent causam mixtam idest in communibus iudiciis. l. si quis fundum. §. offic. ff. commu. diui. & l. sed & si res in prin. ff. de pub. Aliquando exponitur adiudicare id est iudicare, ad se spectare uide Ioã. Mona. Archi. & doct. in c. abbate sane. in prin. & ibi Domi. de sanc. Gemi. in 2. col. in uer. Nota quod procedit conclusio. cum seq. uersi. de re iudi. lib. 6. Quandoque ponitur pro confirmare, ut c. qui duas. in fi. de ele. li. 6. uide Albe. de Ro. in suo dictio. in uer. adiudicatio.

ABAVVS est pater proaui uel proauie sicut proauus est pater aui uel auie.

ABAVIA est mater proaui, uel proaui sicut proauia mater aui uel auie secundum Isi. 9. l. etymo. & plenius. ff. de grad. l. iurifcon. §. 4. gradu. & §. 3. gradu.

ABAVVNCVLVS est frater abauie secundum Isid.

ABAMITA est soror abaui. ff. de gradi l. præal. §. auunculus.

ABMATERTERA est soror abauie. De his terminis uide insti. de gra. §. tertio gradu.

ABNEPOS est filius nepotis, sicut nepos filius, filii uel filie secũdũ Isid. lib. etymo.

ABNEPOTIS est filia nepotis uel neptis sicut neptis filii uel filie filia. secundum Isid. ubi supra.

ABIGERE est a se expellere, uel crimen abigeatus exercere, ut sequit.

ABACTOR secundum Isid. lib. 10. etymo. est fur iumentorum, uel pecudum q̃m uulgo uocamus abigeum. Nam abigeus est qui crimen abigeatus committit, & proprie ille cui pecora alicuius a pascuis & armentis subducit abigendi studio, hanc artem exercens ut per aliquod signum, quod facit ipsa animalia fugiant separentur, & dispergantur, & ea sic recipiat scilicet cum pãno rubeo uel alias oues quasdã a nemo rafugando ut alius accipiat & depredetur. Et est abigeatus crimẽ capitale. C. de abig. l. unica. Et maximus orator apud græcos Demosthenes differentiam ponit inter furem & abigeum, dicens ꝙ ille qui unam solam pecudem surripit, fur est, & ut fur cohercebitur, sed qui totum gregem subtrahit, abigeus est & crimine abigeatus tenebitur. Et sine inscriptione recipitur huiusmodi criminis accusatio ut d. l. unica. C. de abige.

AB intestato. id est sine testamento in ltit. de hær. quæ ab intesta. defe. in rubr. & pigno.

ABDVCI est a ueritate separari. unde apl's. Nolite abduci doctrina

uariis.

uariis & extraneis 11. dist. nolit & ad Heb.c.14.

ABOLITIO est accusationis institutę peremptio uel absolutio, qua quis nomen alicuius accusauit, cum omni inscriptione iam facta in totum aboletur, remissa necessitate accusandi, & habet impetrare principe uel a iudice ab illo, scilicet qui aliquam accusationem instituerat ea se inscripserat, talis. n. circa infamiā desistere nō pōt nisi absolutionem impetrauerit. Sed qñ talis impetrat ꝙ desistat, & ꝙ illud quod per accusationē inchoatum erat, deleatur, rite fit. Et est duplex abolitio. s. gñalis & specialis. De generali habetur. C. de abo. genera. l. ult. & ff. de aboli. l. abolitio. Et ꝑ hanc eximitur reus quod non incidit in turpillianum si non deferat accusatum ff. de abol. cri. l. si interueniente. Et si intra triginta dies post abolitionē gñalem causa ꝓposita non pōt. probari ad eam redire non pōt. C. de aboli. generali. l. 1.

ABORTIVVS est puer uel alter fetus ante debitū tēpus natus, & ideo sic dr̄ ꝙ non oriatur sed aboriatur & excidatur scđm Isid. lib. 10. Et mulier quæ sic aboritur dicitur homicida occasionaliter 31. q. 2. quod uero, & c. moyses. 87. dist. si expositus Et paulus nominat se abortiuū. 1. ad Timo. 1. & 23. q. 6. in præsenti. de celebr. missa. c. cū Matthe. uer sic. sane. alias non est homicida ꝗ abortiuum procreat antequam animam accepit corpori infusam ut est embrio 30. q. 2. c. quod uero nō formatum extra de homi. c. si aliquis nec talis contrahit irregulariter quo ad promotionem nisi interficiat hominem iam animatum de homi. c. sicut ex literarum.

AB patruus est frater abaui uel abauię, ut insti. de gra. cog. §. 6. gradu.

AB re id est sine causa, ut habetur in l. si quis seruo alieno. C. de furt. & l. consentaneum. C. quomo. & quando iudex senten. &c.

ABLATIVVS casus aliquādo resoluitur in accusatiuum & præpositionē propter, ut mandato, id est propter ff. manda. l. si manda. §. fin. & l. dotem ferro. §. eam rem. de publi. Aliquando in accusatiuum & præpositionem in ut quiete. i. inquietem. C. de primice. l. 1. lib. 12. Itē ablatiui absoluti in cōtractibus nō disponunt sed resoluuntur, patet, quia agi non potest, ita not. Bar. & Bal. in l. 1. C. quando lic. ab empti. dis. facit. l. euictis agris. ff. de usu. l. euicta re, euic. l. acceptis. ad l. falc. Idē in ultimis uoluntatibus l. a testatore. ubi Bar. & alii. ff. de condi. & demon. nisi uerba referantur ad eū quem testator pōt grauare. l. fideicom. §. cum essent. cum ubi plenius Bart. ff. de leg. 3. & ibi late per d. Ias. Item adde ꝙ aliquando ablatiui absoluti nihil importanț, ut est tex. ĩ l. 1. §. posthumus ĩ uer. sed si extraneum. iuncte gl. in uerbo filio præcedēte. & l. adoptare. ff. de adop. Item etiam adde quod ablatiui absoluti faciunt conditionem expressam, secundum Bar. in l. 1. ult. col. ff. de cond. & demon.

ABSOLVI dicitur creditor cū sibi soluitur. l. & ĩ cōtraria. ff. de usufru.

ABSOLVERE id est reconciliare 11. q. 3. euidenter.

A B S O L V T A dicuntur lecta & a partibus approbata, uel absoluta subscripta, sic exponitur institu. de contrahen. emp. §. 1. & pro hoc C. de fide instr. l. contractus.

ABSOLVTE exponitur, id est ex toto extra de regula. c. beneficiū li. 6. uel absoluere, id est præcise. extra de hære. c. contra christianos. lib. 6. & in authē. ut fratrū filii §. 1. Aliquando

quando exponitur absolute, id est libere, ut in authen. de man. prin. §. sed neque.

ABSOLVO, id est absolutum esse ostendo xxiiii. q. §. adiuimus. de iu reiur. c. 2. & glo. in c. ex diligenti. de simo. quæ exponit absoluimus. i. absolutum ostendimus.

ABROGARE est destruere uel delere in toto. unde dicitur lex abrogata, quando in toto est sublata uel destructa. Sed derogatur ei quando in parte tollitur uel ei detrahitur ff. de uer. sig. l. derogatur. Et etiam abrogare interdum est addere aliquid, & septem de causis aliquid abrogatur, ut not. dist. 4. §. hoc & si legibus. Primo contraria consuetudine, ut no. in c. erit autem lex. 4. dist. &. ff. de leg. & senatuscon. le. de quibus. Secundo contraria constitutione dist. xxxi. ante triennium. Tertio causæ cessatione. dist. lvi. cap. neophitus. Quarto locorum uarietate. dist. xxxi. aliter. Quinto nimio rigore canonis xxiiii. distin. fraternitatis. Sexto si precibus occasione malignandi habeat xvi. quæ. i. legi. Septimo propter malum inde sequens, distinct. l. 8. uerum. Sed an abrogata lex possit allegari, uide gl. in uer. quicunque c. nouit. extra de iudi. Et qualiter populus possit abrogare canonem quem condere nõ potest. Solutio. Per expressum consensum Papæ. de præben. c. cum iam dudum. uel dicitur consuetudo rationalis præscripta quæ etiam tollit. de consue. capit. fin. etiam sine scientia principis, quia difficile esset eum omnes consuetudines scire ut in gl. in uersi. abrogare. c. in istis. distin. 4.

AEREPTVM, id est turpiter acquisitum uel aliter ut ff. qua. re. ac. non da. l. i. §. si manumisero.

ABSENTIA est quintuplex, & quando quis obtentu absentie in integ. restituatur uide gl. l. fi. ff. de in inte. resti. Item absentiarum alia necessaria, alia probabilis, alia honesta siue uoluntaria. Necessaria ut causa reipublicæ uel de mandato principis proficiscẽti subuenitur per in integ. resti. ff. ex quib. cau. maio. leg. i. & l. nec non. Absentia probabilis ut causa studiorum uel mercature, uel uoluntaria, uel peregrinationis si procuratorem nõ dimisit absens, non ita facile subuenitur ei, ut l. nec non præalleg. Sed absens contumaciter non auditur. vt C. quorum appel. non reci. l. i. Absens proprie dicitur qui est extra prouinciam, ut C. de bo. au. iudi. pos. l. ti. §. ult. Tamen quandoq. accipitur pro eo qui præsens non est eo loco ubi petitur ff. de uerb. sig. l. absens. Vnde absens multis capitur modis. Primo ille dicitur absens qui alium audire & intelligere nõ potest. sic capitur ibi cum dicitur, stipulatio non potest fieri inter absentes. institut. de inuti. stipu. §. item uerborum. Secundo absens dicitur qui non est in eadem prouincia. ut C. de longi tempo. pręscri. l. fi. Tertio absens dicitur ut hic sequitur, testium productio non potest fieri parte absentẽ si uelit adesse. Et sic dicitur absens qui non uidet producere uel iurare testes, ut l. si quãdo. C. de test. Quarto absens est qui non est in domo seu respectu cuius nuntiandum est nouum opus. ff. de no. oper. nuntia. l. de pupillo. §. si quis. Quinto dicitur ille absens qui faciliter non potest inueniri, ut quia præsente principali fideiussor non põt conueniri & ita absente potest cõueniri. C. de fideiusso. & man. aut. presente. Sic etiam accipitur in l. pręsens. ff. de ꝓcur. ubi dicitur. Presens est qui in hortis est. i. qui faciliter põt inueniri

niri

niti. Sexto absens dicitur qd ad lucrandas distributiones materiales presentiarum abest, scilicet qui non est in choro hora determinata, & ita licet sit in ecclesia, tamen extra chorum in certis horis dicitur absens. Absentem esse aliud est quam haberi pro absente. Bart. in l. si maritus. §. i. ff. de adul. & quæ absentia prodest Barto. ibidem & quæ absentia iuuet absentem aduersus gesta cōtra eū. Bar. in l. absentē. C. de ꝓc.

ABSOLVTIO differt a reuocatione, nam absolutio fit a snīa excōmunicationis, suspensionis uel interdicti iuxta formam ecclesiæ cum baculo dicendo psalmum. Miserere & De profundis. & fit cum solennitate. Sed reuocatio est sententia uerbalis sine solennitate. Etiam absolutio fit si excommunicatio tenuit, & si non tenuit, fit reuocatio. Itē absolutio reddit quod excommunicatio intulit, præterquā fructus quos excommunicatus iuste perdidit, qa per absolutionem tales non recuperat, ut in auth. ut cum de appel. cogan. §. generalē. uer. si uero post. col. 8. Et absolutio est falsa causa super nota impetrata non tenet, & est nulla ut notatur c. quod super his. de fide inst. Et licet excommunicatio sit lata ex falsa causa, semper tamen timenda est 11. q. 3. c. i. & de offi. ordi. ex parte in glos. Et an pecunia possit peti uel dari pro absolutione, uide de simon. ad aures. & cap. dilectus. & i. q. i. nullus episcop.

ABSQVE est priuatiuum, ut in le. minus. C. de acqui. pos. & quando ponitur exclusiue, & quando inclusiue, no. Archi. de procura. qui generaliter, lib. 6. Adde quod ista dictio negat & maxime impositionibus & articulis. Bar. in l. inter stipulantem. ff. de uerb. oblig.

DE A ANTE C.

AC aliquando ponitur pro idest, ut de sac. san. eccle. l. decernimus in prin. Aliquando ponitur copulatiue. C. de summ. trin. l. nullus in fin. Aliquando similitudinarie. in cle. i. de iud. & habetur de hac dictione extra de testi. c. significauerunt. extra de probat. c. licet in prin. C. de rei uendi. le. quoties, cum simil. Aliquando ponitur pro sicut. in Iñ. quibus non est per. §. ex hoc. in fi. Aliquando pro sic. ff. de acqui. re. do. l. qua Ratione. §. literæ aliquando abiicitur & pro nihilo ponitur instit. de tuto. §. est autem. ibi, uis ac potestas exponitur, id est uiolenta potestas. Aliquando pro sed. C. ad l. Iul. maie. l. i. Aliquando ponitur preinde. ff. toca. l. quæro.

ACETVM non continetur appellatione uini. ff. de ui. & oleo. le. leg. si quis uinum. Barto. in l. i. de erog. mili. anno. lib. 12. C.

ACCEPTARE est frequenter accipere, uel per acceptilationē liberare, ff. de pac. l. tale. §. post diuisionem.

ACCIPERE aliquando capitur pro recipere in authen. de depo. & denū. circa prin. col. 6. Aliquando accipere exponitur, id est retinere, ibi. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam 27. q. 2. Accipere uel recipere dicitur quis uere uel interpretatiue, ut no. in gl. l. postulante. in fi. ff. ad Treb.

ACCIPERE non inducit dominii translationem de necessitate. Bart. in l. naturalis. §. & si quidem. ff. de præscrip. uerbo.

ACCIPIENS positum in substitutione est uerbum directum. Bart. in l. centurio. ff. de uulga. & pupilla. substitu.

ACCEPTILATIO est liberatio p mutuā interpretationē quia utriusq. contingit ab eodem nexu absolutio,

tio,id eſt diſſolutio.ff.eo.tit.pluribus. & l.1. Vnde acceptifero acce ptituli acceptilatum uerbum cõpo ſitum a quo uenit acceptilatio, id eſt imaginaria ſolutio,quę ſimulat debitorem ſuum ſibi ſoluiſſe quod non ſoluit, idque animo facit remittendi, quia illa uerba dicendo quicquid tibi per ſtipulationem promiſi, uel ex ſtipulatu debuī,habes ne acceptum? et tu reſpondeas, habeo acceptumque fero, quaſi dicas, perinde habeo ac ſi accepiſſem a te per ueram ſolutionem. Et ſic ſicut uera ſolutione liberatus eſſes, ita hæc acceptilatione liberaris. ut C. eod. titu. l.1. in glo. 2. Item acceptilatio inutilis dicitur ratione inepte conceptionis, ut tractatur. ff.eod. titu. l. an inutilis.in glo.1.

ACCEPTO ferri id eſt approbari, C. de ſuſcep. & arca. l. ſecuritatis. lib.10.& de apo.pu.l.2.

ACCESSIO dicitur aliquid adiacens alteri, uel omne id quod eſt acceſſorium & neceſſarium principali. ut capiſtrum equo, uel ueſtis ſeruo.ut ff.depo.l.1.§.quæ depoſitis. Si enim ſeruū emeris,ueſtem in qua traditur acquiris, & ſi de ea mentio non ſit facta.. Et acceptiones ciuiles ut uſure non ueniunt in contractu ſtricti iuris, etiam poſt litem conteſta. C.de condi. indeb. l.1. in glo.& ff. de uſur.l.mora.in glo. in uerbo difficilius. & in c. cum uenerabilis.de exce.

ACCESSORIVM idem eſt quod acceſsio, & ſequitur naturā ſui principalis. inſt. de re.diui.§.ꝙ ſic par tim.ff. ſi quis cau.l.ſi eum.§.qui in iuriarū. & in regula acceſſoriū de reg.iu.lib. 6. Et quādo acceſſorium uenit officio iudicis mercenario, tunc ſublato principali tollitur et acceſſorium. C. depoſi. l. 4. Secus quando acceſſorium uenit officio iudicis nobili. ff.de condi.indeb.l. fi.§. lucius. in gl. alias regulariter non tenet acceſſorium ubi non tenet principale cum ſaltem non accedat principali, ut in c.ſi diligenti.de foro compe. Fallit tamen in caſibus. Primo in c. debitores. de iureiur. ubi acceſſorium ſcilicet iuramentum de ſoluendis uſuris factum tenet, principale tamen nō .ſ. obligatione debitoris ad uſuras ſublata, quia ad uſuras ſoluendas nulla eſt obligatio de iure canonico & ciuili, & tamen iuramentum factū de his ſoluendis eſt ſeruandum. Sed regulariter contrarium intelligitur quando acceſſorium & principale regulantur eadem ratione, eodem tempore non mutato reſpectu perſonæ. Sed illa non ſeruantur in promiſsione & iuramento,quia promiſsio ſit parti, ſed iuramentum Deo. & dixit Ludo. de Rom. ſe conſuluiſſe ꝙ acceſſorium etiam pretioſius principali, ſibi tamē accedit. ff. de au.& & argen.leg.l. & ſi non ſunt.§.pro ueniamus. & l.cū aurum. §.fi.eod. ti.Et facit ad quæſtionem. Si lego mulieri ueſtes quas ſibi feci, ꝙ etiā in legato ueniunt ornamentā aurea uel argentea ueſtium.

ACOR & mucor ſunt uitia uini & panis quando aceſcit & muceſcit.

ACTVS eſt quædam ſeruitus qua is cui ea debetur, habet ius quod poteſt per fundum in quo ſibi hæc ſeruitus debetur, ducere iumentum uel uehiculum ſuū ſcilicet ut non ſolum poſsit ambulare per ſe, ſed etiā iumentum & quadrigam ſecum ducere. ff. de ſer.ruſt.præd. l.1.uerſi. actus. & 1.inter actum.& inſti. eo.ti. §.actus. Aliter capitur actu pro operatione, dum dicitur Actus actiuorum ſunt in patiente

te præ dispositio. secundo de anima. & 1.q.1.per Esaiã.si qua. pau. sec. di. l.1. cum arietes. & ff.ad l. Aquil.l.si ex plagis. §.tabernarius de pœ.dist.1. quia diuinitatis. &c. medicina.

ACTA dicuntur publice scripture negotiorum quæ in iudicio aguntur, ordinem eorum modum & figuram cõtinentes. Vel etiam sunt processus siue gesta curie, & sunt communia.C.de iudic. l. ulti. ff. de re iudic. l. actorum uerba. & l. Paulus. quæ si perdita fuerint, possunt probari per testes. ff. de fide instr.l. emancipatione. nec ualent nisi testium. amminiculo fulciantur.c.cum a nobis. de testi. Debent ergo scribi per personam publicam, aut duos uiros idoneos capitulo quoniam contra. de probatio.ubi ácta originalia debent remanere apud scriptores, & qui ea temere uiolauerit, non potest post modum ea impugnare, capitulo cũ olim.de offi. dele. Sunt autem acta triplicia. ut. ff.iudic. sol. l.2. Nam quædam sunt acta iudicii ordinatiua quæ ualent ad ordinationem iudicum.ut est libelli oblatio.lit.cõtestat. Quædam ualent ad ueritatis indicationem, & dicuntur indagatiua ueritatis, ut depositio testium, editio instrumentorum, & confessio partium. Et quædam sunt decisiua, quæ ualẽt ad decisionem causæ. de his dicit Iacobus de Areti. in d.l.2. ff iudicil. sol. quod acta a iudice præsumuntur omnia rite celebrata de elec. bone.1.de renuntia.c.in præsentia. Item acta facta coram sacerdote in foro pęnitentiali faciunt fidem coram iudicẽ sęcularẽ, ut in auth.hoc ius porrectum. C. de sacrosantis eccl. & C. de episco. & cleri. l.si quis in hoc genus. Et acta quæ debent fieri coram iudice si fiant coram notario non ualent, ut no.in glos. i. fin.C.de lib. cau.& glo. in l.hac cõ fultissima. C.de testa.Item acta ẽt quandoque dicitur locum in quo residet iudex instructus de casu, cognoscens ubi acta deteguntur, ut quilibet factũ suum audiat seu uideat, & suum consequatur meritum, qui locus aliter etiam ius appellatur. de iust.& iure l.pen.§.fin.

ACTOR est qui agit & pulsat alium, rem aliquam ab ipso petens in iudicio. ff. de de iudic.l. in tribus.ff. fin.regun.l.iudicium.Nam in communibus iudiciis quæritur quis actor sit, est ergo ille qui suo nomine agit. uel qui constituitur ad agẽdum uel defendendum causas uniuersitatis uel alterius. ff. quod cuiusque uniuersi l. item eorum.§.si decuriones. Vel dicitur qui constituitur a tutore, uel curatore ante lit. contest. C. de procura. l.neque tutores.C.de act.a tu.seu cura. dam. in rub.& in nigro. Et est regulare quod actore non probante reus absoluitur in l.qui accusare. C. de eden. ubi dicit tex. Actore enim non probante, qui conuenitur & si nihil ipse præstiterit. obtineat, glo. Accur. id est absoluatur 6.quæstio. ulti. actor.ut ecclesia benefi. 6. nostrum. & C.de probatio. l. actor. Fallit enim hoc in casibus ad minus quindecim, quibus actore non probante reus non absoluitur, hoc casus uide in gloss. præallegata c.ut nostrum.& quod actor sequi debet forum rei in c.si clericus. & c. cum sit generale de fo.competen.

ACTOR ciuitatis constituitur sine solennitate, quasi dicat. decretum superioris nõ exigitur, uel si exigitur, pręsumitur intercessisse.quod est notabile dictum secundũ Bart.

in

in l. actor.in col.ff.rem ra.hab.

ACTOR tutoris debet constitui solemniter & cum decreto,ut insti.de cura. §. fi.& ita dicit glo.in dicta l. acto. ff. rem ratam haberi. ut dicit quod modus constituendi est quod præcedat mandatum tutoris, & sequatur decretum iudicis, hoc est quod tutoris mandatum interueniat, quod ipse tutor constituat actorem cum decreto iudicis, quod probatur per textus in l. solent ff.de iure.ubi tutor dat permittente iudice.

ACTOR uniuersitatis qualiter instituatur uide Abbatem nec in cap. 1. de senten.& re iudi.qui allegat Bar. in d.l.actor.ff.rem rat. habe. & in l. 2.C.de iur.lib.10.uide Ioan.de imo. in c.fi.de procu.

ACTIO significat tripliciter,stricte,& latissime. Stricte significatius procedendi quod oritur ex obligatione. Late significat dum significat iurisdictionem iudicis, & ita nedum significat personales, sed etiam reales actiones. Latissime cum etiam significat officium iudicis, & hoc modo querela inofficiosi testamenti dicitur actio. ff. de legatis 1.l. cum filius. in prin. facit l. actionis uerbo. ff. de uerborum sign.& l.actionis uerb. ff. de actio. & obligatio. Et hoc uerbum actio significat bene simul ius & factum, nec est inconueniens.

ACTIO ergo significat officium, id est ius prosequendi, licet officium sit facti & ponatur differentia inter iurisdictionem & officium. Est enim actio ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur institu. de actio.in princi. Et addunt quidam quod suum est uel alienum, ita ut illa diffinitio includat omnē actionem tam in rem quam in personam sed illa diffinitio præmissa solum comprehendit actionem personalem. illud autem quod tuum est tibi debetur. Si uero quod non tuum est, & quicquid est in iudicio debet includi diuersimode quo petitur & concluditur in actione reali & personali, quia in personali peto mihi debitum, in reali uero actione peto aliquid ut meum, quia hoc uerbum actio sumitur aliter & aliter ut præmissum est.

ET not. quod hoc uerbum debetur quandoque large sumitur, ut dicitur quicquid in iudicio tibi debetur, id est res quam petis ut rem tuam siue rei uendicatione actione commodati siue depositi secundum Azo. in summa tit.de edendo circa principium. Olim dicebatur actio conceptio uerborum formata a magistratibus. l. 2. §. deinde ex his.ff.de orig.iur.unde dicebatur formula uulgaris. ff. de furtis. l. si seruus nauem. Hodie autem fit sine imperatione & conceptione uerborum solennium. C.de formu. & impe. act. subla. per totum. Nec hodie est aliqua differentia inter interdicta & actiones, cum interdictum nihil aliud sit quam actio prætoria. dicitur ergo actio ius ciuile uel pretorium quo debitum in iudicio a te exigē re possum, uel petere rem mihi restitui secundum Azo. & Gofre. de iudi. dilecti & est actio de iure ciuili. institu. de iur.nat.gen.& ciui. ff. ius autem. & secundum canones actio dicitur causa. c.forus.de uerbo. signifi. Et secundum leges actio debet poni in causa, quia nemo sine actione experitur. ff. de negotiis gestis. si pupilli. in fin.& cap. examinata. de iud. prohibentur tamen attentus nimis subtiles actionum intentiones, ut in cap.

c. dilecti. de iudic.

ACTIONVM uero quædam sunt in rem & quædam in personam. Actio in rem dicitur uendicatio rei, quando, scilicet dicit aliquis rem de qua agitur esse suam, & aduersarius dicit contrarium. Quando ergo petis rem aliquam ut tuã rei uendicatione, tunc agis actione in rem. Actio uero in personam cum petis ab aduersario aliquid tibi dari uel fieri.

ITEM actiones quædam bonefidei dicuntur, quædam stricti iuris. Actiones bonefidei dicuntur non ideo quia in eis debetur seruari bona fides, quia etiam bona fides seruatur in actionibus stricti iuris, sed dicuntur bone fidei, ideo quia maxime exuberare debet bona fides inter contrahentes in eis, & ultra id etiam ueniunt omnia accessoria & ea de quibus nihil est excogitatũ ut in actione empti uel contractu uenditi. uenit etiam id quod expresse non est actum, uidelicet a tempore more qui alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, ueniunt damna & interesse quæ debet restitui, & sic in eis multum exuberat officium iudicis pinguius quam in actione stricti iuris. Sunt autem actiones bone fidei. 17. quæ enumerantur institu. de actio §. actionum. & ponuntur in glo. de exceptio. capitu. cum uenerabilis, & continentur in his uersibus. Empti conducti, mandati, depositique Pignora, circunde, communi, pro socioque dotis, & hæredibus tutele cõmoda, gestor. & Præscriptis uerbis, cum estimatque atque permutat. Iste bone fidei sunt stricti cetere iuris. Alie uero dicuntur actiones stricti iuris, ut actio ex mutuo, ex stipulatu, ex arbitrio, & confimiles. Et istis non uenit accessorium, nec ea de quibus non est cogitatum, ut no. Bar. in gl. præalle. Nec in his a tempore more qui alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, ueniunt damna & interesse quæ dicuntur restitui. Item actionum realium alie competunt pro rebus corporeis & sic habet locum rei uendicatio. Alie pro incorporalibus & pro seruitutibus acquirendis seruiendi & defendendi, & sic competunt due actiones, quarum una uocatur confessoria, alia negatoria.

ITEM not. quod actiones personales usq. ad metas 30. annorum extenduntur, ut C. de const. pecu. l. 2. & ibi not. text. quod posibile est omnes res in pecuniam conuerti. C. de præscrip. 30. annorum. l. sicut in rem. reales autem usque ad metas 40. annorum. ut C. si uen. pig. agatur l. 1. & in glo. de utroque casu. Est ergo (ut clarius dicatur) actio realis quæ obligatum eum contra quem dirigitur, non supponit, Sed ideo cõpetit, quia quis contendit restituere contra quæ talis actio dirigitur uerbi gratia. Intrasti domum meam uiolenter, ego peto possessionẽ meam quam occupas, tu nullo iure mihi obligatus es, nec aliquid mihi promisisti, nec tecum contraxi, sed tantum te conuenio, quia res mea apud te est. Sed personalis actio præsupponit debitorem contra quem dirigitur, obligatum esse contractu uel maleficio, seu ex uariis causarum figuris. Et ista datur etiam ad rem sed præsupponit obligationem persone, ut uendidisti mihi librum, uel locasti mihi domum, ut mihi obligaris ex contractu licet agam ad rem, scilicet librum uel domum.

Actionum

ACTIONVM aliæ sunt particulares, aliç uniuersales. Particulares dñr q̃ dãtur ad res particulares uel singulares, non auté ad id quod est uniuersum uel generale, ut si peto uestem, & ago rei uendicatione, uel alia actione particulari, seu peto decem quæ tibi mutuaui, & harum actionum aliæ dicuntur reales, ut quia competunt ad rem, & non dicunt personam obligatam. Aliquę uero dicuntur personales, quia non ad rem, sed in personam diriguntur ut si ago exempto uel actione ex mutuo, dico enim personam obligatam & non rem nec pecuniam, & prosequere latius, ut insti. de act. in prin. Actiones uniuersales dicit Inno. in c. conquærẽtes de offi. ordi. quod sunt quatuor quæ omnes competunt pro hæredi tate tantum cuius nomine comprehendetur uniuersum ius defuncti l. nihil aliud. ff. de uerbo. sig. & sunt iste petitio hæreditatis, familiæ ercis. actio ex testamento, quæ datur pro hæreditate ex trebelliano resti tuẽda, & actio exemplo quæ datur quoties tota hęreditas emitur, licet ibi dicat Innoc. quod sunt quatuor, intellige de istis de quibus iura faciunt mentionem aperte, sed multæ aliæ possunt dici uniuersale ad similitudinem harum quatuor, ut quando petitur uilla seu castrum, ut sentit idem Inno. in c. cum ad sedẽ. de resti. spolia. clarius per Bar. in l. i. ff. de eden. Item quando petitur ecclesia cum pertinentiis suis, ut est glo. in cap. significantibus, de libe. obla. & Innocentius in dicto capit. cum ad sedem & in cap. eam te. de rescrip. Vel dic melius secundum Bartol. in d. i. l. ff. de eden. quod actio uniuersalis potest intelligi quando datur ad aliquid ꝙ de sua significatione multa in se uniuersaliter continet siue sit uniuersitas iuris, ut hæreditas uel bono. possef. simile: siue sit uniuersitas facti ut peculium, de quo tamen dicendum est, ut l. quarta. ff. de pe. Actio uero generalis ex eo dicitur, ut dicitur in d. c. cõquærente. de offic. ord. quia competit ad id quod sub se continet plura capitula: non tamen uniuersum: ut est actio negotiorum gestorum tutele &c. Nam multa potuit habere defunctus quæ non peruenerunt ad filium: sed continet sub se multa capitula. ut administrationẽ frumenti, uini, olei & similium, secus autem si ex se & ex proprio significato non continet plura seu uniuersitatem: tunc enim licet petantur plura bona, non tamen dicitur petitio uniuersalis uel generalis. Vide Panormi. in d. c. significantibus nume. 18.

ACTIO ad exhibendũ datur contra possessorem, uel aduersus eum qui dolo malo possidet, ut rem exhibeat. i. si publicum deducat ut fiat aduersario copia uendicandi secundum Azonem in sum. titu. ad exhiben. in princi. Nam exhibere est rem in publicum deducere, & uidendę tangendeque, & apprehendendę rei facultatem prebere, & ostendere, ut aduersarius copiam habeat rem suam esse contendendi, ut cum quis dicit, hęc est res mea, quia acta seu uisa ab eo sibi sua uidentur, ut ff. ad exhibendum l. secunda. cum ibi not. Et si erat instrumentum res ipsa exhibenda, debet fieri facultas legendi & etiam describendi. ff. quemadmodum testa. aper. l. prima, & secunda. §. inspectio. Et sic exhibere dicitur proprie quasi extra secretum habere, & secundum Placent. quasi extra se habere, sicut redhibere quasi re-

tro habere dicitur. ff. de edil. edi. l. exhibere in princip.

ACTIO arborum furtim cesarum habet condemnationem aduersum eum qui arbores furtim cedit inscio & inuito domino. Et competit contra ipsum damnum dantem ad duplum damni dati. in quo casu etiam competit huic actio legis Aquiliæ, ita tamen ut deducere possit in condemnationem quod actor consecutus est altera actione, ut ff. arborum furtim cesa. l. prima, & appellatione arborum etiam uites continentur. ff. de arbo. ceden. l prima §. arboris. Itē continentur hedera, quæ impropriæ dicitur arbor ex interpretatione, & plerunque arboribus hæret. ff. arborum furtim cesarum leg. uitem & in glos. etiam, & arundo non male dicetur arbor & idem de salicto quando iā radices immisit, ut eadem l. uitem. iuncta glo.

ACTIO caluisiana est per quam reuocantur ea quæ in fraudem creditorum patroni libertus alienauit ubi etiam locum habet actio fauiana. ff. de iure patro. l. si libertus secundum Placentinum.

ACTIO fauiana, & pauliana sic dictæ sunt ab autoribus & earum inuentoribus & habent locum quando debitor in fraudem creditoris alienauit ea quæ alienata fuerunt creditori. et reuocatur ipsa alienatio. Datur etiam actio fauiana potrono ad reuocandum alienatā per libertum uel per debitores in fraudem patroni uel creditoris, in qua ueniunt fructus etiam post lit. contest. percepti, ut not. ff. si quid in fraudem patron. l. 2. & ibi per totū. Sed pauliana datur propriæ creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem. de qua. ff. quæ in frau. credi. l. prima. §. fi. & l. hac in factum. In qua etiam ueniunt fructus, ut eod. titu. ait prætor. §. per hanc. & §. præterea quod intelligę iuxta. l. fina. §. non solum eod. titu. de quibus ambabus. ff. de usu. l. uideamus secun do. §. in fauiana. & institu. de actio. §. item si quis in fraudem. i.

ACTIONES ciuiles quæ sint, et quot require in Spe. in titu. de actione & exceptione proponē. §. postremo. Et not. quod quandoque distinguitur actio ciuilis contra criminalem, & tunc idem est quod actio intentata pro aliquo interesse, quādoque distinguitur contra prætoriam, & tunc idem est quod actio saphyria directa in te Prætoria aūt dicitur quæ datur officio iudicis, ut infra actiones prætoriæ.

ACTIO commodati est triplex, scilicet directa utilis & contraria. Unde directa competit ei qui rem aliquam commodauit, contra commodatarium ad repetendum ipsam rē ut eis & eius accessiones restituantur facto, & expleto usu propter quem commodatum est ff. commo. l. i. secundum Placen.

ACTIO commodataria ei competit qui commodatum accepit, in eū qui commodauit & impensas in re commodata facta, ueluti si egrū seruum curauit, quod nomine cibariorum impendit, non repetit. ff. commo. l. in rebus. §. possunt cum. §. sequen. Actio commodati utilis secundum Placentinum competit ubi non est uere commodatum, sed interpretatiue, ut si amicus ex concedentia rem amici ex propria autoritate accepit. Et pone melius exemplum per l. prima. §. fin. cum lege secunda & tertia in princip. ff. commo.

ACTIO confessoria est quæ competit ei qui dicit se habere ius uel

seruitutem per fundum uicini eundi, uel agendi uel altius ædes suas leuandi, uel quancunque aliam seruitutem in rem ipsius etiam inuito eo hæc autem actio in rem dicitur uel realis quia rem tuam corporalem scilicet ius eundi per fundum petis quamuis ipsa seruitus sit incorporalis, ut ff. si ser. uendi. l. 2. in prin. Et dicitur confessoria, qu ia uerbis affirmatiuis constituitur, & eius contraria uerbis negatiuis proponitur, quæ dicitur actio negatoria secundum Pla. ff. si ser. uend. l. si quãdo. §. cum in domo, & ibi no. Vnde actio negatoria competit ei qui dicit aliquem non habere ius uel seruitutem ad aliquid quod facere uolebat alter, & ipsum per hanc actionem prohibet, ut quando dominus fundi intendat aduersus te solitum ire per fundum suum, dicens. Non est tibi ius ire per fundũ meum. & hæc actio similiter in rem dicitur, quia dominus fundi uindicat libertatem dum ipsam intendit uerbis negatiuis, dicens quod alter non habet ius eũdi uel agendi p er fundum suũ, nec altius edificandi ædes ne luminibus suis noceat, & sic per hanc dominus fundi ad hoc agit, ut fundus suus declaretur liber, & alter desistat, & prohibeatur ne eum decreto inquietet. ff. si serui . uendi. l. 2. & l. loci corpus. §. competit. & instit. de actio. §. econtra. Et actio non competit de dominio, sed de iure prædiorum , sicut & confessoria ut in præalle. l. 2. in prin. Et licet secundum Plac. dicatur ideo negatoria, quia uerbis negatiuis intentatur, tamen contrarium no. in l. 2. §. ecõtra supra alle. Nam quælibet earum, scilicet actio confessoria , & negatoria potest dari per uerba affirmatiua, & etiam per negatiua . Non ergo sumunt differentiam per formã uerborum, sed differunt ratione materie. Vnde breuiter concludendo si ue per affirmationẽ siue per negationem dentur, tamen in hoc differunt, quia confessoria datur ad tuẽdam sibi seruitutem debitam ; & negatoria datur ad tuendam sibi libertatem suam . Et notant doct. exempla in quibus confessoria intentatur uerbis negatiuis & negatoria uerbis affirmatiuis in c. cum ecclesia sutrina, de causa posses. & proprieta. ubi bona gloss. de his extra de iud. in c. examinata. & in d. l. 2. ff. si serui. uendi.

ACTIO communi diuidundo inter eos datur qui sine societate nec ex causa hæreditaria aliquid commune habent, ut id diuidatur, secundum Placen. & Azonem . habet ergo locum hæc actio inter eos ad quos res aliqua communis pertinet , non per societatem , nec per hæreditatem, ad hoc quod res illa diuidatur . Item si ex contractu societatis res illa sit communis , habet locum hæc actio. ff. commo. l. 1. Et de ista actione. ff. de iudic. leg. in tribus.

ACTIO conducti competit ei qui conduxit a locante uel a locatore fundum, uel prædium uel domum, & competit ei ad hoc quod liceat sibi inhabitare , uel in usu habere rem conductam , etiam competit contra locatorem si aliquas expensas utiles uel necessarias ibi fecerit.

ACTIO directa est quando aliquid directe petitur in ius, ut ex commodato uel deposito, & huiusmodi.

ACTIO utilis est quæ datur non ex iure aliquo directo , sed utiliter & ex æquitate cõpetit , ut in publiciana & huiusmodi, secundum Placen. & Azonẽ. De ista actione utili ha

betur & notatur. ff. de nego. gest. l. actio. & ff. si quadrupes pauperiem fecis. dica. l. penulti. Et nota quod actio directa, & utilis eiusdem sunt effectus, ut in l. actio. præallega. & l. differunt. licet secũdum quosdam differant, ut no. in l. ex legato. C. de lega. & plene per Cynum in l. prima. C. de actio. & obliga. unde directa datur secundum uerba & mentem, & interdictum unde ui. directum datur tantum contra spoliantem uel mandantem seu ratam habentem spoliationem suo nomine factam, quia uerba, & intentio prætoris hoc uolunt in hoc interdicto, sed idem interdictum utile datur ex mente tantum de æquitate quadam non uirtute uerborum. Datur etiam contra eum qui alias ex iusta causa rem possidet, non tamen prædictis tribus modis, sed forte possessionẽ uacuam intrauit uel rẽ in domo sua inuenit credens esse suam de quo in capitul. cum ad seden. de restitu. spoliat. Et dicit Angel. quod habens ius utile & intentãs directum male libellat, & quando in principio detecta fuit ineptitudo succumbere debeat.

ACTIO depositi est duplex scilicet directa & contraria. Actio depositi directa competit depositori ad repetendum depositum & acceptiones eius, & competit in simplum nisi forte res sint incendio, ruina naufragio deposite. hoc enim casu qui depositum sic receperit, si negauerit & inficietur, & de hoc conuincatur in duplo condemnabitur, hæc probantur. ff. deposi. l. prima. §. ait prætor. Sed actio depositi contraria competit ei pœnes quem res deposita est ad petendum impensas si quas circa rem impenderit, & illas repetit uel damnum datũ per seruum depositum secundum Placenti. De illa contraria actione habetur. ff. de posi. l. si apud in princi. & l. actione.

ACTIO de dolo competit mihi quando damnum dolo malo a quouis est mihi datum, uel si quis aduersus me uersetur dolose consulẽdo uel malitiose negotia mea administrando, nec supersit aliqua actio qua possum experit. ff. de dolo l. prima. §. uerba. sed non datur nisi duos aureos excedat. hæc autem non datur, liberis contra parentes. Ratio quia odiosa est, & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur libertis contra patronos. Nec humili aduersus eum si dignitate excellit, nec plebeio aduersus consularem recepte autoritatis, nec luxurioso uel prodigo aduersus hominem uite emendatioris. Datur tamen hæc actio in factum contra predictos, ut fiant mentio bonæ fidei, & uerbis sic temperandis in conditione libelli in qua nulla est facienda mentio doli. hæc probantur. ff. de dolo. l. si oleum. §. si cum l. seq.

ACTIO de dolo & furto eorũ qui in ministerio cauponum stabulariũ uel nauem exercent, datur aduersus stabularios & nautas, qui quando officio malorum hominum utũtur in duplo, seu in duplum tenentur, quo dolo uel furtum commissum est ĩ his rebus quas saluas forte recepere. ff. nau. caup. stab. l. i. & infra actio in factum.

ACTIO de cõstituta pecunia competit aduersus eum qui sine stipulatione constituti pro se uel pro alio solueret. C. de constitu. pecu. leg. 2. Nam constituere large dici posset quilibet qui pro alio se obligat, sed C. de constit. pecun. constituere ponitur pro eo tantũ qui quod alius debet se soluturum constituit nec distin-

distinguit ex qua causa quis debeat certa uel incerta uel ciuili uel oneraria, dum tamen efficaciter debitũ potuerit peti & exigi, uel saltem solutum retineri, ut quia tantum naturale era debitum.

ACTIO de in rem uerso datur aduersus dominum uel patrem, si seruus uel filius pecuniam in rem patris uel domini impedit quam mutuo accepit. ff. de in rem uerso. l. i. in principio.

ACTIO de tigno iniuncto datur ei cuius tignum edificio alieno iunctum est ab eo qui extimabat suum tignum esse. Si uero sciens alienum is dolose fecerit id, tenetur de ligno immisso & furti & actione ad exhibendum non ꝙ tignum cogatur eximere, sed quod interfit præstare Et hæc probantur. ff. de tit. iniũct. l. i. & ff. de rei Vendica. l. in rẽ. §. i. cum ibi notatis.

ACTIO de rebus ecclesiasticis uendit custodibus earum datur aduersus eos qui sacras res emerunt circa formam nulla eis actione relicta contra sacro sanctas ecclesias de pretio quod dederunt repetendo. hæc actio datur in factum cum res in aliam rem est mutata, ut cum ex phiala factus est scyus. Si uero in forma sua sit rei uendicatio locum habet si alienetur. quod ex leg. datur.

ACTIO de pauperie competit aduersus eum cuius animal damnum dedit contra naturam sui generis. verbi gratia, ut si æquus non ex loci angustia uel non instigatus calce percutiat, uel bos corrupetat ex naturali feritate. Secus tamen si instigatus uel ex loci angustia damnum dederit in huiusmodi actionis condemnatione uenit damni resartio, aut in solutione uenit ex l. 12. tabu. noxe deditio. dominus enim noxali iudicio sui nomine cõuentus seruum actorem noxe dedẽdo liberatur. instit. de noxa. actio. §. & si animalia noxe dedantur, pro ficiunt reo ad liberationem institũ. si qua. paupe. fe. di. Et utrum malit aut soluendo damnum sufferent, aut alias pro noxa de. anima. hoc per eum stat. Et probantur hæc. ff. si quadru. pau. fe. dict. l. prima in prin. & instit. eo. titu. §. primo. Et noxia significat delictum, sed delinquens uocatur noxa. insti. de noxa. in glo. super uerbo noxia. Vnde uersus. Noxia delictum delinquens noxa uocatur: Et tamen sæpe unum pro reliquo dicitur seu accipitur, ut ibi dem dicitur.

ACTIO de apposito, uel suspenso qualiter est uulgo, cuius casus nocere poterit datur aduersus eũ qui in subgrunda, uel protecto habet id apposiũ uel suspensum quod nocere potuit cuius cõdemnatio est decem solidorum. ff. de his qui deiec. uel effu. l. si uero. §. ait prætor.

ACTIO de effusis & eiectis datur aduersus eũ ex cui habitatione uel habitaculo aliquid effusum uel eiectum est contra iter publicam. Vnde damnum datur alicui transeunti, & restaurandum est in duplum. & si liber homo inde periisset. dicatur in 50. aureos hæc datur actio. Si uero uiuet, nocitumque ei esse dicetur, datur ob eam rem quãtum ui detur iudici ex bono & equo, compensatis impensis factis & operibus quib. est cariturus inutiliter. ff. de his qui de ei. uel eff. l. i. in prin.

ACTIO ediliti cõpetit multis modis. Et primo si res uendita sit redhibita propter uitium siue morbũ nec tamen a uenditore restituitur pretium emptori cum actionibus & aliis quæ ediles inhibent, & in hoc casu est perpetua. de hac habetur

 tur

tur.ff.de edil.edi.ediles.in princi.§.1.& fi.& l.illud.2.respon.& l.redhibitoria.eo.ti.Secundo cōpetit quando fit ut si res uendita non placet, quod reddatur, & tunc est temporalis usque ad xl.dies.ut ff.eo. titu. l.quod si nolit.§.si quid ita uenerit. Tertio cōpetit si uenditor nō uult tradere seruum uel mancipium uel iumentum cum ornamēto cum quo ostenderat tēpore uenditionis pro ipso ornamento,uel ut fiat redhibitio rei principalis propter accessoria, & tunc competit etiam usq.ad xl.dies.ff eod.tit.l.ediles. in prin.& §.uendendi. Quarto uero competit quando eo loco qua iter est uulgo habebit quis canem lupum,ursum, aprū,uerrem,pantherā, leonem,&c. uel animal aliud quod nocere posset siue sit legatum,siue solutum.ff. eo.ti.l.hi enim & seq.Et si homo liber ab illis damnū patiatur seu repererit solidi ducēti præstabuntur, ut l.qua uulgo.ff.eod.titu.sed plenius uide de his Gui.in Spe.in tac. libel.de empt.& uen.§.nunc dicendum est.

ACTIO de superficie in rem competit ei qui superficiē habet in alieno solo nemine conducto ad repetendum superficiem si possederat. ff.de superfic.l.1.qui superficiem.in fina.& §. quod autem. uersicul. & sane.

ACTIO empti competit emptori rem repetendam quam emerat, in qua uenit cōmodum quod accessit. Et,si quid in speciali pacto comprehenditur. In hac actione attenditur prout quisq.sibi paciscitur.ff.de actio.emptio.l.emptor.in princip.& insti. de emp. & uend.§.sed nostra. in fi. huius contraria est actio uenditi, quæ competit uenditori ad petendum pretium & interesse & usuras tempore moræ, prout inter partes conuentum seu contractum est de ista habetur in l. Iulianus. §.ex uendito.eo.tit.& de emp.& uen.insti.in.§.præalleg.sed nostra.

ACTIO ex stipulatu nascitur cum de re certa in genere,sed incerta in specie fit stipulatio, ut insti.de uerbo. oblig.in princip.Nam si res esset simpliciter incerta stipulatio non ualeret.ff.eo.titu.l. ita stipulatus in princi.Et stipulatio est concepta,ut cum spondet dare seruum,uel spōdet se facturum domū. Et pertinet hæc ad actiones in personam quæ oriuntur ex contractu uerborum. Et hæc colliguntur.ff. de actio.l.1.§.1.& l.actionum genera.§.in personā & inst.de obl.§. fi.& de actio. §.1. & uer. nanque cum si Et nota quod actio descendens ex stipulatione non habet dilationem anni, sicut actio de dote.l.1.§.exactor.C. de rei uxor.act.&.§.cum autem de hoc Bar.in l.si diuortium.ff.de uerbo. obli.

ACTIONES ex contractu, sicut de actionibus in personam insti. de actio.§.1.quæ nascuntur ex pacto, siue obligatio surgit ex re, ut conditio certi de numerata pecu.conditio certidinaria, conditio ob causam,actio commodati, depositi, pignoratitia,de qbus omnibus suo loco dicemus, siue etiam consurgit obligatio ex uerbis sicut in actione ex stipulatu quādo res certa in stipulationibus deducta est. Siue etiam oriatur obligatio ex literis quibus conditio odio desidie datur in eum qui cum spe future numerationis scribit se debere qđ ei non est numeratum. Numeratione autem nō sequuta intra biennium non repetit chirographum. Et est introducta & exclusa exceptione non numer. pec. cum minime cogatur soluere quod scripsi se ha-

se habere. Siue etiam oriatur obligatio ex consensu, ut luti empti uenditi, locati. conducti pro socio. mandati, præscriptis uerb & actio cõstitute pecu. nec non actio in factum de iureiurãdo. Et de his actionibus in propriis loci secundum ordinem patebit. Et iste sunt species actionũ in personam, quæ oriuntur ex contractu, siue re uerbis, literis, aut cõsensu obligatio oriatur de quibus uide. ff. de act. o. & obli. l. 1. & 2. & insti. de obli. §. 1. cũ. §. & 3. seq. usq. ad ti. de obl. i. quæ ex quasi contractu nascuntur.

ACTIONES ex quasi contractu sunt de actionibus in personã insti tu. de acti. §. 1. cũ ibi nót. quæ neque ex pacto neque maleficio oriuntur, sed tamen maiorem habent conuenientiam & affinitatem cum pactis quam cum maleficiis, & sunt iste scilicet condictio indebiti, cõdictio libere actionis.

ACTIO negociorum gestorũ, tutele & subsidiaria, communi diuidũdo, finium regundorum familiæ erciscunde, petitio hæreditatis directa & utilis possessoria fideicommissaria & actio ex testamento. de his omnibus. ff. de actio. & obliga. l. ex maleficiis. §. si quibus absentis &. §. sequen. & instit. de obliga. quæ ex quasi contractu nascuntur cum ibidem not.

ACTIO de peculio, & quod iussu & de in rem uerso actio tributoria, institoria, exercitoria, actio funeraria, ad exhibendum de tigno iniunctio, actio in factum, de rei uen. actio de paupere, interdictum quorum bonorum, uti possi. utrobi. interdictũ saluianum. De quibus omnibus require in loco suo.

ACTIONES uel obligationes ex malefic o sunt actiones in personã, institu. de actio §. 1. cum ibi nota Quibus delicta hominum coercentur, quod publice utilita. interest. ff. de fideiu. l. si aureo. §. fina. & ff. ad l. Aquil. l. ita uulneratus, cum si. ut est conditio rei furtiue actio arborum furtim cæsarum, actio furti, actio ui bonorum rapto, actio legis Aquilię, actio iniuriarum, quod metus causa de dolo. actio serui corrupti, actio rerum amotarum, condictio ob turpem causam, interdictum unde ui, interdictum quod ui aut clam, interdictum de libero homine exhibendo, de uxore ducenda, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine, ripa uel publica, interdictum de itine. actuque princip. quibus omnibus require in litera A. l. loco suo.

ACTIONES uel obligationes ex si maleficio sunt actiones in personam. insti. de actio. §. 1. quæ neque ad pacta accedunt neque ad maleficia sunt tamen similiores maleficiis quam pactis, ut actio in factum aduersus iudicem qui litem suam fecit, & actio in factum de eiectis & effusis. Et actio in factum de dolo & furto eorum qui ministerium cauponum, aut stabularium, aut nauem exercet. ff. ad act. & oblig. l. ex maleficiis. §. si iudex usque ad finem, & institu. de obligat. quæ ex quasi malefic. nasc. per totum.

ACTIO exercitoria secundũ Azo. sum. C. eo. ti. datur contrahentibus cum magistro nauis propter nauigandi necessitatem contra exercitatorem nauis, qui magistrum naui præposuit, quem equum fuit teneri, ut tenetur qui institorẽ taberne uel negocio ꝓposuit. ff. de exerci. actio. l. 1. in prin. Hæc ergo actio non datur cõtra magistrum nauis,

sed contra eum quæ magistrum na ui præposuit, scilicet in eam causam in quam præpositus est expresse uel tacite, ut in ea. l. 1. §. non autem & §. igitur præpositio. Est autem magister cui totius nauis anchora & cura mãdata est l. 1. §. magistrum, natis. ff. eo. qui uulgari lõbardorum & prouincialium comitus dicitur, & in theutonico & in almanico syermam dicitur. Nec distinguitur an iste magister sit liber uel seruus maior uel minor. Et sibi imputatur quæ eum proposuit, ut d. l. 1. prætallegata. §. cuius autem conditionis. Sed exercitor dicitur is ad quem obuentiones quotidianæ, aut redditus questus & utilitates nauis perueniunt & pertinet, ut ea. l. 1. §. exercitore, siue uetus dominus nauis sit siue a domino nauem conduxerit ad tempus, uel in perpetuum, ut dicitur ibidem.

ACTIO æstimatoria uel extimatoria. i. actio præscrip. uerb. sic cognominata est actio, quæ æstimatio ponitur gratia dubitationis tollende quando res æstimata uendenda datur Dubitandum enim est an ex uendito sit actio, an ex locato, an ex conducto, an mandati ut si rem meam tibi do, & æstimo tibi eam decem, ut aut rem aut decem reddas, si uero plus uendas tuum sit, ut not. ff. de esti. actio in rubro. & l. prima instit. de actioni. §. actionum autem.

ACTIO ex testamento non solum pro hæredi competit ad petendum hæreditatem, sed etiam contra hæredem scriptum a legatariis & fideicommissariis. C. cõmu. delega. & fideicomis. l. 1. Et sapit naturã actionis bonæ fidei. l. in minorem C. ex quib. cau. in integ. rest. nõ est necessa. Tamen dicit Barr. quod re uera est stricti iuris, cum non numeretur inter actiones bonæ fidei. in §. actionum insti. de acti. ut no. l. huiusmodi. §. edes. ff. de leg. 1.

ACTIO familiæ herciscũde inter eos competit qui communem habent hæreditatem diuidendam. ff. famil. herciscun. l. 1. & 2. Et dicitur actio familiæ hærciscundæ, idest hæreditatis uel substantiæ diuidendæ secundum Azon. in sum. ut no. ff. eod. titu. in rubro. Nomen autem familiæ quandoque ponitur pro cognitione ut cum dicitur. Illi sunt de familia priam. Et quandoque pro seruitute & potestate ut cum dicitur paterfamilias, filiusfamilias. Hic autem ponitur pro substantia & hæreditate, ut ff. de uerb. signifi. l. pronunciatio §. 1. Sed hercisco est uerbum græcum idem quod diuido, inde herciscunde, idest diuidendæ, ut no. glo. ff. eo. titu. in rubr. Et utimur hoc uerbo sicut reperimus apud antiquos qui gerundia sua pronunciabant in undo, ut legundo, audiundo, diuidundo, herciscũndo. secundum Azo. in summa sua. Et ita etiam hodie dicere possumus familiæ herciscunde pro familiæ herciscunde.

ACTIO fauiana & pauliana habite sunt s. circa actionẽ caluisianã.

ACTIO finium regundorum competit finibus ad distinguendum uel ad iudicandum. ff. eod. tit. l. 2. §. iudici. & l. se. & inter eos agitur qui agros confines habent uel prædia. instit. de actio. §. item finium regundorum, & habet locum in rusticis prædiis tantum. ff. eod. titu. l. 2. & non in urbanis, quia urbana prædia non sunt confinia, sed uicina, quia parietibus distingui consueuere, sed confinia dicimus quæ adeo sunt proxima ut nullus paries in medio interponatur. ff. eod. titu. l.

sed

sed & loci. §. in iudicio cum ibi no ta. Vrbana prædia dicuntur omnia prodia quæ habent edificia, etiam si sint in uilla, quia urbanum prædium non facit locus, sed materia habitādi causa facta. Vnde si in ur be edificium causa non habitandi. sed gratia reponendorū fructuum fiat, dicetur prædium rusticum. Sed & horti in edificiis constituti nisi plurimū sint redditus, uinearii forte, uel etiam olitorii, continentur, appellatione urbanorum prædiorū ff. de uerb. signi. l. urbana. Rustica autem prædia uocantur agri nō ha bentes edificia. Et si inter te & me contra quē ago finium regundorū, uia publica uel publicū iter uenit non habet locū hæc actio, quia con finium non intelligitur, secus si riuus priuatus interuenitur, quia finium regundorum agi potest contra dominum riui. ff. eo. tit. l. 1. sed & loci. §. fi. cum l. seq. & ibi not. Est autem hæc actio duplex, quia in ea uterq. est actor, & uterq. est reus, extra de probatio. ex literis ff. eo. titu. l. iudicium communi diuidundo, familiæ ercis. & l. inter co hæredes. §. si familiæ. ff. fami. ercis. Item est mixta, quia est in rem & in personam instit. de act. §. quædā actiones. & §. item finium regundorum. Item perpetua. est ut. C. eo. l. ulti. & ff. eo. l. iudicium communi diuidun. & iusti. de actio. §. quædam, quod tamen non sic intelligitur, ut si uicinus meus ampliores fines ei cui uendiderat ostenderit, non possit ille qui emit longo tem pore præscribere hoc enim falsum est ut. ff. pro empto. l. 2. §. sed & si fundam & l. qui fundum. §. si fundum. Sed sic oportet intelligi secū dum Azo. ut esset post 10. uel 20. annos locum habeat hæc actio pro finibus terminandis quousque de meis finibus aliquid præscripseris. Nam & si ab initio sine aliqua præ scriptione hoc constaret esse tuum, agere possem ut commodius termini imponantur agris, ut ita rixarum perimatur occasio. & c. Si quæras quando incipiat currere præscriptio huic actioni. Respondetur ab eo tēpore quo incipit posse hæc actio intentari. Et incipit posse intentari cum fines ceperunt turbari. & ex eo nascitur hæc actio se cundum Azo. in sum. C. eo. ti.

ACTIO funeraria contra hæredē bonorū ut possessorem datur. ff. de reli. & sump. fune. l. at si quis. §. fina. & datur ei qui funerauit ut nō hæres defunctum, sed causa pietatis, ut dicta l. at si quis. §. sed interdum & §. si quis cum ibi nota. Per hanc enim actionem ueniunt reficiendæ expensæ ibidem funeratore factæ.

ACTIO furti manifesti secūdm Azo. locum habet quando fur rem tenens uisus uel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, uel a domino, uel alio antequam per ueniat ad locum quo perferre rem destinauit. Si talis deprehendatur uel cum re uideatur, & ad eum deprehendendum occuristi ei, licet abiecto furto aufugerit, furti manifesti tenetur l. si quis. 1. §. sed celsus. ff. de fur. nisi surripientis mutatur status, ut tu mihi surripuisti in seruitute manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua, uel si tu pertuleris quo destinabas, teneris furti non manifesti, cum enim deprehenderis cū re furtiua prius quam eo loco pertuleris quo destinaueras illo die manete cū furto, tūc fur est manifestus. Hæc omnia dicū tur. ff. de fur. & de pen. di. 1. c. uulgaris. Vtrum qui partem acerui frumenti furatur, totius aceruī

furtum

furtum faciat, & datur actio furti manifesti in quadruplum institu. de obli. quæ ex delict. §. pœna manifesti.

ACTIO furti non manifesti competit quandoque prædictis modis furtum non manifestum probatur ff. eo. tit. l. manifestum, & insti. de obli. quæ ex deli. na. §. nec manifestum. Et etiam si uidisti furtum fieri, te tamen abscondisti cum furtũ faceret ne te occideret, non est manifestum ff. eodem titul. l. si quis in seruitute. §. cæterum & datur hæc actio in duplum instit. de obli. quæ ex delic. nasc. §. pœna manifesti.

ACTIONES hæreditarie dicuntur quæ transeunt ad hæredes uel contra hæredes secundum Azon. Item quæ ab hæredibus incipiunt uel contra hæredes ff. de acti. & obl. hæreditariarum. Vt autem plene sciatur quæ transeunt ad hæredes uel non, distingue, aut nascitur actio ex maleficio uel quasi, aut ex contractu, uel quasi potuit prosequetur Azo. in sum. eo. ti. & secundum Pla. in sum. sua eo. ti. Hæc actiones conueniũt his qui succedunt in ius, & non his qui succedunt in rem, ut donatarii uel legatarii.

ACTIO in factũ aduersus iudicem qui litem fecit suã, datur aduersus iudicem qui per imperitiam male iudicauit, & ideo uidetur quasi ex maleficio teneri, & inquantum de ea equum religioni iudicantis uidebitur pœnam sustinebit, ut instit. de obliga. quæ ex quasi delic. nasc. in prin. & ff. de ua. & extraor. cogit. l. si Si uero dolo malo iudicauit uere est ex maleficio obligatus actione in factũ uel actione de dolo ad omne interesse ei quem læsit & infamis est. Item tenetur crimine falsi quod pœnam deportationis uel ultimi supplicii continet, ut. ff. ad l. cor. de fal. l. 1. §. & qui iudicem & §. ult. ff. de iud. l. filius. Item & tenetur crimine concussionibus ut C. de concussioni l. ult. Item ciuiliter potest cõueniri ex delicto de calumniatoribus in quadruplum ab eo quem debebat damnare per pecuniam ut ff. de calum. l. 1. 3. §. illud secundum Azo. probantur hæc. C. de iudice qui male iudica l. 2. & ibi nota. in gl. fi. iniuncta autẽ nouo iure ibid. posita & l. si filius familias. ff. de iud. iudex autẽ ecclesiasticus male inductus per gratiam uel personaliter, ab executione officii per annum est suspensus, ad æstimationem partis quam lesit, nihilominus condemnatur. Et si durante suspensione se diuinis ingesserit, irregularis est, nec cum eo nisi per sedem apostolicam poterit dispensari, ut in capitu. cum æterni de re iudi. libro 6.

ACTIO in factum, de eo quod certo loco dicitur ubi aliquid est promissum dari certo loco, si tamen iudicium illi loco constitui non possit introducta est quædam actio arbitraria, ut possit etiam in alio loco agi. Prætor enim iniquum esse arbitratur non posse conueniri debitorẽ in alio loco quã in loco destinato solutioni, & hæc actio arbitraria ex natura est stricti iuris, in qua habita cõsideratione aliarum actionum stricti iuris quicquid esset omissum deberet haberi omissum, tamen in illa uenit etiam quicquid æquum & iustum uisum fuerit religioni iudicantis, & propter hoc appellatur hæc actio arbitraria irregularis, quia contra natura aliarum actionũ stricti iuris est, & hoc est quod dicit glo. in rubrica ff. de eo quod certo loco, quid sit actio irregularis.

ACTIO

ACTIO in factum ex edicto prætoris de alienatione iudicii mutādi causa,facta datur ei in cuius fraudem & illusionem facta est alienatio, & suis hæredibus aduersus eū qui rem alienauit quem ad interesse cōuenit quanti interesse actoris corā ordinario uel delegato, de qua Gof. in summa de aliena.iudi. mutan.cau.fac capi.extra.eod.titu. in glo. Cessat autem hæc actio secūdum Hostien. in sum.extra eodem quando is qui alienauit eandem recuperauit secus in furto.ff. eod. ex hoc.§.si quis & depo si. l.1.§.si rē. & de edil. edic. l.si quis sit fugitiuus.Idem si res non erat petitoris, uel si mortua est sine culpa nisi si quid actoris interfit ratione quæstus uel accessionum uel expensarū ff.eo.non solum.§. pœna & de noxa.actio.electio.§.si is.Itē si res pa ratus sit subire utile iudiciū, quod est intelligendum quando eandem causam promittit se prestaturum, puta promittit,se restituere sub maxima pœna, alias si diceret rem nō restituam quia nec habeo sed quanti intererit tua,uel quanti in litem iuraueris secus esset, nam & si hoc non offert,tenetur ad idē cum dolo desierit possidere,ut ff.de rei uendi.sinautem.§.1.& cum autem. & l. si possessor.& l.is qui dolo.

ACTIO factum de dolo & furto eorū quorum ministerio quis caupanem aut nauem uel stabulum exercet datur aduersus eos qui præsunt caupone aut naui,uel stabulo, qui quoniam officio malorum hominum utuntur,in duplo tenentur quod dolo aut furto eorum commissum est in his rebus quas saluas fore receperunt. ff.nau. cau. stabu.l. prima in princi. & §. idem pōponius & l. & ita.§. idem &.§. ait enim prætor iuncta l.fin.§.hac autem actione & ff. iur. aduer. nau. cau.stabu. l. prima institu. de obli. quæ ex deli.nas.§. nam executor.

ACTIO in personā dicit cōdictio quando contendis aliquē dare aut facere tibi oportere. Quando uero agis ut restituatur tibi res tuas speciale nomen accipit & indispositio dicitur simpliciter actio personalis & non condictio.Hoc autem nomen conditio inde descendebat quia olim iudicia erant ordinaria &c. uerba, & quæ oportuit condici.1. simul dici ut si quis caderet a syllaba, caderet a tota causa. Sed postea ille solennitates in dissuetudinem abierunt attamē nomen remansit, ut adhuc personales actiones quæ solennibus uerbis interpretabantur, conditiones uocentur,.& hæc colliguntur institu. de actione.§.appellamus, cum ibi nota.& ff.eod.titu. l. actionum genera.Et harum actionum genera quædam nascuntur ex contractu, quædam ex quasi cōtractu,quædam ex maleficio ex quasi male institu. de obli. §.sequens. & de actio. §. omnis Require scilicet de oib. his supra uerbo actiones ex contractu.

ACTIO in rem,dicitur uendicatio scilicet quādo dicis rem de qua agitur tuā esse & aduersarius dicit uel ostēdit ipsam rē esse suā ff.de act.& obli.l.actionū genere.& inst.eo. ti. §.appellamus præa.Et harū actionū alia est directa in rē actio,ut rei uēdicatio,actio cōfessoria & negatoria.Alia est actio in rē utilis,quę sunt actiōes de dn̄io nō directe, sed utiles quæ ex equitate dātur qnq; nō dn̄is,ut sunt publitiane quæ ex aduersis causis cōpetunt.Et actio,p quam quæritur an actor iurauit & actio in rē de supficie & actio fauiana & pauliana caluisiana, actio in rem quæ competit inter dominum

tabula

tabulæ & pictorum. Sunt & aliæ in rem actiones in quibus non de domini, sed de pignore agitur, sicut seruiana & quasi seruiana, de quibus uidere loco suo. Et nota quod actio personalis nō sequitur fundū ff. de cōtrahen. emp. & uidi. l titius §. lucius titius. ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres. ff. de iudi. l. fideicō. §. tract. & ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. 3. §. opus in glo. per Dy. in l. fi. ff. de no. ope. nun. Item actio personalis est ita affixa ossibus creditoris quod in aliū trāsferri non pōt nisi fictione iuris. ff. de pecu. l. quis ergo.

ACTIO iniuriarū cōpetit ei qui iniuriam passus est, ut no. instit. de iniu. in rubric. contra eū qui intulit iniuriam uel inferri procurauit instit. eo. tit. §. non solum & pulsauit, uel uerberauit uel famosum carmen ad alterius contumeliam scripsit, uel quoquomodo iniuriam aliquē affecit. institu. eod. tit. §. iniuria. in qua iudex condēnabit quanti actor iurauit se nolle illam iniuriam sustinuisse, præmissa tamen iudicis taxatione, insti. eod. titu. §. pœna. ff. eo. titu. l. constitutionibus. Quidam enim dicunt quod iurare debet potius uelle de suo perdidisse tantum uel tantum quam talem iniuriam sustinuisse. Et hoc uidetur approbare Hostien. in sum. tit. de iniur. dam. dato. & Specu. eod. ti. Alii dicunt quod sufficiat eū iurare sic ꝙ nollet lucrari tm̄ uel tantum ꝓ eo quod talem iniuriā sustinere uel sustinuisset. Primū tamen uidetur uerus. Et actio iniuriarum ex pacto non nascitur sed ex contumelia. l. sed si unius. §. sed & si pater. ff. eo. ti. ubi tex. inquit. Illa enim iniuriarum actio nō ex pacto nascitur, sed ex contumelia. & ex bono & æquo et dissimulatione aboletur. Nam si quis iniuriā reliquerit hoc est statim passus ad animum non reuocauerit, postea ex pœnitentiæ remissam iniuriam non poterit recolere. l. non solum. §. 1. ff. de iniur. & neque in hæredem, neque in hæredibus datur. l. iniuriarum. actio. ff. eod. titu.

ACTIO institoria secūdum Azo. datur contra illum qui præposuit aliquem stationi uel negociationi gerende contrahentibus cum præpositio in eam causam in quam præpositus est expressum uel tacite. ff. de inst. ac. l. 1. & 2. & l. quicunque. §. non tamen. cum ibi not. & dicitur institoria ab institore præposito, quamuis exercitoria nominetur a præponente. instit. quod cum eo. §. exercitoria. & §. seq. Nā institor dictus est ex eo quod negocio gerendo instet, nec refert an tabernis sit præpositus, uel cuique alteri negociationi. ut dicta l. cuicūque. & l. institor. dicitur ille qui tabernis uinis uendendis uel alicui alteri negociationi præpositus est.

ACTIO legis aquilie duo continet capita uel tria licet unum non sit in usu. ut ff. eodem titu. l. si seruus seruum. §. huius legis. & institu. eodem titu. Primum caput esse de seruis occisis uel quadrupedibus quæ numero pecudum continentur ut in l. lege aquilia. ff. eodem titu. ubi dicitur de animalibus qui segregatim habentur & pascuntur, sicut oues, capre, & equi, muli, & boues, & asini, & secundum Labeonem sues, sed non canes. Et longe minus bestie, ursi, fere, & leones &c. sed elephantes & çameli quasi mixti sunt. Et ideo primo capite eos contineri oportet quo casu tanti sit cōdemnatio quanti plurimi ipsa res ualuit anno præterito, ut in d. l. lege aquilia. ff. eodem titu. & insti. eodem titu. in princ. Secundum caput

put quod non est in usu hic non ponitur, quia. ff. eod. l. si seruus in §. præallega. ibi dicitur. huius legis secundum quidem caput in dissuetudinem abiit. Sed tertium caput huius legis est de eis uulneratus feris bestiis occisis cæterisque rebus ruptis ut ueste, uase, & similibus. Quo casu quis cōdemnatur qui dānum dedit quanti res fuit triginta diebus retro, rei partium & ualorem estimando, ut d. l. si seruus seruum. §. 3. autem capite. & instit. eodem. §. capite tertio cum. §. seq. Et in hac actione si quis damnum se dedisse inficiatur, idest negat cōdemnatur in duplum. ff. eod. l. 2. §. infra dicitur autem lex aquilia ab aquilio plebis tribuno secundum Isido. l. v. qui ipsam in monte Auentino tempore discordie populi & plebis constituit. ff. eodem l. 1. & postmodum concordia facta uicelegis est habita.

ACTIO mādati directa cōpetit mādatori & eius hæredi. ff. eod. titu. l. si uero. §. fi. & l. si mandato titii. i. responso. & §. 1. econtra mandatarium uel procuratorem post mandatum susceptum. ff. eo. l. si uero nō remunerandi. §. 1. Et inquantum interest id factum esse quod mandaui puta mandaui ut fundum emeres. si mea intereat emit tenebris post mādatum susceptum, tamen si eundem fundum ego ipse emo uel alius mihi neque interest aliud, cessabit hæc actio feudum Azo. ff. eo. tit. l. si procuratorem. §. mandati actio.

ACTIO mandati contraria cōpetit mandatario ff. eod. titu. l. si uero non remunerandi. §. contrario. uel procuratori expēsas aduersus mandatorem quatenus fines non est egressus. Si uero aliquid erogauerit utiliter in eo non habet mandati iudicium, sed tm̄ negotiorum gestorū secundum Mat. licet Ioan. & Accur. contra prout legi. & not. in sti. eo. tit. §. is qui & ff. eo. l. si pro re. cum. l. seq. in prin. & C. de neg. gest. l. fi. in gl. ult. Si uero mandauerim tibi ut mihi fundum emeres, et si nondum pretiū solueris ages mecum mandati, ut suscipiam obligationem qua teneris uenditori. Nam & ego agere possum ut cedas mihi actionem empti. ff. eod. tit. si mandato meo. 1. respon. Competit ergo breuiter actio mandati directa cōtra illum qui mandatum suscepit a dimplendum cum primo cogi non posset quod susciperet mandatum quantum interfuit mandatoris factum fuisse quod mandatur. Et rursus ipsi mandatario qui mandatum suscepit cōpetit actio mandati contraria ad impensas si quas fecit ratione mandati suscepit si fines mādati non excessit, sed si mandatum excessisset expensis factis nō rederet ipsas per huiusmodi actionem.

ACTIO negatoria. Require supra actio confessoria.

ACTIO negotiorū gestorū duplex est scilicet directa & contraria, unde negotiorū gestorū directa est qua agit dn̄s rei geste contra eū qui negotia eius gessit, ut administrationis rationem reddat. ut puta si ego fui absens & negotia mea ceperūt esse deserta, & male se habeant in hoc; uidens absq. mandato a me recepto mei contemplatione ex amicitia quā ad me habes gerebas negotia mea, mihi datur hæc actio negotiorum gestorum directe, ad hæc ut reddas mihi rationē administrationis, ut ff. de nego. gest. l. 3 & institu. de obliga. quæ ex quasi contra nascuntur. §. 1. & §. sicut.

ACTIO negotiorum gestorum contraria competit illi qui sine mādato se immiscuit alienis negotiis gerendis

rendis aduersus dominum negotiorū gestorum ad repetendum expēsas negotiorum gestorū factas. Et ueniunt omnia quæ expendit de suo necessario uel utiliter, non tamen uoluptuose. & hæc colliguntur ff. eo. tit. l. 2. cum ibi not.

ACTIO de peculio uel peculio tenus competit ei cum filiofami. uel seruo peculium habētibus contraxit ff. quod cum eod. l. 1. cum seq. Quæ post mortem filii uel serui est annalis. & non post emancipationem manumissionē uel alienationem ff. quando actio de pe. est annа. l. 2. §. quādiu ubi dicitur. Quandiu filius uel seruus ī potestate est, de peculio actio perpetua est, post mortē aūt eius uel postquā emancipatus, manumissus alienatusue fuerit, temporalis esse incipit, id est annali, & competit hæc actio aduersus dominum uel patrem, ut not. ff. de pecu. l. 1. §. uerba.

ACTIO noxalis secundum Azon. dicitur actio quæ nascitur uel oritur ex delictis seruorum ff. eod. tit. l. 1. & institu. eod. titu. in princ. Et dicitur noxalis a noxia, quod significat ipsum delictum, uel a noxa quod dicitur ipse delinquens. Versus. Noxia delictū delinquens noxa uocatur.

ACTIO pignoratitia directa cōpetit debitori contra creditorē. insti. qui. mod. re cōtra. obli. §. fi. uel contra eius tutorem uel curatorem si pignora acceperunt ff. eod. tit. l. solutum. §. fin. & habet locum soluto debito, & aliter satisfacto quemadmodum uoluit creditor licet nō sit solutum; ut si pignora alia data sunt creditori ut a primis recedat uel fideiussores siue res alienas, uel pretium, uel ēt nuda conuētio sine ptio uel pacto. Quoties enim uult creditor recedere a pignore uidetur satisfactum, si ut ipse uelit uel uoluit cautū e st, licet in hoc dece ptus sit sui facilitate secundū Azo. ut ff. eo. tit. l. si rem. §. omnis, & l. si necessarias. §. si unus. Per hanc ergo actionem debitor repetit expensas si quas fecit in re pignorata obligata. nisi eadē res sit ampla & ad modicū etiā fuerit alii pignorata, quasi in nullo captus sit qui pignorata secundo loco accepit.

ACTIO pignoratitia contraria daē creditori contra debitorē & datur ad multa. Si. n. decipiatur a debitore uel ipsa re, uel eius præposito; quia obligauit ei rem alienam uel alii pignoratā, tenebitur ei debitor pignoratitia cōtraria. ff. eo. tit. l. tutor. §. cōtrariā, iuncta l. si quis in pignore. §. fi. & si debitor malitiose uersatus sit obligando es uel stannum pro auro uel argento. ff. eo. ti. l. 1. §. si quis. & in. §. preallег. l. si qs in pignor 2. respon: ut si obligauit seruū per quē damnū datu ē pu ta furtum uel aliud huiusmodi, & hoc si sciuit tenetur in solidum, id est in totū, secus si ignoraē, quia tunc liberabitur noxe deditione. s. dando seruum pro noxe. In his cōpetit hæc actio secundum Azo. & alios hæc probantur ff. eod. tit. l. si seruus pignori. Item secundū Azo. agit creditor actione pignoraticia si seruos pignoratos artificiis instruxit, si ceperam imbu antequam sibi pignorarentur, uel debitori uoluntate creditor eos instruxit, Sed si nihil horū intercesiit si quidē artificiis necessariis eos instruxit secundum Azo. erit actio contraria ff. eod. tit. l. si seruus.

ACTIO autē pignoratitia utilis secundum Placen. datur ei qui impignorauit rem alienā sine consensu domini, & postea dominus pignoris factus est, ff. eod. ti. l. ff. rem alieni ff.

nā ff.de pign.l.1.§.1.& l.si titio.cū seq.& tam recta quam illa dantur principali & sui hæredibus & contra heredes creditores, ut potest probare, insti. de perpe. & tempo. actio.§.non autem.& ff.de actio.et oblig. l.1.§. creditore & insti.qui.mo.re contra.obli.§ fi.

ACTIO per quam quærit auctor iurauerit secūdum quosdam datur ei qui cum pete. et rem suam, delato sibi iureiurando ab aduersario eam suā esse iurauit. Ab eo enim rem suam petit actione infactū qui iurauit suam esse. ff.de iureiu.l.nā postea.§.1.& §.fin. Si uero rem suā sibi traditam postea admisit, et ille qui detulit iuramentum, eā nactus sit, aduersus eum publiciana cōpetit actio. ff.de public. actio.l.cum qui.§. si peteri. ubi dicitur. Si mihi petenti rem, iuramentum detuleris iurauerοque rem meā esse competit mihi publiciana aduersus te, tamē quomodo hoc debeat intelligi, ibi notatur plene, & solet iusiurandum referri ei qui detulit.C.de re. credi.l. generaliter. §.omne igitur. &.§.sed iuramento.

ACTIONES piudiciales in rē esse dicūtur per quas quæritur an quis liber sit, an libertus, & de partu agnoscendo, ut in.§.preiudiciales insti. de actio. Sed illa per quā querritur an aliquis sit liber, partim ciuilem causam obtinet partim pretoriā. Ciuilē aūt secundū formā domini qua in ea directe agitur, & pretoriā secundum formā & modū petēdi, quia tuum a te ipso non ab alio petis possessore. Cetere uero due formam capiunt ex pretoria iurisdictione, & in rē dicuntur esse ad instar actionū de seruitute, quia in hac de iure patronatus in re, in illa de proprietatis iure agitur & preiudiciales dicūtur, quia quemadmodum exceptiones actionibus opponuntur, & ante.1.q.terminantur. Si aūt quis querat quare nō exceptiones sed actiones dicātur, illa pōt esse causa, quia nō est exceptio nisi sit actionis exclusio. De uero preiudiciales nullā actionē excludunt, sed non competere dicuntur, & ideo actiones dicuntur & nō exceptiones. uerbi gratia. Preiudiciales actiones pro tanto dici possunt ꝙ in ipsius tractatū de magno preiudicio, uel quia quæstioni morte præiudicant, ut agis contra me & aliquid petis, oppono tibi questionem status, dicendo quod es filius meus uel seruus in potestate mea constitutus aut libertus, & sic de consimilibus. Et præiudicabit actioni tue contra me mote. Sunt & alie in rem actiones in quibus non dicitur de domino, sed de iure pignoris agitur, ut seruiana & quasi seruiana. Require in loco suo.

ACTIO præscriptis uerbis ex contractibus innominatis descēdit, ubi scilicet ciuilis causa subest sufficiens ad actionem introducēdam, & cum negocium non cadit in certum & speciale nomen contractus nec causa huiusmodi actionis exprimitur, sed he actiones exprimūtur sic, do ut des, facio ut facias, do ut facias. facio ut des. Ex quibus nascitur actio pscriptis uerbis nominata, alias ciuilis qn mihi aliquid adest uel abest uel absuturū est, nec tibi adest, nec affuturū est, aut mihi non abest, nec tibi adest. aut si nec tibi adsit nec mihi absit & cesses implere quod conuenit inter nos, ego aūt si feci, ī subsidium intentatur actio de dolo. Nam ubi unus cessat implere quod in se est quod promisit alteri implere, locū habet hæc actio.

ACTIONES prætorie q̄ sunt & quot.

quot. require in Specula. titul. de actio. seu peti. propo. §. postremo. Dicuntur autem prætoriæ secundũ Azonem, quia a prætore sunt indu cte. ut institu. de actio. in summa se cundum eundem.

ACTIO pro socio quę ex utraq. par te directa est cõpetit ab usufructu quẽ solus alter sociorum percipit. uel si dolum commisit in rebus cõ munibus. Nam locum habet quan do duo ineunt contractum societa tis, ita ꝙ tam lucrum quam damnũ inter eos commune est. Et si ali quos sociorum male & dolose uer secur, tunc alteri contra eum datur hæc actio. Est autem societas secun dum Azonem duorum uel pluriũ conuentio cõtracta ob commodio rem usum, uberiorem quæstum. Quæ definitio secundũ quod ipse dicit nõ est in legibus, sed in Mar co Tullio reperitur. Contrahitur autem societas solo consensu, ut ff. eo. l. qui admittitur, & ad tempus, & ex tempore, & in perpetuum, id est dum uiuunt socii, & sub condi tione, ut ff. eod. l. 1. & C. eod. l. pen. Nascitur autem hæc actio demum societate finita, quę finitur pluri bus modis prout sequit ipse Azo in summa. eodem titulo.

ACTIO publiciana ex equitate daẽ ei qui rem bona fide emit a nõ do mino, & rem sibi traditam bona fi de cepit, credens uendentem te m pore uenditionis & traditionis do minum esse. ff. de publ. sed & si res. §. ultimo. & sufficit, emptori ha buisse bonam fidem licet uenditor. malam fidem habuerit, & callido cõsilio uendiderit. ut ead. l. §. præ tor ait. huic autem uidetur contra dicere authen. C. de præscrip. lõg. tẽpo. male fidei possessore alienan te cessat longi temporis præscri ptio. Solutio habetur in glo. in c. Abbate. de iudic. lib. 6. Si ergo ta lis emptor antequã usucapiat uel ante completam usucapionem a possessione cadit petat rem a pos sessore iure quasi domini. Et appel latur actio publiciana a publicio authore qui eam inuenit. institu. de actio. §. alie. Ad hoc ut author obtineat oportet istum probare iu stum titulum, & rem sibi fuisse tra ditam, & bonam fidem habuisse tempore emptionis et uenditionis, & quod præsumitur nisi contra rium probetur, & quia credat mo do uenditorẽ uel donatorem tem pore contractus dominum nõ fuis se alias publiciana non compete ret. Permittitur autem tali uendi tione ac si suscepisset uendicare, nisi forte uerus dominus possideat ut quidam dicunt, quia exceptio ueri dominii publicianam exclu dit. Si autem post usucapionem a possessione, cadat, tunc non compe tit publiciana, sed ciuilis actio uel rei uendicatio, secundum quosdam utilis, secundum quosdam directa. ff. de publicia. l. 1. De hac materia uide nota. per Ioan. Andr. de sen ten. & re iudi. abbate sane. libro 6. in glo. ubi dicitur quod rei uen dicatio & publiciana non sunt con traria, sed aduersa, cum ad eundem finem tendunt secus cum tendunt ad fines diuersos.

ACTIO publiciana. rescissoria da tur ei cuius res quã a domino emit credens eum dominum ut supra, absens erat causa reipublicæ, uel studii, uel peregrinationis uel lega tionis ciuitatis, uel causa appella tionis prosequende, uel testimonii ferẽdi, uel quia in captiuitate fuit, uel alia causa necessaria fuit ab sens, & talis res cum esset absens usu capta est. Licet enim propter necessariam absentiam intra annũ post.

postquam reuersus est rescindere usucapionem, ut dicat aduersarium nō usucepisse q susceperit per auxiliū prætoris, hoc auxilium sibi datur. Si autem uere fuit dominus rei, tūc competit ei uendicatio rescissoria. Si uero res talis erat pignori obligata, competit etiam hypothecaria rescissoria, & hoc in realibus actionibus. In actione autem personali conditio rescissoria. De hac materia uide Guliel. in Spec. de in integ. resti. in tractatu libellorum, super uerbo sed scias, & sequēti gl. 1. in uerbo dominii uel quasi circa metum in c. Abbate sane, de regu. iur. lib. 6.

ACTIO quanti minoris quædā est prætoria, quædam ciuilis. Prætoria locum habet cum quis emit animal uel seruum morbosum seu uitiosum, qui propter morbum uel uitium minus ualet quam emptus sit, & datur ad petendum id quod minus ualet, puta si ea non esset uitiosa uel morbosa ualeret uiginti, nunc autem ualet quindecim. proponitur hæc actio ad petendū quāti minoris interfit emptoris. Hoc autem sciens quod de uitio nūquā tenetur uenditori nisi in tribus casibus. Primus est quādo nominatim promisit, & tunc agetur ex stipulatu. Secundus est quando sciebat seruum habere uitium, & emptorem non admonuit & tunc tenetur exēpto uel quod redhibeatur, uel quod admittere teneatur. Tertio si uitio animi sit amixtū uitium corporis. Datur autem infra annum utilem. Sed ciuilis actio quanti minoris cōpetit quando librum uel aliam rē uitiosam uel morbosum emit propter quod res minus ualet & agit quanti minoris esset empturus. De hac actione nihil dicitur in arbore actionū sed de prætoria solū. Vide similiter de hac materia in Spec. titu. de emptio. & uendi. §. nunc dicēdum uer. est & alia actio.

ACTIO quod iussu perpetuo datur contra patrem uel dominum, quorum iussu cū filio uel seruo aliquis contraxit, siue uideatur iussus ad contrahentem, siue ad seruum. Nec est in ea opus uerbis, aut scriptura, uel ut distinguatur secundum Azonem, an uideatur iussus uel iussio specialiter in uno contractu an generaliter. ita quod uolens cū seruo meo contrahere, secure possit uideor enim omnia iussisse, nisi lex certa, id est conditio uel pactum contrarium prohibeat. habet ergo locum actio quod iussu, quando domino uiuente uel patre seruus uel filius contraxit, quia hæc dominus uel pater eo quod iussu tenebitur.

ACTIO quod metus causa, datur ei qui probabili uel iusto metu coactus rem suā uendidit, tradidit, uel promisit aduersus eum qui metū intulit. Sed iura annū erit quadrupli propter contumaciā nolentis rē restituere iussu iudicis ante lit. conc. Post annum uero simpli. ut in l. si cum emptore. i. respon. & §. post annum. ff. quod metus caus.

ACTIO rei uēdicationis est quādo dicis rē corporalē esse tuā, ut hūc seruum, hunc equum hanc uestem. Alia dr̄ uendicatio quā legiste non hñt, quæ datur p̄ re incorporali, ut no. p doc. in c. examinata de iud.

ACTIO rescissoria triplex est, ut supra de publiciana rescisso.

ACTIO redhibitoria datur emptori cōtra uenditorē, ut seruum, uel animal morbosum recipiat, & pretium restituat & datur intra sex menses utiles, quia hæc actio tantum sex mensibus durat. ff. de edi. edic. l. 2. uerbi gratia. Si uendis

mihi animal morbosum latentem morbum habés, uel aliā ré uitiosam tali uitio quod uitium si sciuissem nullo modo emissem.mihi datur actio contra te ad hoc quod pretium receptum restituas intra sex menses & rem tuam morbidam, uel uitiosam reassumas. Sed pactum legis commissoriæ habet fieri si uendo rem meam tibi sub illa conditione.si soluas decē pro eo intra certum terminum, quod si non solueris sit res inempta & mea sicut prius erat, uide infra lex commissoria.

ACTIO rerum amotarū cōpetit marito aduersus uxorem de rebus constan. matri. causa diuortii ablatis datur aūt post diuortiū, & continet rei ꝓsecutionē. Sed si pendēte iudicio reintegretur matrimo. soluitur iudiciū rerū amotarū. & si redintegrato matrimo. iterū fiat diuortiū remanebit actio rerum amotarum ob res amotas prioris diuortii causa. Et ī quo casu actio fuerit datur cōtra extraneū in eodem casu actio rerū amotarū locū habet, dūmodo illa concurrant.s. ut res mariti dolo malo amoueantur,& econtra. Item ꝙ fiat amotio constante mar. uel ut aliquid fiat quod pro amotione habeatur.Itē quod fiat causa diuortii. Datur ēt hęc actio cōtra patrē filio uel filię quatenus ex ea re locupletior est factus uel dolo malo eius factū est quominus fieret. De hæc materia uide no. per Azo.in summa.eo.ti.

ACTIO rei uxorie uel uxoratitie sublata est, ī cuius locū subrogata est actio ex stipulatu q̄ datur marito uel eius patri ut dos reddatur. Si enim a datione dos inciperet, hæc actio locum non haberet,licet quidam dicunt contrarium,ut dicit Azon.in sum.eod.titu.

ACTIO seruiana domino fundi vł domus competit ad persequendas res conductoris pro mercede domus quasi res pignoratas,quæ quā uis non conuentione pignorentur, tamē iuris cōstit. obligāt tacite ꝓ locatione iure pignoris in urbanis prædiis inuecta & illata, in rusticis uero ꝓdiis fructus tm̄.De hoc uide l.§. seruiana. inst. de act.

ACTIO quasi seruiana quæ ēt hypothecaria dicit̄,prætoria, est per quā rem mobilem uel immobilem tibi pignori obligatam quam possidet aliquis, siue sit debitor siue alius,poteris ab eo euocare seu petere,& est actio in rē utilis,& datur creditori ad parsequendum pignus hypothecarie id est rē mobilem obligatam. uide de hoc insti. de actione.§.quasi seruiana.

ACTIO serui corrupti cōpetit non solum aduersus eū cuius hortatu uel consilio seruus corruptus uel deterioratus est, sed etiam contra eum noua lex datur qui solicitauit seruū licet bonos mores eius corrumpere non potuerit. Hæc autem actio in dubium habet condemnationem.s.quanti deteriorat,est seruus quanti ue res fuerit a seruo sollicitato, & tenetur qui corrumpit. siue ex bono malum siue ex malo deteriorem fecerit. de hoc in l. qui seruo alieno suaserint.C. de fur.ubi casus de hoc.

ACTIO stricti iuris require supra actionū uero quędā & excep. in c.cum uenerabilis. uide institu.de actionib.§.sed & stricti iuris.

ACTIO subsidiaria dicitur,quia in subsidiū & auxiliū alterius quæ inefficax facta est datur ut si tutor res pupilli alienauerit, uel male administrauerit & ipse tutor & eius hæres sint non soluēdo,id est non sufficientes ad soluendum pupillo

pillo, datur actio contra illum ad quem res eius alienatae sunt.

ACTIO tutele subsidiaria cōpetit pupillo qn̄ nec tutor, nec hæres sol uere habet, cōtra eum cui iura tra dita sunt a pupillo, ut cautionē exi gat a tutore de indemnitate pupil li, quando uel nullam, uel parum idoneam admisit cautionem.

ACTIO tutele directa datur aduersus tutorem ipsi pupillo inquantū conuenit si tutor in rebus pupillaribus damnum dedit dolo uel culpa ipsi pupillo.

ACTIO tutele contraria competit tutori aduersus pupillum, si in rem eius aliquid de suo impendit. uel pro eo fideiussit, aut rem propriam impignorauit uel obligauit pro pupillo.

ACTIO uenditi cōpetit uenditori ad petendum pretium, & usuras ex tempore more. Et si aliquid speciali pacto comprehenditur, prout is sibi paciscitur, uel inter pares cō uentum est. Et huius contraria est actio empti, quam uide supra.

ACTIO ui bonorum raptorum de rebus mobilibus ui surreptis datur ei cui res mobiles per uiolētiā sunt ablate, & competit restitutio intra annum ad quadruplum, ita qd̄ in quadruplo cōtineatur ei restitutio. Et hæc est ablatiua.

ACTIO hypothecarie. uide supra de action. §. item seruiana. Et hæc actio aduocat nudā possessionem. ff. de euictioni. l. si cum uenditor. §. primo dicitur tamen iudicium prætorium &cet. Et tantum de actionibus.

ACCIPERE & capere differunt. Nā qui capit rē suam facit, sed qui accipit non facit suā. Et qualiter intelligatur hoc uerbum accipit. uide de acquirē. rerum domi l. in laqueum. in gl. 1. & 2. & ff. de fur. l. qui uas. in glos. 1. & l. naturali §. turbatio, ubi dicitur, qui accipit furtum committit.

ACCOLA est qui colit terrā nō propriam unde. Accola non propriam, propriam colit incola terram. Et dicitur ab ad et colo, quasi qui adueniens colit terram.

ACEPHALVS id est sine capite. ab a quod est sine, & cephas caput 24. dist. nulla in auth. de appellatio. §. generalem. uide Panor. in c. cum ne liceat. in secundo not. quū de præscriptio.

ACCERSITVS est collectus uo catur uel circa se situs 63. distinct. quia igitur 13. quæstio. 2. quam præposterum.

ACCOLITI græce dicūtur cerofe rarii, uel accedetes latine. a depor tandis cereis qn̄ legendum est euā gelium, aut sacrificium offerendū. Tunc enim accedunt luminaria & portant, licet sol eo tēpore rutilet, ad signum tamen letitie ad demonstrandum ut typo luminis cor poralis ostēdatur illa lux. De qua Ioan. primo capit. Erat lux uera, &c. ut inquid tex. in c. clericos, ad fin. 21. dist.

ACRIMONIA est proprie acerbitas. Sed secundum legistas est pœna quæ infligitur sacrilegis. sicut incarceratio, uel exilii relegatio. C. de sacrosanct. eccle. l. placet. q̄ est canonizato. 16. quæstio. 1. c. placet sub. §. nouarum. ubi etiam dicitur de hoc.

ACOMMODE id ē, multū cōmode elect. ubi periculum lib. 6.

ACCVSATOR est ille qui aliquē corā iudice accusat. Et criminalem sibi mouet quæstionem. Et dicitur, accusator qa ad causam uocat eū quem appellat. ut. in capitu. forus de uerborum signification. post medium. Et ibidem dicitur

etiam delator, accusator, denunciator, Et inquisitor possunt eligi ordinarii, & eis præbende conferri. Et accusatio, testimonium & ordo pari passu ambulant, ut 2.q.7. cap. ipsi apostoli. in glo. super uerbum esse. Et admittitur ad accusandum qui in peccato mortali est. Nemo tamen sine accusatione damnari debet.

ACCVSATORES uulgo dicunt emuli præsumitur enim semper quod accusatio fiat causa inuidiæ. Vnde canon uocat accusationem illaudabilem intentionem cap. si quis episcopus 2.q.7. Nec solum uidetur esse discordia inter accusatorem & accusatum, sed etiam inter domesticos & amicos utriusq; partis glo.1. capit. decetero 2. quęstion.6.

A C T V S legitimi dicūtur oēs quacunque iuris scripti parte inuenti. iuris autem scripti partes sunt septem, uidelicet lex, plebiscita, senatusconsulta decreta principum, responsa prudentum & magistratuum edicta, ut institu. de iur. natu. gen. & ciuil. §. constat. & l. ius autem ff. de iusti. & iure. uide de hac materia Dyn. in reg. actus de regu. iuris in 6.

A C C V R A T E id est diligenter studiose, curialiter uel composite.

A C C V S A T I V V S demōstrans loquētē intelligitur in infinitiuo ex parte eius ff. ad legē aquiliā. l. inde neratius. §. fi. quia extranea persona nunquā subintelligitur. ff. de uer. obliga. ita stipulatus. §. chrysogonus. Item accusatiuus, quādo que caret regimine de leg. 1. l. filiusfamil. §. diui & exponitur ibi eos eorum.

A C C V R S I V S ideo dr, ꝙ accurrit cōtra tenebras iuris ciui. ut no. ff. ad treb. l. facta. §. si in dāda in glo.

DE A ANTE D.

A D ponitur pro iuxta. ff. de seruitu. uerbano. prædio. l. quidam hyberus. Bar. in l. militis codicillis. ff. de testamē. milit. De hac dictione not. Archid. de rescrip. si gratiose lib.6. & 88. distin. presbyter. Et quomodo differant ad & in uidē ff. de iniur. l. item apud labeonem §. cum uitium quod not. pro statutis dicentibus quod aliquid fiat ad domum uel in domo.

A D A M nouissimus, id est Christus ut in cle. de sum. trini. c. 1.

A D D V C E R E id ē, manus iniicere ff. qui sine lib. manu. l. impera tor.

A D D V C O R id i, moueor ḋ fidei c. li. l. quidam in testamento. §. fi.

A D E P T V S idest assecutus cū omni iure. de cōcess. præbend. c. ne captā de lib. 6. & institu. de rerum diu. §. si actio. & deriuatur ab adipiscor, ris ff. de acqui. pos. l. 3. §. adipiscimur ad hoc in clemen. gratie de rescri. & insti. per quas personas no. acqui. §. non solum.

ADHERENTES dicunt hi qui spōte sunt eiusdem uoluntatis, cuius est princeps capitulo apostolice de re iudicat. in 6.

ADHERENTIA facit esse eiusdē status eum qui adheret & eū cui adheretur nota. Gardinal. in clement. de relig. do. ubi loquitur de adherentiam.

A D H I B E R E, id est cōuocare seu citare, ut ff. de adop. l. nam ita diuus. Aliquando. i. præstare. ff. qui satisda. cogan. l. de die. §. 1. aliquando. i. reiterare. 1. q. 1. p illicitā. Aliquando. i. recipere seu admittere. ff. de testamen. l. 1. & l. seio. & l. repetundarū & l. pater. & institu. quod fal. tut. in princi. Aliquando exponitur. i. habere. ff. de offi. proconsu. l. nec quicquā. §. obseruare.

AD instantiam iste dictiones sonant sicut si diceretur ad petitionē seu preces talis,& hoc not. quia facit ad multa & maxime pro instrumentis, & artis iudicii in quibus dicitur ad istantiam talis promisit, uide Fely.in c. cum. M. Ferrarien.col.2.uer.no:2.de consti.

ADITVS domus est anterior pars siue introitus. ff.de usufruct.l.si cuius.§.sed si odium.

ADIECTIVVM quñ dicatur adiectiue teneri, uel substantiuum adiectiue teneri dicitur quando uenit ad qualificandum uel restringēdū ut si dico. Petrus albus excludo alio Petro albedinem. Substantiue teneri dicitur quando notat sic esse in substantia, ut si dico Petrus est quid album, non nego in aliis albedinem, licet supponā in isto. Pan.in c. damnamus nu14. de sum. trinita. & fi.catho. uer.in glo. in uer. nec genita. ibi in ea. gl.ibi tenentur adiectiue adiectiuū autem appositū inter duo substātiua quid importat, uide Bar.in l. cum filio. in fin.ff. de legat.1. & si duo adiectiua adiiciantur uni substantiuo an requiratur utriusque concursus Bar. in l. qui concubinam. in princ.ff. de leg.3.uide Alber.in suo dictio.in uerbo adiectiuum.

ADDITAMENTVM ē qđ pristinis bonis postea accedit. ff. de administratio.tutorū,lege quoties.§.constat, & c.ex quibus causis haben. tit.l.fi.& de cura. l.furi. l.fi.§.quod tali itaque.

AD iacentes id est confines, in auth. de sanctis.episco.§.si autem.

ADIACERE, idest cogere. C.de ero. mili. anno. actu.lib. duodecimo. Aliquando accipitur pro iudicare uel damnare. C. de appellatione l.adiectos.

ADIGERE id est compellere.ff.de in ius uocan.l. adoptiuum, ff. de iur.patro.l. fi. & de electio. ubi maius lib.6. uel adigere. 2.de domo adducere. 36.q.1.lex.in fi.

ADOLESCENS proprie dicitur quis quando excessit pubertatem tex.in lege aurelio. §.1.de liberta. legat.

ADVERBIVM quandoque resoluitur, in suum nomen & relatiuū quod & uerbum est, ut de acquirē.possess.l.c.§. furiosus, hoc aduerbiū uarie exponitur,idest uariis locis. in authen. ut omnes obe.iudi.prouin.§. considerantes itē aduerbium tanquam non notat similitudinem, ut in eod.tit.§.si autem ille quidem in glo.

ADVERSVS i.contra.l.non solū. §. fin. de iniur.aliquando ponitur inclusiue, ut institu. de usucapion. §.penul.& de obliga.ex quasi contractu.§.1.

ADVERSARIVS aliquando ponitur pro procuratore uel aduocato, ut ff.de calumnia.l.1,§.sed aduersarius principalis est inimicus extra ut lit.non concesta. ca praecedens el.2.

ADVLATIO ē blādus sermo.43. dist.c. ul.ff. si quis ali.test.prohib. l.ult. itē adulari dicitur quis tribus modis gl. in c.unum. etiam in fi.in uerbo adulte.25.dist.

ADVLTERINA sciētia dr falsa ut in phe. ff.§.discipuli igitur,et adulterina monet.i. falsa.C. q fa.mo.l.2.

ADINSTAR.de hac dictione uide C. Vnde ui.l.si de. possessione, & de episco. & cle. l.omnia priuilegia. de exercito. l.ult.ff. de publica.l. eum.qui.§. publiciana.C. de liber. exhi.l. si ad instar. & de spon.c.2. & de praeben.c. dudum. circa fin.lib.6.

ADIVTOR idem est qđ actor,in institut. de curato.§.fina. de tute.l. solet

solet. C. quomodo & quando iudex l. præses quandoque pro scriniario ponitur. C. de numer. l. nulli.

ADIVTOR laborum, id est ordo. de offi. mag. l. 1.

ADMODVM id est ualde, penultima correpta. ff. quod cuiusque uniuer. l. 1. in pri. & C. ne quis in sua causa iud. l. 1. de iureiu. c. Romani uersic. nos itaque in cle. & decen. ca. grauis. de corpo. uiti. cap. 1. Aliquando profertur accentu acuto, & tunc exponitur admodum, id est necessitatem de usufru. l. item si fundi. in fine.

ADNOTARE, id est reprehendere. ff. sol. matri. l. si uero §. de uiro. & de lega. 2. l. debitor. Aliquando ponitur pro notare. ff. de inoffi. testa. l. cum mater.

ADNOTATIO dicitur quæ fit proprio motu principis, ut no. C. de pa. l. non aliter de diue resc. l. 1. & C. de omni agro deser. l. quicunque. Vel annotatio est rescriptum principis paucis adhibitis factū. C. de sac. san. l. iubemus. Quandoque dicitur adnotatio actus qui sine testib. expeditur. C. de proba. l. instrumenta in glo. 1. Aliquando adnotatio est scriptura facta propria manu principis C. de preci. impe. offer. l. 1.

ADDICO ex ad & dico componitur, & est uendere per licitationem. hoc est in uenditione publica, ubi alius alio maius pretium pollicetur, ut sibi potius quam alteri uenalia addicantur, & dicitur in diem addictio generaliter quando uendo tibi rem hoc pacto, quod si aliquis in diem talem meliorem conditionem attulerit, fit tibi inepta. Et dicitur melior cōditio afferri si aliquid pretio sit additum, uel maturior absolutio, aut facilior afferatur, uel locus opportunior soluendo de pretio adiiciatur, & sic de aliis, ut in titu. ff. de in diem addit. & ibi per Azonem.

ADEMPTA legata dicimus illa quæ testator adimit a legatario cui primo legauerit, mutata prima sua uoluntate.

ADERATIO dicitur quasi eris punitio, ual aderata prædia dicebantur ex quibus es puniebatur, ut habetur ex l. 1. C. de cō. rei. mil. & C. de col. don. uel rele. aut transla. seu adera. l. 1. lib. 10.

ADMINICVLA dicuntur uehementia iudicia. cap. cum dilectus, de successi. ab intest.

ADMITTERE est recipere, ut. ff. de inof. test. l. papinianus. §. si quis impuberi, ut si dicatur. Iste est admittendus. i. recipiendus. Vel est. in citare ad currendum. Inde a admissa eius id est uelox.

ADOPTIVVS filius est quem adoptat uel accipit datum a patre. Et contra pater adoptiuus est qui filium adoptat. insti de adop. §. 1. & 2. Et sunt damnati hæretici qui dixerunt Christum non proprium sed adoptiuū filium dei 24. q. 3. quidam uer. noticiani. & in c. quidam de celeb. miss.

ADOPTIO est gratuita quędā electio qua quis aliquem sibi eligit in filium, & hoc faciunt plerunque hi qui filios habere non possunt ad ipsorum solatium. Et talis qui sic recipitur in filium dicitur adoptiuus quia a patre legitimo sic ei datur. Et ille qui sic eum adoptat dicitur adoptiuus pater. Et quæ sit differentia inter adoptionem & arrogationem uide infra arrogare & insti. de ado. in prin. Et imitatur naturam carnalis matrimonii, hinc est quod per hanc cognationem legalem etiam sacerdos qui naturaliter & de facto potest generare, potest filium adoptare. Idem de aliquo eumq.

eumq. genere ualente, ut in l. fi. pater ff. de adop. & de hoc uide Pan. plene in c. 1. de cogna. lega.

ADVENA dicitur eo quod aliunde adueniat secundum Isidor. libro decimo etymo.

ADVENA dicitur quasi incola l. pupillus. §. aduena. ff. de uerb. sig. aduene ueniunt appellatione popularium in authen. de quæst.

ADVOCATVS est qui illo nomine quasi legatus seu patronus uocatur qui in forensibus seu extraneis negotiis præminentibus præbet litigantibus suum patrocinium cuius precium honorariū uocatur sub antiquo nomine. Et inde uenit uerbum aduocare quod est postulare proponente & desiderium eius corā iudice exponere & patrociniū in causa præstare. Et aduocatus nō potest esse notarius in eadem causa, ut no. in l. uniuersas. Accur. de decur. lib. 10.

ADVOCATVS fisci dicitur qui patrocinium præstat in causa fisci.

ADVOCATVS, id est conuictus uel sententiatus.

A DEO id est in tantū, media correpta ut de rescrip. cum adeo.

ADVLTVS dicitur qui 25. annos compleuit, uel qui a 14. annis usq. ad 25. procedit. Nam adolere in uno significato est crescere, in alio cremare uel urere. Et adolescens dicitur tribus modis, ut not. Arch. 26. q. 6. alligantur.

ADEODATVS est nomen Dauid prophete qui datus fuit a Deo ad liberationem Israel.

ADIMATVR id est pro nō dolo habeatur. C. de iud. lib. l. una.

ADIRE hæreditatem nihil aliud est quam uelle eā habere. Nā adire non tam facti est quā animi uno innuda & sola uoluntate consistit. Nam hoc animo debet esse ut uelit esse hæres. Ceterum si quid pietatis causa fecit, si quid custodie causa uel aliud non quasi hæres fecit, sed quasi alio iure, apparet eum nō pro hærede gessisse, & ideo solet protestari liberi qui necessarii existunt, non animo hæredis se gerere quæ gerunt, sed aut pietatis aut custodie causa pro suo ut puta patrem sepeliuit uel busta fecit ei, si animo hæredis pro hærede gessit. Enimuero si pietatis causa, contrarium est.

AD quid, id est quare de censibus peruenit.

ADVLTER dicitur qui nuptias uiolat.

ADVLTERIVM est illicitus coitus cum uxore sponsaue aliena perpetratus. Et dicitur adulterium quasi transitus ad alterius thorum uel ad alterum. Illud uero non est adulterium quo maritus alicuius aliam solutam cognouit, idem & si coniugatam, nam & tunc non indicatur adulterium quia ab uxore discedit, sed quia cognata est uxor alterius. Nam secundum Petrum ad Rauen. maior fit iniuria marito uxorem suam adulterare quam suum proprium filium occidere. facit text. singula. secundum eum in leg. codicillis. §. matre. ff. de legat. in secundo. Item secundum Azonem in summa inter alia crimina est, excellentius adulterium & stuprum incestus, & lenocinium. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Item ex adulterio omnia fere crimina proficiscuntur, uiolentia, iniuria homicidum periurium, falsa testimonia. Sine colloquino enim adulterium non committitur hoc est propter enormitatem adulterii non

licet de eo transigere, licet fiat transactio de aliis criminibus quæ ingerunt pœnam sanguinis, ut C. de transactionib. l. transigere, & quia lex Iulia de adulteriis & stupro, & incestu, & lenocinio loquitur, ideo plenius uide loco suo, uerbo lex Iulia &cæt. Item secundum Ludou. de Roma pro adulterio statutæ sunt quatuor pœnæ de iure ho dierno. Prima est separatio thori. Secunda est Pœna detrusionis in monasterium, ut ibi lachrymis lanes peccatum quod est pudor fateri. Tertia est quod scinduntur in pannis & capillis ante & retro. Quarta est excommunicatio quæ est maior omni pœna in iure canonico, licet pœna adulterii de iure ciuili sit pœna capitis, ut ff. ad legem Iuliam de adulte. l. coercende sed Paduæ est pœna 60. ducatorum & hoc in uiro, sed in muliere est pœna detrusionis in claustrum ut nota. in lege manci. C. de seruis fugiti.

**ADVLTERINVS** dicitur quę de adulterio cõceptus, seu genitus est. unde adulterina moneta uel sigillũ dicitur falsa moneta, uel falsum sigillum ad instar uere uel ueri facta uel factum.

DE A ANTE F.

**AFFICERE** tria significat. Vnde afficit affirmat punit cupit hæc tria signat. Item dicitur, affectus nõ sufficit nisi sequatur effectus, ubi ex necessitate opus est facto, ut capitulo ultimo de spõsali. & de eo qui mitt. in poss. c. 1.

**AFFATVS** id est rescripta quę tradeconceduntur per imperatorẽ C. de episc. aud. l. 4. in gl. C. de diuer. rescr. l. sacri affatus.

**AFFLVERE** id est affluẽtiam habere. C. de meta. l. 1. lib. 2.

**AFFICERE** est lucrum afferre di- uor. l. si. filia. ff.

**AFFATIM** idest generaliter uel abũdãter, & sic est media breuis, sed media longa idest facunde. Vnde si dicas affatim tunc significabis abunde. Affatim dicens, facunde, significabis, ut habetur in c. unico de religio. do. libr. 6. in glo. & 23. dist. præterea.

**AFFINIS** est qui habet consanguineam alterius in uxorem, uel cõtra habet consanguineum alterius in ma itum.

**AFFINITAS** est proximitas personarum ex coitu prouenjens oĩ carens parentela, & hoc de iure canonico & hoc contrahitur & affinitas tam per coitum legitimum quam per fornicarium. Similiter dicit Goffre. affinitas est attinentia personarum ex copula proueniens. Nam quando uir carnaliter coniungitur uxori, omnes consanguinei uxoris efficiuntur affines, uero, & econtra sed inter cognatos utriusque nulla nascitur attinentia. de consang. & affini. c. quod super his, & impedit matrimoniuum contrahendum, & dirimit iam contractum. Dicuntur autẽ affines quasi ad alterius fines accedentes, uel affines quasi propinqui, uel ex eo quod due cognationes quæ inter se diuerse sunt, propter nuptias, uel coitum copulantur, & altera ad alterius cognationes finem accedit secũdam Host. Sed secundum leges affinitas est irregularitas personarum in nuptiis coniunctarum omni carens parentela, ut C. de nup. l. liberi. Et tamen secundum gl. l. contrahitur etiam affinitas per concubinam, ut. 25. q. 3. C. de incestu. & ibi no. ff. de concubi. l. 1. Etiam per dictum incestuosum uel fornicarium, ut in c. discretioni & c. tue de eo qui cognouit consan. uxo. sue. & 35. q. 2. nec

nec eam. Alii tamen reputant absurdum quod tale uinculum legitimum oriatur ex coitu damnato; cum ex nuptiis proueniat. ff. de gra. l. non facile. §. affines. & §. sciendum. Oritur tamen publice honestatis iustitia secundum Goff. in ti. de eo qui cogn. consan. uxo. sue. Vbi dicit etiam affinitas per fornicarium coitum contracta non dirimit matrimonium, sed exactionem debiti interdicit, ut i d. c. discretioni. Quot sunt autem genera affinitatis, & qualiter affinitas ipsa genera affinitatis insurgunt, item usque ad quē gradum in singulis generibus prohibeatur, uide plenius per Hostien. in sum. eo. ti.

A F F I D A R E idest fidem dare alicui super aliquo facto c. super eo. l. 2. de testi. & ibi Abb. in primo no. uide tex. in c. fi. in uerbo esse affidatam de cogna spiritua.

A F F I R M A T I O exponitur quandoq. per negatiuam, ut c. ueniens de testibus ubi dicitur. In ore duorum uel trium scilicet & nō paucorum, quandoque econuerso, ut distinctio. infra ius naturale ubi dicitur transire per agrum alienum non tuum phas est, iure autem naturali omnia sunt communia. c. quo iur. 8. dist. adde quod affirmatiua prægnans parit negatiuam secundum Bart. in l. fin. C. de hæred. institue. Item adde duob. affirmatiue deponentibus plus creditur quam negatiue. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. & ibi glo. & notata etiam per Ioan. Andr. in c. 1. de rescrip. lib. 6.

A F F I C T V S, penes uulgare lombardorum & thuscanorum secundum Petr. de Sam. & Abbatem dicitur census qui datur ratione prædiorum prout uideē uelle in Spe. de locatio. & cōduct. §. sequitur in pri. inde affictare, & est locare ad fictum & ad firmum, ut in c. pisanis de resti. spo.

DE A ANTE G.

A G A S O dicitur custos equorum, & idem dicitur equitus, proprie tamen agaso dicitur custos uel pastor asinorum, iux. illud Græcistæ Asinorum pastor agaso & habere l. agaso ff. si quadru. pau. fe. di.

A G E N T E S in rebus sunt illi quibus cura euictionem mandatur & erant olim plures diuersi diuisi per certos numeros. Et qlibet numerus habebat proprium. C. de offi. magis of. & tales dicebantur principis.

A G E R E est generale ad omnia quæ fiunt tam re quam uerbis tā inter uiuos quam in ultima uoluntate. Nā faciens testamentum dicitur agere sicut & emens, uendens, locās &c. Sed gerere comprehendit tantum illud quod fit re, & nō uerbis, & sic faciens testamentum non dicitur gerere. ff. de uerb. signi. l. uerba contraxerunt.

A G E R appellatur area uel campus iure, uel locus scilicet uacuus qui sine uilla est, ut in l. agere ff. de uerb. sig. ager cum ædificio appellatur fundus uel prædium urbanū & ager nudus uel area nuda sine ædificio dicitur rusticum prædiū, uel ager rusticus.

A G E R uectigalis respice infra uectigalis.

A G E R emphyteoticus, respice infra emphyteota.

A G O N, est certamē, inde agonista, & agoniculus, & est ille qui pugnat uel certat, ut ff. de mu. & hono. l. fi. §. magistrophori.

A G O N E T & sunt principes iudi. ut ff. de alea. l. 1. § in eum ubi no. Accu. in glo.

A G R I C O L A dicitur quasi agrū uel agro colens, & est nomen com u
ne

ne ad omnes agricolas. Sed nomina specialia agricolarum sunt illa, quia agricolarum quidam sunt ascriptitii, quidam censiti, alii perpetui, aliqui coloni, aliqui conditionales alii inquilini, alii originarii alii simpliciter coloni nuncupantur de quibus omnibus infra locis suis dicetur.

AGRICOLE & censiti prout qui dā dicunt sunt duo nomina substantiua per endiadim talem figuram copulata, ut sit sensus de agricolis et cēsitis. i. de agricolis censitis qua si cēsualibus & habetur. simile. ff. de tuto. l. 1. ubi dicitur quod tutela est uis & potestas, & exponitur idest uiolenta potestas, ita exponatur agricole & censiti, idest agricole censuales. Vnde uer. Veteris endiade si dixeris. Arma uirum que idest armatum uirum, secundum Virgilium & Græcistam Dicū tur autem quasi censibus ascripti. Et cōstituuntur eo modo quo ascripticii. Veruntamen inter censitum & ascriptitium est differentia, sed non certa. Quidam dicunt quòd cēsitus sit ille qui nascitur ex ascriptio. Alii dicunt quòd illa sit differentia, quia censibus est ille qui rei certe annuatim præstande obligatus est. Ascriptitius autem est obligatus ad rem incertā puta ad tertiam uel quartam partem fructuum ex fundo prouenientium. Aliquando tamen etiam censitus capitur large, ut etiam ascriptitium comprehendat quandoq. proprie & stricte, quidā tamen dicunt quod hi non possunt testari inter suos cū alienis tamen admittūtur. Ioā. autem dicit quod possunt testari inter suos sed non inter alienos. Possunt enim inter eos qui sunt de familia secundum Ioann. & Accur.

AGRICOLE perpetui uocabātur illi qui ualidi erant in corpore, miseriamque incertè simulantes, & ea quæ ueris miseris erant signata ad sustentationem ex publico percipiē dam diminuentes quis proditor studiosis etiam diligens detegens ad perpetuum coronatum redigit si erant liberi. Si uero serui qui talia fingebant dominus eis carebat, & proditori assignabantur, licet quidam dicant quod sit correctum per authēticam de quæstore, alii tamē dicunt quòd non. De alii speciebus & differentiis agricolarū inuenies loco suo super uerbo, ascriptitius & colonus.

AGRIMENSOR est qui agros mēsurat, & metitur & fines per debitā mensurā distinguit, dictus quasi agros mentiens et alibi uocatur libripēs q si dolose falsum fecerit, uel fines male distinxerit tenetur actione in factū, uide de hoc de præscrip. c. quia indicante in glo.

AGGERES dicūtur munitiones q̄ fiunt iuxt. ripam fluminis ne flumē excrescens ruat per limites, & sic in ru. de nili agge. nō rum. pen. Bar. in l. fi. de immuni. nemi. conceden. lib. 10. C.

AGGERIBVS nisi nō rumpēdi dicuntur, quia in egypto non pluit: sed nilus certis uicib. egreditur & inūdat agros unde qui rumpit ibi aggeres, incurrit crimen quasi læsæ maiestatis, & pœna eius est ut in eodem loco ubi ruperat aggeres & usurpauerit ualles nisi fluentis fluminis de propriis & uetustis usib. in duodecim cubitorum flamma cōburatur. Et consocii & participes sceleris deportantur & eorum bona publicantur C. de nili agge. non rumpen. l. unica. Adde quòd chomata et dicuntur aggeres seu instrumenta quibus aqua diuidit,

chomata

choma.n. græce dicitur diuisio latina. & chomata seu aggeres diuidunt loca adinuicē, & dicitur fieri cōma uocis cū uox exaltatur seu eleuatur in fine, lyma uero cum in eodem statu, seu sono retinetur, periodus cum deprimitur seu breuiatur, ut. ff. de extraordinar. crimin. l. penul. §. in egypto.

AGAPEM, id est stipa, ut dist. 42. si quis etiam agapa dicitur conuiuiū pauperum in eodem significato ut in c. si quis prææallegato.

AGO agonis græce est labor latine, quia qui laborat agit. Vnde Christus dicitur fuisse in agone, inde agri & fundi agonetici qui dabantur certantibus in agone, uel cum agona idest labore ad fertilitatem sunt perducti, ut C. de fun. patro. l. fi. lib. 2.

AGNATI dicuntur q per uirilis sexus lineam coniuncti sunt in consanguinitate ideo sic dicti quod accedunt & quasi nascuntur pronatis, dum scilicet desunt admittuntur cognati. Vnde cognati communiter uocantur omnes qui per uirilem sexum uel fœmineum in cognatione sunt coniuncti, hoc de ueteri iure. Hodie uero inter agnatos & cognatos parua est differentia per iura aur.

AGNOMINATIO idē est quod agnomen quandoq. etiam dicitur fœdus coniugale.

AGELLI parui agri extra de pecu. cleric. c. ultimo.

AGER dominicus est ordo monachorum nigrorū in clemen. ne in agro. de sta. regu. & uide not. per Ioan. And. & licet ord. sit ager dominichus, monachi tamen ut plurimum sunt diabolici.

AGITATOR idest augur. C. de malefi. l. ultima aliquando dicitur agitator equorum uel aliorū animalium ff. de his qui no. infam. l. 1. in prin. aliquando agitator, idest aduocatus qui causas agit. C. de adulte. l. finali aliquando, idest discussor, ut extra de testibus, cum a nobis.

AGITATA res dicitur perfecta de rei iudi. l. prima extra de offic. de leg. cum super.

AGMEN aliquando dicitur multitudo militū, ut C. de iustitia codi. cō. circa prin. aliquādo dicitur officium. C. de aduoca. diuer. in lege penulti. in glo. aliquando idest certamen. C. de expen. ludo, lege prima lib. 11.

AGNOSCERE exponitur idest reddere ff. de hære. uendi. lege. 2. §. si quid publici.

AGNVS dicitur duntaxat sex mēsiū aniculus est minor, lege cū quæreretur & lege legatis. §. fi. ff. de lega. tertio.

AGGREDITVR, expone ut C. quis decre. cur. condi. l. 1 in fi.

DE A ANTE L.

ALBVM prætoris est quędā tabula de albata quæ ponebatur in curia uel in turri prætoris in loco communi in quo scribebantur & ponebantur nomina uocatorum ad iudicium, & ad cuius instantiā quilibet citatus esset. Et ibi ēt proponebantur statuta & edicta p̄toris in gl. litera, ita q ab omnib. legi possent. Et erat certa pœna cōtra illū q delebat illud albū, qđ modo est sublatum. De hoc in cle. 1. de iud. in autenti. de litigiosis. §. omnem colla. 8. in spe. de dol. & contu. §. restat. in prin. de citato. §. sequitur uersi. & not. Et dicit q loco huiusmodi sunt modo quaterni, & qui corrumpebat uel delebat, puniebatur in quinquaginta aureis per edictū de albo corrū. C. li. 11. Est albū prætoris triplex. Vnū in quo

tcibus.

scribuntur edicta prætori, uel lex ciuilis, ut in l. si quis. ff. de iuris. om. iudi. Aliud est in quo scribuntur citationes, ut in §. præal. in authen. de lit. col. 8. Tertium est i quo scribuntur nomina d. curi n..., ut ff. de albo scriben. per totum titulum.

ALBERGARIE sūt cēsus seu pactiones q̃ d. bent p comestionib. de hoc p gl. in c. ptērea. de iure patr.

ALLEGARE est argumēti ad pbationes uel conclusiones ad commune iudicē pro cōmodo sue cause, & proprie pertinet ad aduocat.

ADDE hic quod allegatio quādoq. sumitur p allegatione iuris. ff. de mino. lege minor. autentica. & C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. aliquādo pro allegatione iuris & facti. extra de postulatio. præla. c. bō. te. §. nos igitur aliquando capitur pro probatione, ut l. laudabile C. de aduo. di. iud. & de iudi. auten. indemnis. Aliquando pro exceptione dilatoria uel peremptoria seu declinatoria. C. de iur. & fact. ignoran. l. i. ibi nota & ff. de mino. l. minor. 25 annis.

ALLODIVM est res libera alicuius, ex qua tamen præstatur tributū Guil. de Cu. & Bar. in l. fin. famil. ercis. in glo. si ibi quod si uni p diuisionem iudicis assequitur. totum allodium. C. fa. ercis. Bald. in c. i. in tit. de allo. in prin. ubi dicit q̄ allodium est id quod est proprium alicuius a nomine alio recognoscitur, nisi a deo, & de allodio uide l. at si quis. §. interdum. ff. de reli. & sumpti. fun. Et allodium allodii dicitur hæreditas quā uendere uel donare possum secundum Hug.

ALBAGARIA sunt procurationes quas certe uille debēt dominis suis ad eas uenientibus. de rescri. ad audientiam.

ALIMENTORVM appellatio. ne cōtinētur calciamēta, uestimēta et habitatio, ut in lege legatis, & lege fi. ff. de alim. et cibāt. legat.

ALBA est uestis sacra, uel nomen oppidi in Lombardia. Vnde Ver. i. Æneid. Albanique patres &c. dicitur urbs alba; uestitur presbiter alba secundum Ioan. And. in clemen. in agro. de statu monachorum.

ALLVVIO est latens incrementū, ueluti cū paulatim aquis abluendo arenam ex fundo meo uel uicini mei in fundum tuum aliquid ita accrescit ut facile modus non possit apprehendi qua hora sit ablatum, uel hæc augumentatio facta. uide institutio de re. diui. §. præterea & habet locū ius allodiationis in agri qui non sunt limitati secundum Azonem.

ALMA id est sancta & nutriens ab alo alis quasi alios nutriens doctrina & exemplo secundum Raba. Quidam dicunt alma. i. uirgo nubilis & adolescentula. Vel alma in hæbreo, id est uirgo in latino.

ALOGRIPHA in Græco, id est secreta, quia in cameris solent, uirgines abscondi. 9. qō. 3. in antiquis. ii. questione. i. sunt nonnulli.

ALEOTHETA figura est quādo singularis numerus ponitur pro pluralis notat. ff. de trāsact. l. qui cū tutore. §. fi. de petit. hær. l pinus, si cer. pe a. l. eius qui.

ALLODIVM, idest l bellarium ut capitulo 2. & 3. si de feud. contro. fue. in usib. feud. & uide quod not. glo. in l. penul. C. de inge. ma.

ALEATOR est q ludit ī alea. Etiā ille qui quasi scholam illam tenet & si talis clericus fuerit, repellетur a promotione, ut de excess. prælato. c. interdilectos. Vel aleator est qui lusum alee consueui

apud

apud se causa sui emolumenti exercere sicut & in caupona dicitur. ff. nau.caupo.sta.l.i.caupones.

ALIENIGENA quasi aliene regionis uel aliena gente natus uel gentis, secundum Isidorum lib.x. ethymo.

ALLIBRATI dicuntur qui descripti sunt in libro ciuium uel communitatis alicuius ciuitatis.

ALTARE dicitur, quasi alta res uel alta ara, in quo sacerdos incensum adolebat, uel quia in eo sacrificia ardebant de conse. distinct. prima de fabrica, & ibi Archid. & significat Christum qui dator & conseruator est charitatis. 8.q. i.scripturis. Item altare non debet esse de ligno, sed lapide uel ferro, de consec.distinct.i.cap.altaria, & ibi uide not.per Archi.

ALTARE est duplex quoddam est portabile quod portatur de loco ad locum, & est paruus lapis continens formam cum consecratione, & signo supposito. & istud non execratur nisi moueatur illud signum continens consecrationem. sc.quod in dubiis. & ibi Panorm. in i.not.de consecratio. eccle. uel alta. Aliud est stabile, & illud execratur multis modis. Primo ubicunque uiolatur locus consecrationis, puta qa cecidit aliquid de lapidib. tangentib.ipsam consecrationem, uel motum est sigillum ipsum, uel si tota mensa est mota licet ibi non sit foramen consecrationis. Ratio quia quoniam altare est firmum non consecratur solum tabula, sed totum altare, vnde si patitur enormem lesionem amittit formam suam, & dicitur execratum, ideo debet de nouo consecrare, ita concludit Panormi.in cap.i. de consecra. eccle. uel alta.num.3.uersi.in glo.i.ibi unde si ius.

ALTERCATIONES sunt certamina uerborum secundum Ioan. And.in proemio clemen.

ALIAS, hæc dictio significat conditionaliter, quandoq. altercationem ut promittis dare fundum alias ex nomine pœne. ff. de iur.iur.l. alias ubi re perempta iuratur, alias nõ id est si non sit perempta. Secũdo alias ponitur pro alio loco.l.adeo.§.insula.uersi.quod si toto alueo naturali relicto flumen alias fluere ceperit.i.in alio loco alio.ff.de acquire.do. Tertio, id est alia uice uel alio tempore, ut in l.diem.ff.de arbi.ubi dicitur.alias est agitatum.i.alia uice uel alia quæstione. Quarto id est alio casu, ut in l. quia testamento. §.mulier.de test.ubi mulier in testamento testis esse non potest alias potest, i.in alio casu quam testamẽti. Quinto alias, id est alio modo. l. i.illud tamen.ff.de aqua plu.arcen. Et breuiter hæc dictio alias significat alterationem diuersimode, sed in casu particulari eo modo tantũ secũdum quem subiecta materia declarat, alias applicata casui significat alterationem eius quod est in oratione præcedenti.

ALIA ista dictio refertur ad similia. Bald.in leg.si fugitiui.uersic.quæro hic dicitur. C.de seru. fugitiu. & Bart.in l. & reprobari.in princ. ff. de excusa.tuto.Feli.in c.inter cæteras.de rescrip.co.8. uersic. denuntias. impropriatur tamen aliquando, ut cum dicitur crucifixus est Christus & cum eo alii duo latrones, ut plene per Bartol. in dicto capitulo sed & reprobari. & in leg. non solum.§.quæritur. ff. de procuratoribus.

ALIVS alia aliud denotant diuersitatẽ & implicationẽ.l. qdam relegatus.ff.de rebus du.Etiam alius.i.cõtrarius 12.q.i.cap. 11. distinct.quis

nescia-

nesciatur. ubi dicitur nullus alius quam Petrus prædicasse in Italia, Gallia, Hispania,& cæteris prouinciis. Item alius & allunt præcedentibus implicatiue qualitatis præcedentium. ut leg. si donationis C. de his qui ui metui ue causa fiunt, licet glo. ibi uelit quod implicet qualitatem contractus, aliter est denotatiuum qualitatis non autem substantiæ. ff de uerb. oblig. leg. si quis cum aliter. C. de testi. leg. etiam. & quod ibi notat glo. & etiam denotat diuersitatem non in substantia, sed in qualitate, ut no. do. Fran. in l. si certos numos. ff. de uerbo. obligatione.

ALIOQVIN dicitur uel significat conditionaliter coniunctiuæ & aduersatiuæ. Conditionaliter, ut promitto fundum dare, alioquin centũ nomine ff. de dam. infec. l. si finita. §. ex Damno. Coniunctiuæ capitur in. leg. damni. §. pen. ff. de dam. infec. aduersatiuæ in lege fluminum. §. idem seruus. eo. titul. significat ergo simpliciter secundum quod subiecta materia declarat.

ALIQVANDIV, i. per aliquantulum tempus, extra de eo qui mitti. in poss. c. constitutus. de elec. c. cum post. de pari. post par. ca. i. in fin. Itẽ hæc dictio aliquandiu recepit moderationem ad arbitr. iudicis. ff. de iure delib. l. i. & no. per Arch. extra de restit. spo. c. 2. lib. 5.

ALIQVOD est signum partitiuum, & quod unum est, diuidi non potest. extra de præben. c. si pro ecclesiasticis. lib. 6.

ALIQVORVM dicuntur etiam si nõ sint communes, sed una unius, alia alterius, ut. ff. de re. di. l. litius. §. fi.

ALIQVID, i. aliquãtulum ff. ne quid in loc. pu. leg. fi. §. sunt aliquando sumitur aliquid pro re singulari & determinata, ut C. de senten. possess. l. si debitore.

ALLVMNVS est qui alit aliquem uel qui alitur ab eod. uel filius ex concubina, ut in leg. alumnus. C. quæres pig. obli. possit, & ibi gloss. Et sunt quinque nomina quæ significant indifferenter. actionem & passionem unde hospes, zelotipus conuiua uector alumnus. Actum siue pati sub eodem nomine signant.

ALIENARE est propriæ rem aliquam in dominium alterius trãsferre. inde alienatio est omnis pactio per quam trãsfertur dominium de rebus eccle. non alie. cap. nulli. C. de fur. leg. Item alienatio sumitur dupliciter. Vno modo pro dictione significante translationem rei uel iuris ut in l. alienationis ff. de uer. signi. alio modo sumitur alienatio pro ipso facto quo rei iuris translatio. Tale enim factum quo fit trãslatio est alienatio. Et factum hoc alienatio significat. Nam factis quãdoq. sicut uerbis declaratur uoluntas in leg. de quib. ff. de leg. Diuersimode ergo significat prout ex eius modo & circunstantiis adiacentibus infertur. Verbi gratia testator legauit stichum quem si alienauit necessitate, legatum non extinguitur, si alienauit uoluntate legatum extinguitur leg. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. Ratio quia quando testator ex necessitate alienauit, non uidetur per hoc uoluntatem mutasse, secus quando ex uoluntate alienauit legatum, tunc. n. uelle uidetur quod alius quem legatarius illud habeat. finaliter. uerbum alienatio uel alienare significat quod eius impositio uel aliud probabile medium declaret significare. Et factum alienationis reuocationem dispositionis significat si uoluntate alienantis est reuocabilis, & secundum ipsum factum

tum ex se, uel ex qui circunstantia hoc probat.

ALIENARE causa mutandi iudicium dicitur qui credens se ab aliquo conueniendum reali actione uel personali quæ in iure scripta sunt alienata rem dolo mala causa iudicii futuri mutandi, id est uitandi in qua actione alienator tenetur actione in factum ex hoc edicto cõtra ipsum proposita, & intentione proposita, ad interesse condemnetur, saluis nihilominus pristinis actionibus aduersus nouos possessores, quia solam possessionem alienans tenetur hac actione. quicunque ergo metuens controuersiam rem dolo in alium transfert ut iudicium mutet & euitet, dicitur alienare causa iudicium mutandi, ut titulo de alie.iud.mut.causa fac. Et no. quod nomine alienationis continentur quæstiones seruitutũ prædialium & usucap. Vix est enim ut non uidetur alienare qui patitur usucapi. l. alienationis uerbo. ff. de uerbo. signifi.

ALLVSIO quid sit, uide. ff. de acquirenda possessione. l. i. in gl. primis. & si certum petatur. l. 2. § appellata. Item allusio facit præsumi significatũ uocabuli, ut lege, & ibi Bar. ff. de fide instru.

ALVEVS propriæ est uenter fluminis, ut dicit Bar. secundum Hug. in tract. de alueo. in princ. & sicut stomachus continet uinum, ita alueus supra se cõtinet flumẽ & similiter lectum fluminis appellamus, quia ibi flumen cubat. Bald. in rub. de re. diu. ff. in. 12. col. in uersic. nec ueniamus.

ALTERNATIVA est coniunctio altẽrnatiue significans, scilicet quando significat alterum de cõiunctis esse seu orationem factam per hanc coniunctionem in altero uerificari. Et quandoq. uariatur significatum, uel ex coniunctionis natura subiecta materia, seu quauis alia circunstantia. uerbi gratia. Lego Stichum uel pamphilum, significatur utrunque esse in obligatione, sed alterum tantum in solutione ut alterum soluendo debitor liberetur. ff. de uerb. obli. l. si duo. in. ff. & effectus alternatiue ẽ quod uterque est in obligatione, quia uno mortuo alter qui super est remanet in obligatione. Est autem alternatiua quadruplex. Quædam rerũ, in qua electio est debitoris leg. plerunque. §. fina. ff. de iur. do. & arbitraria. §. sceuola ff. de eo quod cer. lo. facit cap. in alternatiuis de regu. iur. libro sexto. Secunda est locorum respectu solutionis fiendæ, quia & illa iterum debitoris, est electio ante lit. contest. ut in §. sceuola. prælallega. Tertia est locorum quantum ad iudicium inchoandum in quo loco debeat conueniri, in qua electio est actoris. §. prædicto. Quarta alternatiua est personarum quando stipulatio est apposita de soluendo, in illa iterum est electio debitoris ut in. §. item iulianus leg. arbitraria, præal. Alii dicunt, quod alternatiua legis significat ut eam lex ratio uel subiecta materia significare declarat. Sed alternatiua hominis significat ut proferentem significare uerba uelle uel subiecta materia uel quauis alia coniectura probabilis concludens declarat. Et de istis alternatiuis seu, aut, uel require in loco suo.

## DE A ANTE M.

AMITA est sororis.

AMITA magna est soror auie.

AMITINVS est q. ex ea generatur. s. amite filius, ut 25. q. c. ultimo.

AMMITAT, hoc uerbum nõ sonat in præteritum, sed in futurum, nisi ad

datur

datur ipso iure.Feli.in c.Rodul.col. 12. uersi. publica sunt bona de re-script.

AMBAGES est dubia locutio uel effugatio sermonis extra ꝓpositū.

AMBIGVVM est ubi opiniones sunt, & iura uaria uidentur de sen. excōm.inter alia.de iudic. c. 1.lib. 6. Et ius ambiguū est per Summū Pontificem declarandum ç. per ue nerabilem. §. rationib. qui fil. sint legit.de refer.super literis de offi. delega. super causa poss. pastoralis, de præben.quia sæpe.lib.6.secundum Archid.& de triplici ambiguitate scilicet iuris, facti & personæ no.33.distin.c.fi.secundū Io.An. in proh.cle.super uerbo ambiguitatis. Adde quod dicatur ambiguum per Bar.in l.inter stipulantem §.1.ff.de oblig & l.si quis intentionem ambigua. ff.de iudi.& per Bart. gloss. in l. si quidem.in 2.col. C. de excep.

AMBIRE est propriæ cupere honores.argu.de cōsue.cap.1.lib.6.unde ambitio.i.cupiditas ꝑ Archid. in c. uit.de rescri.lib.6.uel dic quod ambire est bonorum gradus & ordines per peccatum appetere. Cupere uero est terrena lucra optare, Vnde uersus. Est censit cupidus uir, ambitiosus honores.no.per Car.i c.auaritiæ.extra de elect.

AMBVLARE. i. transire, sic etiā dicitur ambulatoria uoluntas defuncti usque ad mortem ff. de adi. leg. l. 4. de don. inter uir. & uxo. l.cum hic status.§.ait oratio.Dicitur etiam ambulatoria potestas legis ff.de fundo dota. l. erit ergo. Item ambulatoria actio. C. de fur. l. ultim.§.1.

AMEN exponitur, idest uerum. de confe. dist. 2. reuera. uel id est ita erit, ut no. per Arch. in prohe. lib. 6.in si. & de hac dictione amē, ui de de confe.dist.1.hoc quoque.

AMPLIARE & augere licet uideantur idē significare, tamen differunt, quia augere spectat ad quantitatem, ampliare uero ad pretium quod fit diligēti rerum cultura C. de sacrosan.ec. l. iubemus nulli. de iu. fis.l.non intelligitur.§.diui.

AMPLIVS, hoc uerbum habetur ff.de dam. infec. l. hoc amplius, & ibi includit, non tamen semper est excessiuum ut. ff. de dam. infec. l. uerbum amplius & l.1. §. hæc uerba.ff. cui plusquam per l.fal. Interdum est excessiuum, & habet in se-uim reparationis & excessus ff. de leg.3.si sic. & l. tibi pure & de do. ꝑlega. l. qui ita ubi de hoc.Itē ultra supradicta adde de hac dictione amplius quomodo repetit uer. comparatiue ponatur Bart. in l. si seruus legatus.§. si ita scriptum ff. de lega.1.& in l.si tibi de leg. 3. & ibi an inducat quantitatem uel conditionem, & de hac dictione plenius uide per eundem in l.lecta. ff. si cer.peta.

AMPLECTENS i.undiq.circūplectens C. de leg. lege non dubium.

AMPVTARI.uide C.de iur. deli. l.sancimus, & lege 1. de plus peti. & extra de resti. spo. c.frequenter libro sexto.

AMBASSIATOR est legatus principis in arduis negotiis, & ambassiata est huiusmodi legatio cōsiliariorū uel principū in suis caus.

AMMINISTRATOR siue administrator rerū publicarū est qui tēporalia gerit sed magistratus qui iurisdictionē exercet secundū Azo. C. de admi.reip.lib.2.in rub.

DE A ANTE N.

AN, de ista dictione an uide insti. de re. ciui. §. cum ex aliena.& §.fere l. fi.& §.1.quib.mod. testa. infir. l. si usufructus, de usufruc. & lege

prima

prima. ff. si usufruct. pestem an aliquando subauditur a iure l. 1. C. de in integ. resti.

ANCIANI dicuntur præsidentes uel priores uel regentes qui regunt uniuersitatem uel prouinciam. ita dicit Panor. in c. si. in prin. no. 2. de procura. & debent eligi diuites & non pauperes l. subeunda de decur. lib. 10. C.

ANATHEMA uno modo est substantiuum & est dānatio eterne mortis & non nisi pro mortali crimine debet imponi, & in illis qui aliter nō patiuntur corrigi. 11. q. 3. nemo episcoporum. in fin. Vel est cōicatio seu suprema maledictio. Et dicitur ab an. i. sursum. & thæma figura, quia olim imprimebatur figura frontibus damnatorū. de hoc no. Io. And. de iu. cum non homine, ubi post excōicationem in corrigibili anathematis mucrone feritur idem ponitur, idest solemni excommunicatione cum 12. episcopus candela in terram proiicientib. & conculcantib. ut in c. debet q. 3. Et anathema tale uel maledictio solebat fieri per prælatos. Vel dicitur ab ana quod est rectum. thenus diuisio quasi recta diuisio damnatorum a Deo & a plebe. alio modo anathema est adiect: uū omnis generis indeclinabile, & dicitur excōicatus maledictus, separatus uel damnatus. unde. Qui frangit, rapit ac urit, ferit, est anathema. Frangit. s. ecclesias, rapit res alienas, urit etiam ecclesias, ferit personas ecclesiasticas. Inde etiam anathematizare id est damnare uel excommunicare, maledicere uel separare, ut supra.

ANATHEMATIZATVS dicitur qui tanquam impius a Deo separatus est, & ponitur pro excommunicato, ut 24. q. 3. certam est.

ANNALIS actio est quæ certo tempore finiendo est, puta anno, ut iniuriarum uel minorum.

ANCHORA retinaculum nauis est. ff. de exercito. l. 1. §. 1.

ANFRACTVS litigiorum. uide extra de sepul. c. 2. li. 6. §. 1. Et dicitur anfractus litigiorum, quia multas moras habet. ut ff. ut le. no. cau. l. etiam & incertos euentus habet. ff. de pecu. quod debet, & ideo sic dicuntur, quia undique franguntur uel circuneunt. not. per Arch. de ele. quo rundam in prin. lib. 6.

ANGVSTIA temporis id est breuitas. C. de le. non tātum. & ff. si quis cau. l. 1. §. si quis. uer. nisi.

ANGVSTA domus est arcta. ff. de seruit. si tam angu.

ANNONA scđm Azonem dicitur salariū quod cuiq. pro capite suo remunerationis cā dat. unde titulus. C. de ann. & capite administra. ly. capite secundum Azo. exponitur. i. capitatione. Sicut enim scđm eū capitatio dicit tributum quod datur pro capite. ideo hic capitatio pro capite ponitur pro eo quod datur magistratib. uel causa solarii pro remunerando labore. Et dicitur capitulatio de capite, quia pdictū debitū capiti. i. dignitati. Et erant hæc pretia q̃ singulorū magistratuū de sciptionibus arctis ligabantur.

ANNONE militares dicūtur quas milites singulis diebus consequebantur, ut C. de anno. mili. l. ul. ubi dicitur ꝙ ipsi annonas & capitia a singulis consequebantur diebus.

ANNONE ciuiles sunt quæ publice dabantur iudicantibus ciuitatib. uel omnibus tempore necessitatis per singulos dies, ut C. de anno. & tri. bu. l. 2. lib. 10. Etiam annona est seges uel frumentum unius anni.

ANNOTATIO sacra cōscriptio bonorū uel eorū cōnotatio le cōfirmatio

D ueluti

ueluti cum aliquis cuiuscunq.criminis reus sit, absentat se uocatus ad iudiciũ patietur bonorũ annotationem ut si infra annum uenerit & se purgauerit bona sua recuperet. Si aũt nõ uenerit, tũc fisco applicẽtur. Et qualiter fiat annotatio, ponit Spe. in ti. de ac. §.fi.uer.sed qualiter. dicens ꝙ præses siue iudex ueniet cũ tabellione ad domũ accusati & inquiret ꝙ domus, ꝙ prædia rustica, quot iugere terræ habet in bonis eius. Et omnia bona illius q nõ uenit citatus,ponit i bãno fisci, nisi uenerit infra annũ. ff. de requi. reis.l.1.§.1.Ab hac tñ sententia cõditionalis poterit appellari. de ap. præterea.Et describuntur bona q̃ tamẽ fiscus de facto non occupat nisi post annum.Post hoc iterũ per edicta requiritur accusatus, & citatus mittit literas suas iudici uel rectori loci in quo degit accusatus, ut p illã citato innotescat se accusatum uel citatũ,& bona eiuscẽ.annotata ĩde uenit uerbũ annotare, uel econtra ab hoc uerbo ipsum nomen.

ANNOTATIO facta dicitur rescriptũ illud qđ imperator proprio motu mẽtis indulget alicui constituẽs secundum praeces eius seu illis aliud fieri uel nõ fieri. C. de diuer.rescri. l.fi.& ibi.in glo. Et notat Cardina. Zaba.in c.super literis.de resc.differentia inter annotationẽ & pragmaticam sanctionem.

ANIMA no.Ioan.An.in c.unico.§. scire,de sacra unctione.Animalia sunt in triplici differentia, quædã.n.sunt mansueta, ut galline,quædam fera prorsus ut lupi, quædã uero fera naturaliter sed accidentaliter mansueta, ut cerui pauones &c. inst. de re di.in gl.§. pauonum.

ANTE,significat ante rẽ factã.& bene inchoatã.§.si cert.pet.l.2. & itẽ mutuũ ubi de hoc.& ff.de uer.ob.l.qui ante & l. eum qui ita §.quæsitam.

ANNVS ꝙ dies & mẽs.habeat,no.gl.ĩ c.si pp de rescri.li.6. c. cũ sit de ele. Nã annus continet. 365.dies ut in l. cum hæres.§. stichus.ff.de sta. l. Et qñ annus inceptus p cõplemẽto uñ. uide Inno.in c.generalem.de æta.& qualitate Arch.in c.si annũ.de iudi. li.6.& in l. cum bisextum.ff.de uerb. sig. Itẽ quidã cõputant annũ ab incarnatione dñi,ut 34.dis.i noĩe dñi ĩ pri.Ali a natiuitate dñi.de hoc gl. ĩ §.for.2. q.6.& in spe.de instr. edi. in prin.in 1.col.

ANNVS iubileus dicitur annus remissionis, quia eo anno debita remittebantur, serui hebrei dimittebantur liberi, & omnia reuertebantur in pristinũ statũ, & est annus quinquagesimus,ut in c in iubileo. de peniten.dist.1.

ANNVS ad exequendũ uolũtatem defuncti currit a die admonitionis iudicis.extra de testa.nos quidẽ & C. de fideicom.lege hoc amplius.

ANNVS uel annuatim ex pprio significato significat multiplicationem simpliciter siue indeterminate, sed quando applicatur casibus, significat diuersimode, por ex diuersificatione materie cõcluditur proferẽtẽ intellegisse, ut pacto seu stipulatione promittis 10.titio annuatim, significat multiplicationem perpetuã quia significat promissam summam deberi & cui permi[illegible],eius hæredi, & hæredis hæredi,& sic in infinitum,ideo dr in l.stipulatio. ff. de uerb. obl. ꝙ stipulatio annua est perpetua. Et not. ꝙ annum legatũ p primo anno est purũ & pro aliis annis est conditionale, qa pro quolibet anno debetur legatario si tunc uiuit. Si uero mortuus est tũc non debetur, nec si deportatus est quia talis ciuiliter mortuus est & non habet ius capiendi ex testamento

quod

ꝙ est ciuile. l. cum annos singulo. ff.de an.l. ubi dicitur ꝙ ꝑ singulos ius inspicitur. Sed promitto tibi 10. annua ut sis ꝓcurator meus in par lamento, significatur multiplicatio tẽporalis ex cã quę opponitur de essendo procuratorẽ quia morte fi nitur sic & obligatio quæ ex hoc inducitur. De hoc uide l. ianua. §. fi. & totum titulum. ff. de ann. leg.

ANNVERE. i. concedere. ff. de don. in ter uir. & uxo. l. ea quæ a marito. Et aliter exponitur ut ibi not. Item annuere domino exponitur extra de iur. iu. c. 1. §. ego huius.

ANORMALVS successor est sicut ille qui succedit hæredi non implenti defuncti uoluntatẽ, ut insti. de eod. cui. li. ca. §. in primis.

ANNVS ꝑ unũ nõ exponitur. idẽ uetu la. ff. de carb. ẽdi. l. 3. §. due cãæ.

ANGARIE pe. lõga est iniusta exa ctio uel cõpulsio. Nã angaria dicũ tur ꝑsonalia obsequia propriis sum ptib. præstita. c. non minus de im. eccl. Sunt ergo quædam personales præstationes quę a uulgo dicuntur captiones. Sed perangaria penulti ma longa uide infrá de per.

ANSA est nodus cursilis & facilis ad soluendũ ita factus ꝙ si recte trahiẽ caput fili oĩno solutus ẽ ut nõ. Ber. ĩ c. cum olim. de uer. si ubi dr̃ ĩ ꝛe dũ ansã soluim' nodũ dicim' ligauisse.

ANTAPOCA siue antipocha siue an te poca ꝙ idem scd̃m aliqs & scd̃m Azo. ĩ su. de fide inst. uer. de anthe pochis. uocaẽ chirohraphum ꝙ fa cit debitor creditori. ĩ quo cõfiteẽ se soluisse tm̃ & sic est de solutis & fit a debitore in hunc modum cõfi teor me tm̃ usurũ noĩe uel pẽsionis soluisse & datur creditori. Et sic nõ dr̃ ab anti quod est contra sed ab ante scd̃m Ioan. quia fit ante apo cham, uel ab anti quod est ad qa est inducta ad securitatem credito ris & fit etiam ante apocham qꝫ enim alieno nomine possedit & pensionem soluit. uel qui creditori usuras repræsentauit, si qñ dicat se suo nomine possedisse, & ita do minum factum uel proscriptione liberatum contendit, ius agentis facit uacillare, nisi dñs uel creditor usuras & pensiones præteriti tem poris sibi solutas cõprobet, ꝓbat autem per antipochã debitores. C. de fide instrumento. l. plures, ubi gl. dat tres modos dicendi. Vel ut alii dicunt antipoca est scripturas quã facit debitor obligãdo se, & in qua fatetur se debere, & fit contra apochã dicẽdo confiteor me debe re &c. & sic dr̃ ab anti qđ est con tra. Apoche aũt scd̃m oẽs est scri ptura creditoris confitentis sibi a debitore solutum, & sic apocha est de receptis, & fit a creditore puta cõfiteor me recepisse tm̃. ff. de cõd. inde. l. fi. §. titius. ff. de fur. l. qui ta bulas §. apocha. & de accep. l. acce ptilatio. §. 1. plane. autem cõsulitur creditori uel dño ut dando apochã debitori uel colono exemplar re tineat cum subscriptione debitoris uel coloni, uel creditor det colono apocham & recepit ab eo antipo cham scd̃m Azonem. Dicunt ergo tertii, ut Iac. de Arena ꝙ credior scribat duas apochas, et det eas de bitori, ut unã sibi teneat & in alia se subscribat & reddat eam credi tori, quod non placet Accur. ut in gl. præal leg. plures. Item Hostien. de fide instr. §. quid sit antipocha. ubi. addit uersum, apocha dantis fit antipocha suscipientis. Alii ta men dicunt quod apochas, & an tipochas hodie generaliter uoca mus omnia documenta & signa q̃ solent fieri, siue in scriptis sint con fecta, siue in trunculis uirgarum quas quidã dicas uocant. Hodie fi e

D 2 queu-

quenter fieri solent inter superiores & inferiores dispensatores in domibus dñorũ siue diuitũ. Et etiã inter creditores qui retinent sibi samen & debitores qui recipiũt sibi minorẽ quantitatẽ uirge uel dice insignum solutionis faciende. Differt tamen chirographum ab antipoca uel apocha, quia chirographum dicitur cum duo paciscentes faciunt duas scripturas & sub eadem forma uerborum conficiunt,& mutuo tradunt.

ANIMADVERSIO dr̃ pœna,quia animaduertere est punire,unde dicitur animaduertendum est in facinorosos homines. Itẽ animaduersio dicitur cuiuslibet operis determinatio secundum quam quis pro mercede sua suscipit certum opus & determinatum suis impensis faciendum,ut terram colendam uel domum cõstruendam. Etiam animaduersio est consideratio an quis puniendum sit, & qua pœna qualiter & quomodo in parochus & circunstantiis conuersetur. Hinc etiam significatio uerbi animaduertere considerari potest suo modo.

ANCEPS est aliquid seu aliquis hinc & illuc fluctuans & dubius an istud uel illud recipiat, & anxius in quã partem declinet, secundum Isido. lib. 10. ethimo.

ANTECESSOR quandoq. dicitur doctor qui aliis antecedit. in proemio digestorũ. §. sed cum nos. Quandoque exponitur id est, successor. in consti. ff. circa prin. Aliquando antecessor dicitur necessitudine. C. de uete. iure enuclean. l. 1. §. quæ omnia. Aliquando antiquitate. 35. q. 6. de parẽtela. Aliquando officii prioritate. 3. q. 6. hoc quippe. & quæstione 5. c. accusatores.

ANTIDOTVM ponitur ꝓ contra a dono uel pro contra dato, ut solet dici, quod datur contra uenenum, & sic ponitur pro medicina, ut in c. cæterũ de iura. calum. Inde antidotarius, & est liber medicina. de iure in cap. 1. in clemen. ubi gl.

ANTIDORVM est etiam contraria donatio, ita exponit gl. super uerbo antidora. i l. sed & si lege. §. cõsuluit i si. ff. de peti. hered. & 8. q. 2. illud & de testa. cũ in officiis.

ANTIDORA dicitur obligatio non efficax ad agẽdũ, sed equitate subnixa ad agendum l. sed & si l. §. consuluit de peti. hæredi. & l. ex hoc iure. ff. de insti. & iur. & debetur antidora ab eo qui seruitium recipit. Specu. in titu. de expen. §. post con. uer. quid si uictor.

ANTIPHONA pro pignore ponitur. ff. de pigno. actio. l. si pecuniam & ibi glo. ubi ẽt aliter exponitur & melius de pigno. l. si is cui. §. Itẽ antiphona potest, latine interpretari uox reciproca. in d. l. si is cui. §. 1.

ANTIPHORIZAT. i. tacite quæstioni respondet. de supplen. negl. præla. c. 1. lib. 6 in princ.

ANTISTES dictũ est sacerdos, eo qđ ante stat c. cleros. 21. dist. communiter tñ sumitur pro episcopo secũdum gl. in cle. dudũ. de sepul.

ANTITESIS est figura quæ ponit casum ꝓ casu &c. distin. 11. c. ego solus ei scriptorum id est scriptoribus ubi ponitur genitiuus prodatiuo. de figuris uide c. forus. de uerbo. signi. in glo.

DE A ANTE P.

APPARERE id est ad memoriam reducere in auth. de fide instr. circa prin. secundum unam expositionẽ. Aliquando apparere exponitur, ut extra de præsum. c. scribam.

APPARITORES dicunt qui citãt partes & eas apparere faciunt in iudicio, hoc nomen in detrahẽtes. Vel dicuntur ideo apparitores quasi

ap-

apparitores, quia ipsi apparent in iudicio. Idem dicuntur catholiciani quasi communiter & uulgariter uitores, ut bidelli ad iudicium. Itẽ dñr officiales secundum. Azo. ue secundum Isido. appareat & uideatur ut præsto sit ad obsequium uel aliquid audiens teneat. Et no. ꝙ regulariter secundũ leges ante lit. contest. contra absentem non præcedi tur ad diffinitiuam sentẽtiam, nisi excepto uno casu contra apparitores id est nuntios generales. dũ ipsi deliquerunt in officio suo. Secus si aliter delinquerent, ut not. in glos. sum. 4. q. 9. Et de apparitore hr̃ in c. tue de homi. & glo. magna in c. ueritatis. de dolo & contu.

APERIRE uiam quid sit. uide. ff. de uia publi. l. 1. i. respon. Item aperire tabulas. unde. ff. ad sylle. l. si quis in graui. §. aperire.

APPENDENTIA quid sit. uide. ff. de acquir. hære. l. si quis hæres. & de admin. tuto. l. tutores. & C. si tutor non gest. l. fi.

APES uel apis est auis uolatilis. de consec. dist. 5. nunquam de deci. nuntius. Et habet apiũ in genitiuo plurali ut insti. de re. di. §. apium quoque, & hoc quando in nominatiuo habet apes, licet secundum Alex. habet um in genitiuo, tñ Apis hẽt in noĩatiuo. Vnde uer. Vm ibi donat apis, sed apes dat um genitiuo.

APEX est summitas honoris uel distinctionis no. Nam quando in summa est distat a pedibus uel infimis & hoc summitas respiciat tẽporalia ut ĩ c. solite de maio. & obe. Etiã sumitur ꝑ litera, ut dicit Christus minimus apex non peribit. Itẽ sumitur pro subtilitate dum dicimus de apicibus iuris non disputandum. ff. mand. l. si fideiussor. §. quædam.

APPELLATIO secundum Azo. est a minore iudice per inuocationem maioris iudicis ꝑtextu iniquitatis prime late sententie receptio. ff. de minor. l. præfecti. Item est de minori iudice ad maiorem ꝓuocatio, secundum summulistas de consue. c. 1. lib 6. in gl. 4. Vel alter, secundum Host. appellatio est iurisditionis prioris iudicis per inuocationem superioris iudicis rite facta suspensio. & hæc diffinitio secundum eũ cõpetit tam secundum leges quam secundum canones, ut extra de offi. de leg. §. præterea. Vel sic Appellatio est ab audientia minoris iudicis ad maiorem propter grauamen uel illatum uel comminatum prouocatio de appel. ut debitus & c. cũ cessante & si extra iudicium appellatur, tunc est superiores inuocatio seu protectio ab iniuria uel grauamine irrogando. c. cum sit romana. & ti. de app. rela. & recu. Et appellatio & recusatio sunt paria. de appel. super. eo. 2. respon. & hoc quo ad modum sicut nõ admittitur frustratoria appellatio, ita recusatio. Differunt tamen, quia recuso si nõ grauor, non tamen appello a iudice in quem cõsensu nisi grauet &c. ut de offi. delega. c. si contra. in glo. fi. lib. 6. Et not. aliquos casus in quibus non appellatur. Vnde uersus. Appellare uetam scelus excellentia pacta. Contemptus patris et interdictio facta. Arbitrum, res quę perit & si longius acta. Scelus quia in notorio delicto non appellatur c. cum sit romana. §. præterea. de appella. &c. contulit. eo tit. Item excellẽtia iudicis erat appellari quia a Papa, principe, senatu, præfecto prætorio non appellatur secundum Goff in sum. Pacta. quia si paciscantur partes ne appellant. non poterunt appellare. ff. a quib. app. non lic. l. 1. Contemptus partis, quia contuma. non auditur appel-

lans.24.q. 3. de illicita. nisi ueniat adhuc iudice sedente pro tribunalis.ff.de in integ. rest.l.ult. Vel nisi esset contumax in exibendo. l. creditor.§.missus.ff. eo.ti. Interdictio facta,quia quando inhibetur appellatio appellari nō potest,nisi express sa causa probabili erat probata corā eodē iudice a quo appellatur.Arbitrium,quia ab arbitrio non appellatur.C.de arbi.l.i.Sed petitur reductio.l.pen.C.eod.titul.& in summa Goff. Res quæ petit. Nam si res ex dilatione pateretur detrimētum,sic quod esset peritura non admitteretur appellatio in causa.Si longius actu,nā annus datur a iure ad prosequendum appellationem,& decennium ad appellandum a tēpore sententiæ,uel monitionis.de app.romana lib.6.de restit.significauerunt 2. q.6.autenticorum.

APPELLARE est a minori iudice ad maiorem prouocare. Et licet scđm leges regulariter solūmodo appelletur sententia & in iudicio, tamen scđm canon.appellatur etiā extra iudicium 2.q.6. omnis oppressus, & tunc passim,id est sine assignatione grauaminis admittitur,seu permittitur quis appellare. c.cum romana.§.si uero.in eod.tit. Secus si appellatur in iudicio. c. ut debitus eo.tit.Et est inductum appellare scđm leges ut iniquitas,uel imperitia iudicantium corrigatur licet nonnunquam bene latas sententias in peius reformet. de appellationi. cum specialis.§.porro. ubi dicitur appellationis remedium non ad defensionē iniquitatis,sed ad præsidiū innocentiæ institutum, uel ideo ut homines oppressi reuelentur. 2.q. 6. ad romanam. 2. Et quid possit appellare,a quo,ad quem,quando, qualiter quoties.infra quod tēpus, & a qua sententia,uide 2. quæstio. 6 per totum.& Gof.in sum.

APOSTOLI scđm Host. dicūtur litere testimoniales.quia testificantur de appellatione facta,& secundum eundem,& Spe.in 3. parte. in tract.libel.§.sequitur. uer. apostoli.Ibi uide quid sint apostoli. unde dicantur, & de quadruplici eorum specie,& eorum formis. Nam alii sunt apostoli conuentionales.s. qn̄ pars admittit appellationem siue in iudicio iudice refutante,siue tacente, siue extra iudicium,ut c. sepe. 2.respon. & oblate. de appell. Alii sunt testimoniales testificantes de appellatione facta ut supra. Alii dimissorii per quos apparet quod iudex detulit appellationi. Alii refutatori per quos apparet,ꝙ iudex non defert appellationi.Alii reuerēdi,uel reuerentiales,scilicet qn̄ obreuerentiam superioris appellationi defertur. ut c.i.de app. lib. 6.in glos.Et cuius expensis apostoli sint tradendi cōmunius seruatur quod expensis appellantis, licet contrarium facit cle.quāuis de appellat. dum dicit ablatos,ꝙ ibi bona glos. de hoc.Sed de apostolis Christi qn̄ fuerunt consecrati.uide distinct.xx. cap.in nouo testamento.in glos.2. in fine.&c.unico.de reliq.& uene.sāncto.lib.6.

APOSTOLIDES dicuntur qui sunt sine ciuitate. ab a quod est sine & poli ciuitas.

APOLOGIA est excusatio uel respōsio.unde dr̄,clerici qui alios accusant iustā accipiāt apologiam,& est apologia posita in defensione uel negatione tantum,nam in ea solēt quidam accusantibus respondere, unde apologeticus,id est excusatorius, uel responsorius not.ꝑ arch. 36.q.2 c.circa.

APOSTASIA secundum Host. est temerarius recessus a statu dei obediētie,

tie, uel religionis quā quis professus est se tenere 26.q.7.non obseruar.s. ubi de apostasia. Et dicitur quasi retro stans, ab apos, quod est retro, & status, uel dicitur ab apos quod est apus, & stans, quasi apte stans ad regnum dei per antiphrasim, quia non est aptus regno, mittens manum ad aratrū dei & respiciens retro. c.magne. §.1.de uo.& uoti redemp. Et monachus nō apostatat, qui de uno ordine transfert se ad alium, sed qui ad sæculum redit post professionē c.ex parte.de tempo. & qua or.in glo. Vel dicitur apostata secundum Azo.qui recedit de uia iusta post baptismum & ad idola conuertitur, & plus est quam hæreticus. Vel apostatæ sunt hi qui nomine christianitatis inducti, sacrificia postea fecerint uel facienda mādauerint fidē polluendo & per donationem diuini mysterii in prophana migrando. Et quæ sit pœna eorum. ponitur in lege prima, secunda, & tertia. & in lege apostatarum. C. de aposta. & in c. penul.& fi.extra eodem titu.

APOSCRISARII sunt nūtii dñi papæ quasi secretarii, ut distinc. 16. cap. 70 Nam crisis dr̄ secretum, aurum uel iudicium c.significasti. de electio.in glo.1. Vnde. Aurum secretum dat, iudicium tibi crisis.

APOCRIPHA uel apocryphum dicitur occultum uel secretum, ab apo.idest de, & crisis secretum, inde dr̄ apocryphus, idest liber secretus & occultus cuius author ignoratur, uel de cuius ueritate dubitatur, nōn tamen ab ecclesia recipitur, sed reprobatur, quasi diceret, non in ecclesia, sed remote & longe ab ecclesia sit legendus. Vnde dicitur apochrypha grece, id est secreta latine, & quia in cameris solent uirgines abscondi, & includi 3.q. 3. in antiquis 11. q.1. sunt nonnulli.hinc est quod uirgo in hebræo alma, in græco apocrypha. & latine dicitur secreta. De apocryphis habetur. 16. distin.canones qui. ubi glo.dicit quod sapientia Salomonis, liber 16.IESV filii Syrach, qui dicitur ecclesiasticus, liber Thobie, Machabeorum, & Iob &c. apocriphi dicuntur, & tamen leguntur, sed forte generaliter non.

A P O T H E C A est arca uel locus in quo aliquid ponitur custodiendi causa, uel in quo publice & communiter merces uenduntur, & specialiter medicinales, qui locus & alio nomine statio uocatur, Inde apothecarius, id est stationarius qui stat ad uendendum maxime medicinas.

APPLVMBATIO est diuersarum materiarum, consolidatio, ut auri, argenti, aurichalchi, plumbi, stanni &c. & earum materiarum coniunctio dicitur applumbatura.

APVD quandoque exponitur pro id est ut not.de pręb. statutum libro sexto quandoque apud id est contra, ut Marcellus apud Iulia. no. ff.de pet.hærede.l.nec uillam.§.nō solum. & de requi. reis l.3. quandoque exponitur apud, id ē pænes. C. unde ut l. si quis intantum et in quo differant apud & pœnes, uide ff.de tab.exhi.l.1.

APPVLSVS pecoris ad aquam est ius adducendi pecus uel gregem ad aquam fontis alieni uel riuum adaquandum.

DE A ANTE Q.

A Q V A quotidiana & æstiua, aqua pluuiali arcenda & aqua de castello educenda. Require infra interdictum de illis.

A Q V A profluens. idest de cœlo cadens insti.de rerum diui.§.1.

AQVARIVS i. aquarũ custos. C. aqueduct. l. decernimus lib. 11.

AQVE dande ius soli principi competit ff. de aqua quoti. & esti. l. prima §. penultimo.

AQVE ductus est ius ducendi aquã per fundum uel agrum alienum ad irrigandũ agrũ meũ uel alterius iure seruitutis constitute, ut iusti. de ser. rub. præd. in princ. Aliter dicitur priuilegium qđ datur illis qui præficiũtur ad custodiã formarũ p quas dicitur uel per quorum fines formam meatus trãseunt, & quo modo purgant formam uel ductus aquarum l. 1. C. de aqueduc. lib. 11. & l. decernimus eo. tit. & l. 2.

AQVE haustus est ius hauriendi aquã & portandi per agrũ, fundum seu prædiũ alterius ratione seruitutis. Et differunt. Nam aqueductus fit in fistulis & meatibus terraneis. Sed aque haustus fit per animalia portando, ut l. si prius. §. 1. & 2. ff. de aqua plu. arcẽ. ubi dicitur quod non debet ille cui debetur seruitus aqueductus, lapidibus sed fistulis ordinaie, quia usus domini plus ĩ commodatur ff. de contrahẽ. empt. l. si aqueductus.

AQVILEGIA nomen loci. ff. loca. l. pen. §. 1. & dr̃ quasi aquis ligata quia aquis est circũdata, et habet pariacham. 9. q. 3. nunc uero.

AQVILLE actio. Require supra actio legis aquilie.

AQVILIANA stipulatio est promissio, quæ notat oẽm contractum. Dicitur aũt hoc nomine ab inuẽto re hoc statuẽte qui uocabatur aquilius. Et habet fieri hoc modo. Si dicam sic debitori meo. Quæcunque mihi dedes ex quacunq. causa illa mihi promittis animo nouandi, & dicat mihi promitto, tunc postea p acceptilationem tolletur obligatio. Ad cuius euidentiã not. quod sic habet fieri acceptilatio, & aquiliana stipulatio & est quidam circuitus, sicut quandoque quod quis per se immediate facere non potest, facit per aliũ, ita & hic. Vnde supponendũ est quod si mihi tenearis in certis libris quas tibi mutuaui, hæc ẽ obligatio naturalis et re cõtracta, modo immediate per ciuilẽ obligationem, quæ uerbis cõtrahitur tolli nõ põt, quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere põt, naturalia uero nõ tunc si fiet quo illa naturalis re cõ tracta in ciuilẽ mutuabitur per notationẽ, ut dicẽdo illud qđ ego mutuaui tibi ꝓmittis, si tu dicas promitto, tunc obligatio illa prima efficitur ciuilis, & uerbis cõtrahitur p aquilianã stipulationẽ & nouatione. Post si te dicente mihi sic id qđ ego ꝓmisi tibi, accepitũ ne habes acceptũq. fers? respõdeã acceptũ habeo, acceptũq. fero i. teneo me pro pagato, i. lo mõ tollitur obligatio p acceptilationem, Et ac patet qualiter habet fieri aquilia stipulatio & acceptilatio. De hac uisum est supra acceptilatio.

## DE A ANTE R.

ARA est altare si prima producitur uel stabulũ porcorũ si prima corripitur. unde uersus. Est ara porcorum breuis & non ara deorum.

ARABIA prouincia est ut l. pen. §. 1. de extraordi. crimi. ff.

ARTANVM est idẽ quod aratrum, & ascindendo dicitur scissum.

ARARE idest colere, C. de thesau. l. 1. lib. 11.

ARATRVM habentur de pænitentia dist. 2. pẽnaria. Gregorius dicit retro post aratrum respicit, qui post exordiũ boni operis, ad mala reuertiẽ q̃ reliquit, no. per Arch. de elec. c. quorundam, lib. 6. ibi retro respiciunt ad aratrum manumissa.

ARS qñque dicitur cura animarum.

Vt

Vt de eta.& qualita.cum sit ars artium curat animarum rationem dat ibi gl.1.Item secũdam Archi. ars dicitur actus damnatus,ut in c. unico de uit.& hone.cle.li.6. ibi, si per annum artem istam ignominiosam, facit hoc quod de usu dicitur 44.dist. sicut in interdum ẽt usure arte iniquissima ex auro aurum nascitur. Etiam balistarii dicuntur exercere artẽ de sagit.c.i.& magi dñi exercere artẽ de conse.dis. 5. ne tales. Et qualiter nimiũ inherentes artibus sophisticis etiã liberalis redarguuntur habes in c.nonne & cap. legimus dist.ubi quatuor genera hominum redarguuntur uel reprehendũtur.Primo dialecti qui quotidie in sua garrulitate torquẽtur. Secũde physici qui oculos trans cœlum leuant. Tertio uerificatores.Quarto cupidi auari qui diuicias per pnes et nephas acquirunt.Etiã ibi reprehenduntur a beato Hieronymo qui filios & nepotes faciũt legere comedias et poetica carmina quæ ad turpia cõuertuntur,qui puniendi sunt sicut hely qui cecidit de sella supinus & mortuus est, quia filios nõ correxit,ut re.c.licet hely.de simo. Sunt autem quatuor artes paupertatis,scilicet grammatica quæ est prĩcipium, sed census claudit ostium Dialetica quæ uerum,& falsum instruit,sed sepe seu sepius in persona ridiculũ facit Aritmethica quæ docet numerũ sed numerorũ nescit cõputum.Et geometricaq. mensuram terre narrat, sed numero priuato exultat.Et sunt quatuor scientie ꝑ ceteris discẽde. Theologia quæ est anima pabulum. Leges q̃ sunt egenis remedium. Decreta sublimatio humilium & physica morbi subsidium.Versus.

Esurit,ars decreta tument lex lucra ministrat.

Pontifex moyses,thamalos medicina subintrat.

Dat Galenus opes,& sanctio iustiniana.

Ex aliis paleas, ex istis collige grana.

ARBITER est q̃ ẽt compromissarius appellatur.Et est ille q̃ ex compromisso.i.cõsensu partium & ex illigantium electione de causa cognoscit,qui nullam habet iurisdictionẽ propriam seu delegatam.ff. de arb. l.i. Sed electus est partibus discordãtib.ad earũ litem sua snĩa dirimẽdã.Et ergo ab ipso nõ appellatur cũ ipso iure non teneat snia eius, sed metu pene statur ei.Et ꝙ non tenet rescindi non p̃t hoc uerũ in arbitrio compromissario secus in arbitro iuris 11.q.i.peruenit C.de iu. l. ult.de off.dele.suspitionis de appe. cum speciali.& cle.i.eo.ti.in glos.i. & c.ab arbitrio de off.deleg. lib.6. ubi glo. Item arbiter punitur qñq. proteste,ut in Gen.c.39. Accidit ut Ioseph operis quippiam absq. arbitris facere.Et est differentia inter arbitrum et arbitratorem,et amicabilẽ compositorẽ.Nã arbiter & arbitrator pñt eligi cum pæna,sed differẽter q̃a arbiter dr̃ iudex ꝑ consensum,litigantiũ electus, qui iudicii partes suscipit & finẽ controuersiis sua sententia se pollicet impositurum ff.de arb.l.si de meis.§. recepisse. Et a snĩa talis nõ põt appellari ff.de arb.l.diẽ proterri. §.stati.et l. i.C.eo.ti.Sed arbitratore est in quẽ alicui cõpromittunt tali forma ut possit cognoscere, & ẽt iudicare alte & bassẽ & qui etiam dici possit amicabilis compositor,& a sententia talis etiam non appellatur. Sed si fuerit lata contra ius constitutionis,irrita est ipso iure C.quando ꝓ uo.non est neces.l.2. Sed si lata est contra ius litigatoris ualet,redigitur

tur tamen ad arbitrium boni uiri. l. si societatem arbitrorum. ff. pro socio. Debet enim arbiter obserua re iuris ordinem tanquã iudex or dinarius, & sentẽtia eius siue iusta siue iniusta semper est tenenda si pœna fuerit apposita. 2. q. 7. a iudi cibus. Sed arbitrator non tenetur seruare iudiciariu ordinem. Sed si ꝑfert iniustam sententiã emittitur ad audientiam superioris uel arbi trium boni uiri. Et amicabilis com positor est sine pœna qui tentat & experitur an litigatores patiantur controuersiam suo consilio uel au ctoritate discuti. §. si quis in pręal leg. l. si de meis. Alias differentias multas uide per doc. plene in c. quintauallis de iureiur. & arbiter esse potest qui non prohibetur a iu re, ut liber homo, paterfamilias, et filiusfamilias & libertus, sed non seruus. Arbitrorũ duo sunt genera s. cõmissarii qui proprie dñr arbi tri, qui eliguntur ut iudices, ut ui delicet procedant seruato in sub stantialibus ordine iudiciario. Et dantur ad cognoscendu & diffiniẽ dũ, ut si petis a me domum, & ego denego, & fiat compromisso in ali quẽ ille est uerus arbiter, quia eli gitur ut cognoscat & diffiniat cu ius sit domus. Secũdi sunt arbitra tores qui non eligũtur ut iudices a partibus uel super re litigiosa. sed ut cõponendo uel diuidẽdo in ter partes difiniãt, ut si duo socii res societatis diuidere uelint ad arbitriũ Petri Petrus erit arbitra tor. argu. ff. pro so. l. si societatem.

ARBITRIVM est actus certarũ perso narum exequentium compromis sum secundum Azo. Nam arbiter exequitur ueritatẽ inquirendo ut iudex 30. q. 5. iudicantẽ. Nam actor uult ut obtineat & reus ut solua tur uel actor ad amplificandã cau sam, reus ad diminuendam eã. Sunt ergo in actu arbitrii tres personæ s. arbiter, actor, & reus. Ideo alii di cunt arbitriũ est actus trium ꝑso narũ super ciuili qõne quasi in iu dicio contendentiũ uel scdm Ho stien. arbitriũ est potestas aliena uolũtarie tradita & recepta ad pro nunciãdum in lite ꝑut arbitro ui sũ fuerit, aliquãdo certa pęna ual lata & certis terminis limitata. Sed compromissum est ptãs arbitris data, quorum arbitrium est sñia ar bitralis quæ et laudum dicitur. Et arbitrium seu arbitratus suo pro prio significato significat liberta tẽ arbitrãdi & uolũtatem ratione regulatã. Et ubi actus ponitur in arbitrio seu arbitratu significat ꝑ modum cõditionis, ut ꝙ actus ua leat si arbitrio decernaẽ, & hoc di uersimode scdm diuersitatẽ mate rie subiectę. uerbigratia. Promit to tibi æquum arbitratu titii, titio nõ arbitrante, quia nõ uult uel non põt arbitrari, nulla est promissio nec recurritur ad arbitrium boni uiri l. si quis arbitratu. ff. de uer. ob. Rõ, quia cõtrahẽs de arbitrio illius tm̃ itellexit, ꝙ hęc uerba ĩ portãt, ubi aũt stat ꝑ illu cui ꝓmit tiẽ, cõditio stati deficit, nec ꝓmis so decreto ex illa ꝓmissione põt obligari. ut l. si q̃s pal. Ecõtrario si per ꝓmissorẽ steterit conditio statĩ habebitur ꝓ impleta arg. l. iu re ciuili. ff. de cõdi. & demon. ut pro missio sit efficax siue ille arbitreẽ siue non, secundum boni uiri arbi trium ad quod tunc recurritur. Et hoc ideo ne sit in potestate debi toris se liberare a promissione.

ARBITRIVM tute. i. actio tutele, est q̃ daẽ pupillo & eius heredi cõtra tutorem eius hæredẽ finita tutela. ut rõnes sui actus efficiat et pupil lo reddat, ꝫ hoc supra actio tutele.

ARBOR uento deiecta non arboris sed ligni appellatione continetur l.ligni.ff.de lega.3.

ARBORIS appellatione multa continentur.ff arb.fur.cesa. l.1.§. arboris.l.3.&.4.Item uites continentur appellatio arboris, ut ff.de arb.ce den.l.i.§.i.

ARBORES furtim cedere est incidere uel incidere arbores inscio & inuito domino, & competit contra ipsum damnum dantem ad duplum damni dan. Etiam competit huic actio legis aquilie de quibus supra loco suo.

ARCHI cancellarius, require infra cancellarius.

AREVSTVM locus est, in quo arbores sunt ad fructum consistet sicut salicetum in quo sunt salices. hoc est arboretum. aliqui uocat ut tradit Aulus Gellius, & meminit Pau. iure consul.in leg.se necessarie ff.de uerb.signi.

ARCHIEPISCOPVS est princeps episcoporum 21.dist.cleros.

ARCHISYNAGOGVS est princeps synagoge.

ARCHIDIACONVS est princeps diaconorum qui imperat subdiaconibus & leuitis. Et dicitur ab archos quod est princeps & diaconus quasi princeps diaconorũ. Vnde quando uult per alios euangelium legit, uel cui uult legendum committit, extra de offi. archi.c.1.in princ. Vel est oculus episcopi ad conspiciendum, corrigẽdum & emendandum per episcopatum exceptis arduis. Et debet audire iurgia singulorum & habere curam & solicitudinem in ecclesiis & de clericis, ut in c.ad hoc de offi. archi. inde uenit archidiaconatus & quando fit per electionem, tũc est dignitas, si uero habitus sit per collationem, non est dignitas, ut no.in l.decernimus de iudi.

ARCHIPRESBIT. quasi princeps presbyterorum, q. tantum subest archidiacono, cuius ministerium & officium cum officio archidiaconi ponitur 35.dist.ple&is. Item duo sunt genera archipresbyterorum. s.ciuitatensis ut c. officii eo.ti..& ruralis ut c.ut singule de offi.archipresby. secundum Hostien.

ARCHIFLAMINES qui sunt uide 21. dist.in prin.80.distin.c.i.& penultimo.

ARCHIMANDRITA est pastor ouium, unde archimãdrita sit ouium tibi pastor. Et ponitur pro episcopo. i.q.7.dispensationes quasi princeps ouiũ, ab archi.i.princeps & mandros græce quod, est ouis latine.

ARCHIVVM publicum.i.armariũ publicum.s.ubi libri ponuntur, seu instrumẽta seu acta. Et habetur ca.de fid.instr.in auth.ad hæc & no. 30. q.infra peruenit. Et deriuatur ab archa. dicit enim Hiero.in prolog. Hester seipsum librũ leuasse de archiuis hæbreorum.

ARCHARIVS est qui suscipit aurum & argentum publicum a possessoribus scd̃m Accur.in gl.C.de de pon. auri.l.i. lib. x. uel dr̃ custos arce uel qui facit arcas. Et fuerunt tres arce in tribus temporibus. Vnde

Tẽporibus tres esse tribus agnouimus arcas.

Prima Noe, Moysi fuit altera, tertia Christi.

Lege carens, sub lege manens a lege soluta.

Hanc pelagus tulit, hanc Moyses. hanc spiritus almus.

ARCHIATRI dicuntur summi medici. Vel archiatri id est militantes in inermi militia intra placitum principis. si primi gradus militiam obtinuerunt, ad dignitatem adipiscuntur quam duces & uicarii principis qui nil tamẽ administrauerunt & etiam

et etiam comites primi ordinis. Et dicuntur archiatri ab arctos, idest princeps secundum Accur.C. de cõmuni et Archi.lib.12.in rub.

AREA est fundus nudus ubi non est edificium.ff.de sol.& lib.l.qui res.

ARCHVS est pōs lapideus, nec appellatione arcus uenit pons ligneus ff. de aqua plu.arc.l.supra ie.r.

ARCHITECTVS seu architectum est princeps artificum ut fuit Zorobabel, uel pricipalis edificator, uel domorum tector.

ARDVVM factum est matrimoniũ. extra de procu.c.fi.lib.6.

ARENGA est apta & concors uerborum sententia quæ ponitur post salutationem in priuilegiis arduorũ negociorum.

ARIDI fructus qui dicantur.uide C. de usur. authen. ad hęc.

ARISTOTELES est philosophorum princeps, ut dicit Ang.in l. sicut ff. quemadmodum ser.amit.

ARIOPAGVs est uia uirtutis uel est uicus in athenis, ubi fuit olim summum studium.

ARRE ptitius.i. possessus demone.

ARGENTARIVS sunt quasi campsores, uel argentarie mense exercitores, qui singulorum solebant rationes id est calculos & instrumenta conficere scribentes accepta & data ita quod ex scriptis eorũ quæ erant communia, doceatur & sciatur quãtum datum sit, & quantum acceptum, qui alias dicuntur numerarii, ut infra de N.

ARGENTIFODINE, aurifodine, sulphurifodine, lapidifodine, arene fodine, sunt loca in quibus huiusmodi res & mettalla fodiuntur.

ARGVTVS est seu dr̃ secundum Isido. qui cito inuenit argumenta in loquendo.i. subtilis & astutus.

ARGVMENTVM est ratio rei dubie faciens fidem. de here. cum ex iniuncto. Et dicitur quasi arguens mentem, uel quasi argute inuētum. ut no.Bernar. in c.forus de uerbo. sign.& notat probationem naturalem. Nam arguentis res plerunque noscitur & comprobatur fecit.l.1. §.idem cornelio. ff. de q. et arg. est probandum quod liquido probari non potest. ff.de re milit.l.non omnes.§ a barbaris. Et sunt multiplicia argumenta in iure. Vnum a contrario sensu quod uidelicet. ff.de off.eius cui.man. est iur.l.1.§. huius 25.dist.qualis Aliud argumentũ ab allusione uocabuli, & hoc ualet negatiue. ff.si cer.pe.l.2. §. appellata. & insti.de testa.tute.quid si nepote.§.1. Tertium arg. ab auctor. ff. si cer.pet.l.2 Quartum argu.ab absurdo.C.de temp.in integ.resti.l.fi. ff.de bon.lib.l.nam absurdum de iureiur.quemad.de homi.c.2. lib. 6. Quintum arg.a fortiori.f. Si id qđ magis uidetur inesse non inest, nec id quod minus, & econtra.C.de sa. sab.eccl.auth.multomagis.&c.cum marthe.§. ceterum de celeb. miss. Sextum arg.a minori, ut si id quod minus uidetur inesse inest, & id quod magis.c.si in laicus.37. disti. Septimum arg.a sufficienti partium enumeratione. ff. de lib & posthu. l.filius a patre.§.1.in glos.ff. de his qui sunt sui uel alie in patre furioso. similiter arg. a sufficienti diuisione uidelicet.c.si uir & mulier de cog. spi. Octauam arg. a superiori ad inferius ualet affirmatiue, non loquendo tamen in genere & specie. Nonum arg.a priuatione ad habitum ualet.l.qui potest. ff.de re iudic.l.manumissiones, de iusti.& iu. et l.decem ff.de uerb. obli. ubi per Bar. Decimum arg.a toto ad partē ualet negatiue.de offi.de le.prudentiam.in glo. uerbi circa formam. & sic de aliis.

Arme-

ARMENIA uide C.de offi. magi. mili.l.ult.& de agri.& censi.l.cum antea.lib.11.

ARMENTVM est magnorum animalium ut equorũ, & bouin. Grex uero minorum,ut porcorum,caprorum & ouium,licet etiam large sumatur pro maioribus.ff.de abigeis. l.1.in fin.& cle.1 de deci. Nam arměta proprie dicuntur pecora gregis,unde armetarius idest armentorum custos.

ARMAMENTARIVM uel armětario rũ est locus ubi arma ponuntur.

ARMA sunt defensoria. Et nomine armorum ueniunt fustes, lapides, ferrum, & omne illud quod manu & arcu mittitur,prout no. Bart. in c.sicut dignum.de.ho. & sic tela cõprehenduntur, licet arma proprie sint quibus defendimur. Et sic tela quibus impugnamus instit. de publi.iudic.§.lex Cor.no.in cle. ne in agro. de statu mon. in gloss. super uerbo arma. l.annorum.ff.de uerb. signi.Et no. quod insultus armorum punitur, licet arma non extrahantur ac si extracta fuissent. l. 4.§.armis. uer. qui accusari. ff. de ui & ui arma. Item expilans aliquem capillis, uel extrahens barbam,non tamen sanguis exeat tenetur pœna decem librarum parti applicandarum. Et 20. fisco. ut est text. in c.1.§.si quis aliunde pace tenen.in usib.feu.hoc secundum Ludo. de Rom. in singularibus suis.

ARMA clericorum sunt lachrymę & orationes 23.q.8.clerici. & capitu. quibuscunque & c.conuenior.

ARMVS est spatula assata alicuius animalis,ut i c.unico.circa medium in uer.principis unctio. de sac. unctio.& ibi per doc.Reg.9.eo.

ARENATORES dicuntur qui in arenis deiecta et collapsa solent extrahere,& dicantur humiles personæ, ut C.de incest.nup.l.humilem.

ARRA dicitur in emptione & uenditione id quod datur in testimonium uel signum uenditionis, & est de iure quod si ille qui dedit arram peniteat de contractu inito, amittit arram,si uero uenditor peniteat duplicatam arram debet refundere scilicet restituere quod accepit & tantum de suo.Est autem arrarũ datio argumětum emptionis & uěditionis contractę.Et quod datum est sub nomine arrarum ꝑtio datur.unde de hoc.l. 2. C. quando lic. ab emp.rece.text.& doct.

ARRE sponsalie uel sponsalitio secundum Hosti. in sum. de spon. & ma.§ unde dicatur. uersi.sed quia arre dicuntur donaria data inter spõsum & sposã in signum matrimonii contrahendi & remunerandi consentientes. Et fit hoc per uerba affirmatiua, scilicet. Do tibi arras istas,ut cum filio meo contrahas. Et he arre dicuntur sub annulli, quia fiunt per immissionem annuli iusta illud.Annulo suo subarrauit me, ut patet per eundem. §. quod sunt species.

ARRESTAREest aliquẽ uel bona sua ꝑ mandatũ iudicis impedire, ne moueatur a loco donec conquerěti respondeat,ut c.2.de cri. fal. & l. relegatorũ.ff de interdict.& relega.

ARROGARE est aliquẽ qui sui iuris est in filium recipere, inde arrogatus filius dicitur ille qui sic assumitur in filiũ. Et sic arrogator est pater qui accipit aliquem hoc modo in filium.Et est differentia inter arrogationem & adoptionem,quia ille adoptatur qui non est sui iuris sed alterius potestati subiectus ut supra uisum est. Sed arrogatur ille qui primo sui iuris est,& per arrogationem transit in potestatem patris

tris.s. arrogatoris. Vnde arrogo q. suus est sed habet meus esse neces se. Patris adopto suum, sed patris permanet idem. De hoc de cog. le. c.unico.in glo.1. Item arrogare in alia signatione.i.ascribere. Vnde dicitur arrogans quasi omnia sibi scribens. Inde arrogantia, id est superbia. Differunt tn̄, quia superbia est inanis gloria de eo quod quis habet, ut sunt Philosophi, Legiste & alii sufficientes in arte sua. Sed arrogantia est inanis gloria de eo quod quis non habet, ut cum quis credit se scire quæ tamen nescit.

ARTICVLVS est pars intentionis cōtinens illud quod actor probare intēdit facit c.ueniens.2.de testi.& gl.in c.præsentium.§.testes eod.ti. lib.6. Et articuli dicuntur capitula in iudicio probanda.eo.ti.per tuas. Et quandoque assertiones, & quandoq.intentiones.c.ex parte.A.in fi. de testi.& 6.q.ult.actor.& not. Panor.in c.cum dilectus de fide instrumento.

ARS dicitur scientia iuris ciuilis, in proœmio. ff. circa princ. §. quibus §.sed cum uos.

ARS magica.est legibus odiosa.C. de thesau.l.unica.lib.10.

ARS mortifera & odibilis est ars ballistariorum & sagittariorum. extra de sagitta.c.1.

ARS est collectio præceptorum, insti.de insti.·& in §. iuris præcepta. Vel ars secundū Porphy. est de infinitis sumpta doctrina.no.ff.de iusti.& iure.l. 1. super uer. ars. Item ars quandoque sumitur in malam partem, ut C.de his qui ad sta. confu.l.1.& ideo dicitur arte, id est dolo.22.q.5.quæcunque.

ARTIFEX quid sit, & nomina diuersorum artificū, uide tex.iuncta gl. quæ exponit significata eorum in l.1.C.de excusa.artifi.lib.10.

ARTEMONA, id est quod retro ponitur ad nauim gubernandam l.malum.ff.de uerb.signi.& Bal.in l.præcibus, in 6.col.C.de impube.& aliis substitu.

DE A ANTE S.

AS dicitur tota hæreditas uel quicquid in 12.partes diuidi potest. In asse autem continentur certas partes, scilicet quarum 12. quælibet habet proprium uocabulum. Sunt enim ista nomina 12. partium assis. Vncia sescunx, & est uncia cum semiuncia. Sextans, quia sextans partem significat, i. duas uncias. Quadrans, quatuor uncias significat. Triens, tres, uncie. Quincunx quinq. semis.Septūx.bes, dodrans, dextans de[illegible]nx, as. De qbus omnibus require loco suo, & insti.de hære.insti.§.hæreditas, & in gl. uersi. sescunx. As tamen aliter in pōderibus idem est quod unum. Etiam ponitur ꝓ obolo. Vnde uersus. As obolus pōdus as est possessio totæ.

ASSASSINI fuerunt quidam infideles qui ex quibusdam falsis opinionibus nitebātur ad occidendū, christianos, cōtra quos statute fuerunt pœnæ grauissime extra de homi.c.pro humani.lib.6.

ASSOLATVS, id est ad terram redactus & inuenitur in Nathan in propheta.

ASSERTIO scd̄m Azo.in sum.de asſert. tollen. erat quodam uanū, & friuolū iudicium quorundā q. dicebantur assertores, eo quod asserebāt ei m li[illegible]erum qui erat seruus.

ASSEVERARE & profiteri quo modo differant, uide C.de prob.l. non nudis.

ASTA fiscalia est uenditio quæ fit a fisco subhastatione. Quādoque autem fiebat hastatio cum dicebatur per præconē. Qui plus dederit intra mensem ille rem habebit, licet

ergo

ergo intra mensem aliter uendere tur, tñ admittebatur adiectio intra certum tempus ut. C. de fide infir. & iure haste fiscalis. & de adiectio l. 1. Si aut. cum ipso emptore conuẽ tum esset ut posset dare plus offerẽ ti, esset pactum in diem adiectionis. ut ibidem. in gl. l. tempora.

ASTRVERE est affirmare asserere uel assimilare de cau. pos. & proprie. cũ ecclesia. & etiam est probare. de hærede. cum ex iunctio.

ASSISTERE. i. cum aliis esse. C. de aduo. diuer. iudi. l. ult. & ibi no.

ASSISTERIVM est locus uel domus sanctimonialium, sicut monasteriũ monachorum in quo seruiunt Deo, & tex. in auth nouo iure. C. de cult. reo. Item assisteria est illa qui præest assisterio, quia ipsa cure aliarum assistit principaliter. Et secundum quosdam Azo. uidetur exponere assisterias. i. feminarum debilium instatrices. in sum. C. de epis. & cle. §. nunc de orphano ophis. Vel assisteria. i. reclusa, ab assistendo, quia quotidie assistit orationi. Item assisterium apud grecos est locus in quo unus sacerdos, quinq. acolyti, quinq. mulieres quę assistere dicuntur, sunt manentes, ut 27. q. 2. si quis rapuerit. in glo.

ASSISTRIX. i. ancilla domine assistẽs ad seruiendum.

ASSIDVE qualiter intelligatur uide extra de præben. c. significatum. & de offic. archipres. c. 1.

ASSISII dicuntur q. cõtinue seruiunt in ecclesia, & dñr quasi asini, quia quotidie portãt põdus diei & estus. c. 1. de deci. uel dicuntur quasi assassini sicut enim illi exponunt se morti obediendo & in malum pro dñis, ut in c. pro humani. de homi. lib. 6. sic ẽt isti ducendo mulierculas do. suis canonicis, quod quã pestiferum sit, legitur in auth. de leno. col. 2. & sicut illi corporum, sic & isti aiarum assasini d. r. no. Inno. & Io. An. in c. cum ad hæc de cle. nõ residẽ. & ibi. Abb. in gl. pe. in uer. si ascisii. & est pessimum genus homicidarum assasinus, & un dicatur assasinus uide no. per Arch. in d. c. pro humani. de hom. li. 6.

ASCRIPTITIVS glebe dr ille q. ascriptus est glebe fundo, siue solo terræ, & astrictus per scripturam in qua permittit domino soli se nunquam a solo discedere. Et ex illa scriptura ascriptitius constituitur, sed tamen per eam solum non probatur, imo secundum Az. & Host. aliquando scriptura est necessaria in qua confiteatur se esse ascriptitium. Et a gleba quã colit, nec uolens recedere permittitur, nec inuitus potest compelli ad recedendum, nec sine gleba potest alienari. Et sic idem sunt ascriptitius, & partiarius. Inter ascriptitios glebe & originarios colonos qdã hãc dicunt esse differẽtiã, quia ascriptitii inherẽt glebe, ut sine gleba non transferantur. Sed colõi originarii non sic inherent prædii quin qñq. sine ꝓdis dñs fundi possit eas mutare & transferre ab uno prædio in aliud. Item inter seruos, & ascriptitios scdm Azo. & Host. pene nulla est differentia. C. de agr. & cen. si. l. ne diutius lib. 11. Ideo aũt dicitur notanter pene, quia seruus põt uendi sine peculio, sed ascriptitius nunquã sine solo. Item ascriptitii in ꝑdiis in quibus ascripti sunt, contra dñi uolũtatem ordinari possunt, & matrimoniũ contrahere, ut in auth. de san. epis. §. ascriptitius col. 9. serui uero non C. de epi. & cle. l. iubemus insti. in persona. §. 1. & ibi gl. in uerbo aut seruo libet secundum canones si contrahant matrimoniũ tenet. Et ascriptitii q. tenetur colere

lere terram, dicuntur coloni. Et qui ascriptitii deputati sunt ad hæc facienda, ex conditione sua dicuntur ascriptitii. Et quia ex sui origine, uel patrum, uel auorum, suorum ita adhærent glebe ut sine gleba uendi non possint, nec gleba sine illis, ideo dicuntur originari. Require agricola. & infra colonus.

ASSIGNARE fit nudis uerbis testamẽto uel codicillis ff. de uer. sig. assig. signare & ff. de assig. li. l. 1. §. assignare. Et no. Ange. in c. appellatio. de appel. lib. 6. in gl. fi.

ASSIGNATIVVS libertus, require infra libertus.

ASSECLA, id est seruus, eo quod sequatur aliquẽ causam lucri secundum Isido. lib. 10. ethimo.

ASSESSOR dicitur quasi assidẽs iudici in cognitione causarum, suum præbens consilium iudici, qui alio nomine dicitur officialis iudicis, & consiliarius. Item dicitur domesticus iudicis, de hoc uide Azon. in sum. C. eo. tit. qui uidetur ponere differentiam inter assessorem, & domesticum iudicis, & casidicum. & Accur. C. de domest. & protec. in rub. lib. 12.

ASSIDEI sunt Iudei qui semper cultui diuino insidebat.

ASSELLARE est opus naturæ facere, ut dicitur, dum assellaret, emisit intestina.

ASTVTE. i. maliciose C. de leg. l. 2.

ASTVTIA est cum aliquis ad assequẽdum aliquid siue bonum, siue malũ falsis uiis & simulatis utitur, unde propriẹ accipitur in malũ, non enim oportet ẽt ad bonum finẽ uti falsis uiis uel simulatis. 2. Cor. 4. Addicemus occulta dedecoris non ambulante in astutia, neq. adulterantes uerbum de. & ad hoc facit philosophus sexto ethimo.

DE A ANTE T.

ATLETHA dicitur propugil. exemplum ponit Bal. in l. athletas ff. de his qui no. infam. in illis qui se armant in bello, uel in ludo gladiatorum. & ad hoc ꝙ athleta habeat immunitatem tãquam uictor, requiruntur tria. Primo quod a tenera ætate fuerit in arte pugnandi. Secũdo ꝙ habuerit tres coronas uictorie, & unam ad minus in alma roma. Tertio quod obtinuerit aduersariis incorruptis. ita Bar. in l. 1. C. de athle. li. 10. & ille tex. facit pro trina examinatione fienda antequam quis doctorem & trinam approbationem debet reportare secundum Bar. ibidem quem refert Abb. in c. cum secundum apostolum de præben. nu. 7. & in c. quando uenerabilis de excep. in prin.

ATHLETE scd͞m Accur. dicunt qui sine mercede gratia uirtutum pugnabant, ut ff. de infa. l. athletas & C. de athele. in prin. lib. 10.

ATAVVS est pater abaui, & atauia est mater abauie.

ATNEPOS & abnepois est filius uel filia abnepotis abneptis, unde est auus est proauus abauus atauus tritauusq. Et sic inde uenit nepos pro. ab. at. tri. suscipit hæc uox.

ATTRITVS est afflictus, consumptus, exhaustus, imbecillis uel sessus.

AT dictio aduersatiua est, uel super abundat, ut in auth. de trien. & se. §. quod sæpe. Aliquando at ponitur pro certe, ut insti. de fidu. tu. §. 1. & de re. diui. §. insula & qui. alie. li. §. at contra.

ATQVE pro sicut ponitur ff. de iure do. l. si pater mulieris, si pars hær. pe. l. illud & quemadmod. ser. amit. l. non satis. §. si ego. Aliquando ponitur atque pro id est ff. de admini. tuto. l. prima in prin. Aliquando pro sed. ff. de nego. gest. l. cum alicui

cui.§.1. Aliquando in est perinde. ff.de pact.l. item quia.

ATTILIANVS tutor dicitur secundum Azo.in sum.insti.eo.tit.quia olim ex lege attilia Romæ committebatur datio tutoris prætori urbano & maiori parti tribunorum plebis, item prouinciis præsidentibus eorum est l.iulia. & titia, ut ibi uidetur.

ATORNATI dicuntur procuratores apud acta constituti, in c.unico de statu mona.lib.6.§.porro.

ATROX,id est immisericors uel crudelis,quasi acris sit moribus secundum Isido.lib.5.

ATRIARII sunt serui siue custodes atrii eo iidem dicuntur etiam etrienses.

ATTESTATIONES sunt dicta testiū uel testimonia ordine iuris in scriptis redacta.

ATTONItus media breui.ē eleuatus uel quasi quodā pauere concussus.

ATQVI ponitur pro certe,ut atqui pro sed certe institutio. de fi. tu. circa medium ff.de offi. preto.l. barbarius uersi.atqui uerum est.

DE A ANTE V

AVARVS appellatur cecus & ambitiosus cap. quorundam de elec.lib. 6.quia excecatur eius animus ut agenda non uideat, & a prohibitis non declinet. l. 7.dist. uirum &c. sicut hi.& differentia inter auarū, largum & prodigum,habentur de consue.ex parte.

AVTORITAS & consensus tutorum & curatorum, require intra tutor & curator.

AVTORITAS præstāda not.secundū Azo. in sum. C. de autor. præstan. Autoritatem præstare est cū quis dicat se approbare id quod agitur hoc est authorem fieri, Præstare auctoritatem potest quilibet tutor in rebus minoris ad quam spectat periculum administrationis. Et autoritas uidetur idem quod cōsensus legitimorum tutorū et curatorū.Et differentiam inter auctoritatem & potestatē uide per Host.in sum.de sacra unctione. §.refert autem. Item de autoritate doctorum sanctorum habetur dist. 15. c.ult. & gl.in c. sicut ueterū.distin. 9. ubi dicitur quod inter istos tres.Augustinum, Hiero.& Gregorium Augustino magnis credendum est in disputationibus.Hieronymo in historiis & translationibus, & Gregorio in moralibus, quia nō omnes in omnibus, sed certi p certa &c.C.de uer.iur.enu.l.1.uer.q a nō.

AVTORITATES diuinæ scripr.sunt approbatæ,& possunt tanquā leges allegari in causis,ita Fely.in c.ex parte. in antepe. col.uer. autoritates diuinæ scripturæ. & idem Fel. in c.qualiter & quando l.2.col.1. de causa. & adde quod dictū unius sancti munitum autoritate ueteris uel noui testamenti præfertur decisioni papali. ita dicit gl.in c.de libellis 22.dist. quam exclamat Pan.in d.c. qualiter et qn.de accu.

AVTORIZARE est cingulo militem aut ordinibus clericum decorare, uel ordinare.

AVDAX dicitur qui nihil metuit,& sumitur propriæ pro arrogante. & ita dicūtur audaces faciētes cōtra ius. in auth.de admin.tut.circa prin.col.8. Quādoq. sumit i bona parte 8.q.1. audacter. in prin. 32.q. 5.si Paulus.uersi.caue quæso.

AVDACIA idem est quod temeritas, & accipitur in malo 2. decen. lib. 6.dist.4. factæ sunt & no. Archid. c.2.præalle.in gl.2.

AVDITORIVM est forū causarū,uel locus in quo causæ audiuntur.Sed tamen recte potest dici auditoriū magistrorum ubi disputant, & nō

magistri forus sed iudicis, cum in ab curia Papæ uocetur, & dicitur audiendo.

AVDIENTIA licet etiam taliter capiatur proprie tamen magis dicitur esse facultas & potestas loquendi coram superiore alicui concessa ꝑut dicimus, data est illi audientia. uel denegata est ei cōis audientia. Et denegatur audientia in quatuor casibus & est gl. in uersi. audientia 30. dist. in nomine domini.

AVDITVS exponitur, id est cōsensus in aut. & imo. ante nup. do. col. 5.

AVDIENS, id est obediens. ff. de arbi. l. ex compromisso & de ædil. edic. etiam dum.

AVDITOR in curia papæ uocatur qui uice iudices alicuius causam uel causas audit. in clem. auditor, de rescrip.

AVDITOR cameræ pape dicitur qui audit negotia super thesauro papæ & super his quæ ad camerā papæ pertinent.

AVDITOR contradictoriarū dicitur in curia papæ, qui audit impetrantes rescripta ad lites uel aliter ad ius cōes pertinentes gratias.

AVCVPIVM dicit locus aptus ad capiēdum aues, uel a rete uel uirga uiscata, uel tugurium ad hoc pręparatum. An aucupare liceat in fundo alieno. ff. de ser. rusti. prædi. l. diuus & insti. de re. diui. §. fere.

AVERTERE. i. tradere. C. de nauicu. cum nauicularium. lib. 11.

AVSCVLTARE, id est obedire, attendere & audire mandatum cum effectu ut in c. illud. de maior. & obed. in glo.

AVSPITIVM iuris idē qđ exordiū litis secundum Ber. in c. pastoralis, de cau. poss. & propri. in gl. 1. Sed secundum Alber. & alios auspitiū. i. augurium, quasi auis garriū, ut 26. q. 3. c. 1. quia sicut ille qui se cōmittit augurio. i. diuinationi quæ fit in garritu auium, dubius, est ita ille dubius est qui se cōmittit liti. Quare dominus catho. in l. 2. C. de bono. pos. secundum tabu. ꝙ melior lex quæ fit corpore iuris, est illa. Cauete a litigando, saltem pro uobis, quia dubius est litis euētus, pro aliis autem litigare sæpe iucundum & lucrosum est.

AVREVS, id est solidus. insti. de pe. teme. litigā. §. fi. & 77. aurei faciunt libram auri. C. de suscep. & arca. l. quoties & no. de in ius uoc. l. fi. & C. de ser. fugi. l. quicunque. sed 10. aurei faciunt libram argenti. C. de argen. pre. quod infer. l. 1. lib. 10.

AVRVM coronariū dicebatur quod cōferebatur ad coronationes principū, uel quod coronarū faciendarū noīe, præstabatur quæ in tēplo pendentes a Tito & Vespasiano sub late sunt. Alii dicunt coronarū illud esse qđ dabatur athletis ꝑut no. Azo. de auro corona. C. lib. 10.

AVRVM publicum est quod pertinet ad erarium fisci. C. de au. pub. per se. id est doctoribus. lib. 10.

AVIA est mater parentum, & auus est pater parentum.

AVVNCVLVS est frater matris, & auunculus magnus est frater auiæ. inde proauunculus frater ꝓ auiæ. & abauunculus frater abauiæ.

AVRISPEX est inspector mometorū uel horarū quo puncto aliquid sit inchoandum, & dicitur ab auis & inspicio ita dicit glo. in l. nullus aruspex. C. de male. & mathe. Sed uerius est aure inspector ab aura & inspicio. Nam augur dicitur qui ex garritu auium prænosticare pręsumit. Et ariolus qui aris. i. altaribus demonum deseruit, ut est gl. in l. nemo. eod. tit. ubi de incantatoribus, uatibus caldeis & magicis omnibusq. maleficiis dr̄. Si ineat

omnis

omnis perpetuo diuidendi curiositas, etenim supplicium capitis ferre gladio ultore prostratus. Et dicit ti bi glos. quod cremabitur uel denti bus ferarum dabitur dilacerandus. Sed iniuriarum non tenetur qui aliquem dixit furem in diuinando. ff. de iniu. l. item apud labeonem. §. siquis astrologus. Nam dicit ibi text. si quis astrologus uel qui aliquã illicitã diuinationem pollicetur cõsultus aliquem furem dixisset qui non erat iniuriarum agi, cũ eo non põt. Ratio gl. ibidẽ quia nõ dolo sed artis sue causa facit.

AVTENTICVM est liber iuris cuius excerptus quasi quædam sumula ex aliis legalib. libris continen. 11 collationes. & 11. partes principale. Sed autentica authentice est lex. §. incorporatus in libro codicis, & ergo semper allegatur authentica. C. tit. tali uel tali. ut C. de episco. & cler. authen. generaliter. & sit additur titu. sed non additur numerus colla.

AVTENTICA persona quæ dicatur, uide not. per Archid. extra de elect. c. licet canon.

AVTENTICA scriptura quæ sit uide extra fide instru. c. 1. & 2. per Bart. Inno. & Hostien.

AVT qñq. ponitur disiunctiue, ut qñ altero posito necesse est alterũ tolli, ut cũ dicitur dies aut nox. Quandoque etiam ponitur copulatiue pro &. Nam quandoque sumus in materia in qua requiritur utrunque extremorũ per talem disiunctiuam coniunctorum, ut c. si post præstitum de cõfes. lib. 6. de hac dictione habes in auth. si quando. C. de consti. pecu. & l. cum quidam. ff de uerb. sign. & cle. sæpe. eo. tit. 2. q. 5. omnibus in glo. 2. 20. q. 1. monachus. & c. cũ uirũ. de reg. l. ul. ff. de uerbo. signifi. Sed autem aduersatur in facto & in re. si. de nego. gesti. si autem & qualiter accipiatur autem, uide Bar. & docto. in l. hoc amplius. §. de his. ff. de dam. infect. Et qualiter capiatur aut, uide Archi. 47 distin. c.

AVELLERE est auferre uiolenter uel extirpare, ut ff. de incen. rui. nau. l. 3. non solum.

AVRIFODINA est locus ubi foditur aurum. Sed aurificina est locus in quo fabricatur aurum.

AVRIFEX est q operatur aliquid de auro sicut aurifaber.

AVRICVLARIVS est cõsiliarius uel secretarius cui solent secreta domini committi.

AVRICHALCVM dicitur secundum Isido. quod splendorem habet auri, & duriciam eris.

AVRIGENERII uel auricẽtenari. no. C. de cur. pu. l. quoniam lib. 12.

AVSTER, id est feruor spiritusancti. in li. de propri. re. ca. schalarum aut 3. ult. Aliquando sumitur pro uento australi. Regina austri uenit a finibus terre audire sapientiam Salomonis. 8 q. 1. uereor.

A V X A R I A secreta nemoris dicta sunt, eo q ibi frequentat aues secũdum Isido. 17. ethimolo. c. 6. Inde uenit impensatio auxiliaria. C. de fun. patri. l. 2. lib. 11.

AVXILIVM iuris est suffragium & beneficium iuris prout dicitur contra hæc prodita sunt iuris aulia. uide de hoc. ff. ad Sil. l. cum dominus. Frustra auxilium legis inuocat qui committit in legem. ff. de mino. leg. auxilium. de usur. capit. quia frustra. Et tantum de litera. A.

## DE B ANTE A.

B A B V R T V S uel barbosus idem est q stultus uel hebes, & habigor idem.

BAIVLARE idem est q oportare.

BALANVS genus est gladis. l. carbonũ. ff. de uerb. sig. licet aliqui ibidem legem mendose ballar iis. Acrõ. uero scribit Balannum esse herbã unguentariam, & abhoratio pro unguento mirabolano positam Balonus etiam nomen est urbis in epiro, ut refert Strabo.

BALVCLA est publica utilitas, uel est uas luteum. C. de metal. lib. 10. secũdum Accur.

BALIVVS officium domini temporalis. ut C. de sen. excom. dilecto. lib. 6. & in cle. 1. de pœn.

BALBVS dr̃ balbuciẽs, uel titubans q̃ uerba non explicat, sed frangit, a balbãdo dictus. Sed blesus dicitur qui literas imperfecte profert.

BANNVM secũdum uulgare gallicorum & lombardorum u idetur esse ædictum publicum iuxta illud qđ dicit Rayn. c. quod clericis. de foro compe. quod græco Parisiensis nũtiat bãnum noie episcopi a rege.

BANNIRE secundum dicta uulgariũ uidetur idem esse quod proscribere, & dicitur bannitus quasi proscriptus de ciuitate. ut in proem. digestorum.

BANNITORIVM est locus causarum, alias panditorium.

BAPTISMVS est ablutio corporis exterior facta subordinata forma. de conse. dist. 4. c. necessarium, & per totã dist. De triplici baptismo uide ibidem in c. baptismi uicem.

BAPTISMVS est triplex fluminisque quotidie utũtur, quod prodest tam adultis quam paruulis. c. maiores. de baptis. baptismus spiritusancti qui inuisibiliter baptizat cor interius in c. debitum. de baptis. & in c. per aquam. de consecra. dist. 4 prodest adultis tantum qui in charitate & fide christiana decesserunt nõ autem prodest paruulis, quia eum ipsi non sentiant, non habent christianam fidem nec charitatem, & de isto baptismo potuisset procedere opinio illorum hæreticorum asserẽtium paruulis baptismum non prodesse. in præalle. cap. maiores. Baptismus sanguinis est quando aliquis occiditur pro fide christiana, & ista fides prodest tam adultis quam paruulis ex quo non contempserunt baptismum fluminis, exemplum est in sanctis innocentibus. Latro uero in cruce non fuit baptizatus baptismo sanguinis, quia non pro fide christiana, sed pro suo demerito fuit cruci affixus, sed fuit baptizatus baptismo flaminis propter fidem quam habuit in Christo, ut in c. fi. de pe. di. 7. Panor. in c. apostolicam. de presby. non bapti. Barbari sunt quo extra Romanum Imperium sunt & maxime hostes. insti. in proemio.

BARTOLVS lucerna iuris ciuilis, sic eum appellat Ang. in l. 1. §c. de iudi. De aut. Bar. uide pulchre p̃ do. Frã. de curte. in repe. l. admonendi. in 1. col. ff. de iureiur. & per do. Ias. in l. 1. ff. si cer. peta.

BASILICA dicitur palatium regis, & inde dicitur quælibet ecclesia basilica, quia est palatium regis æterni. De hoc per Archi. 61. dist. non oportet 2. & ibi concordã. Adde quod basilica dicitur ecclesia constructa antequam sit consecrata, post consecrationem uero ecclesia no. Ioan. And. in c. nobis supra in uero ecclesiam. de iure patro.

BASTANGARII scđm quosdã dicuntur quasi bestie angarie, eo q̃ rusticos angariabant id est augebant ad quintam bestiam præstandam, ut C. de nutri. l. quod ad præsens lib. 11. & secundum Accur. bestangarii sunt de domo principis quasi bestigarii primo modo, uel quasi festatores animalium secundo modo

do aliter testatores.

BASES dicuntur orbiculi illi in quibus uasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, quorum memi nit Iaco.in l.hæres meus.§.pen. ff. de leg.3.quamuis apud iurecõs. uerba mendose circũferantur, sunt & aliæ maiores, ut sessiones statuarũ columnarum seu statuarũ sunt & fabricarum quæ a fundo consurgunt & supposite fabricare sustinent pondus, de his intellexit Pompo.in pe. ff.de uerb.sig.

BARIONA id est filius columbe, ita dictus fuit Sanctus Petrus dist. 11. ita dominus & Math.16.

BARILES dicuntur uasa sicut in alpibus solent haberi.

DE B ANTE E.

BELLVM iustum quid sit, innuitur 24. q.2.per Archid.in sum. & c. iustum bellum. Iustum uidelicet illud qđ fit de præcepto principis de reb.repetendis uel propter iniuriam repellandam. Sunt autem septẽ genera bellorũ. Primum est bellum Romanorum contra infideles de hęre. excommunicamus 2.& dicitur romanum quia romana ecclesia caput fidei 24.q.1.hæc est fides. Secundum est iudiciale quod fit autoritate iudicis habentis merum imperium, de sententia excom.cap.dilecto libr. 7.de rei uendi.l.qui restituere. Tertium est præsumptuosum quod faciunt inobedientes iudi.de pe. dist. 6.ad fi.Quartum est licitum quod fit autoritate iuris, quod ad illũ cui conceditur, de rest. spo. olim de sen ten.excommu. si uero C. unde ui. Quintum temerarium contra illos qui se iuste defendunt. Sextum uoluntarium quo moderni principes utuntur cap.noli.24.q.1. Septimum est iustũ & necessarium quod fit se, & sua defendendo. Et in iusto bello morientes salui fiunt cæteris partibus 23.q.5. omnium uestrum. & capitu. si homicidi. & ea. causa.q.8.omni timore. Sed qui sine iussu principis bellum ducit teneatur l.Iulia.maie.ff. ad l. Iulia.ma.l. 3.& in aut.de armis.colum.6.Et in aut.de man.prin.collat. 3. Necessitate tamen imminente sufficit licencia magistri officiorum secundum Hostien.C.de tabu.l.fin. lib. 11. de bello uide Archid.in rosario. 23. q. 1.capit.iustum ubi ponit hęc septẽ genera.

BENEFICIVM sumitur latissime pro omni liberalitate. Minus late pro liberalitate principis, & sic sumptum significat large & stricte. Large ut continet beneficium stricte sumptum, & cum hoc rescriptum & priuilegium. Stricte dicitur beneficiũ principis cõcessio facta a principe de aliqua re uel iure, quod est principis concedentis, & per hoc differt a rescripto uel priuilegio, & licet ita stricte sumatur, tamen eius interpretatio latissima est l. fina.de cõsti. prin.c. cum dilecti. in fi. de dona. & de uerb. sig. c. olim. Ex natura enim principis decet esse liberalem in his quæ sua sunt, uerbi gratia. Princeps alicui concedit domum aliquam delatam ipsi principi cum integro eidem stat. hęc uerba sumuntur latissime, scilicet cum his quæ insunt. & adiacentibus & omni iure suo. l. si q̃n. cum ibi not. C.de bon.uac. lib. 10. Sed pone princeps concedit domum, non apponendo cum integro eius statu, certe sola domus concessa uidetur quia uerbum domus ad alia non potest extendi, uidelicet curiam, uiridarium, & adiacentia, facit l. si quando præallega. nisi aliunde sumeretur sciẽtia quod principes de illis intellexerit. Nam sola libertas non est sufficiens si-

gnificatum, nisi aliud significatum concurrat, quia alias sequeretur q concedendo unam rem uideretur alia concedere.

BENEFICIVM iuris est id quod a iure nō cōceditur uel indulgetur. Et horū beneficiorum iuris quædā sunt ordinaria, quædam extraordinaria, ut illa quæ est speciali priuilegio quibusdā specialiter indulgētur; sicut beneficiū restitutionis in tegrū ecclesiæ uel minori 25. annis cōcessum. facit de in integ. rest. c. 1. & ff. de consti. prin. l. ulti.

BENEFICIVM epistole diui Adria. Require infra in epistola.

BEneficium noue constitutionis de fideiussore. Require infra fide iussor.

BENEFICIVM noue constitutionis de duobus reis stipulandi uel promittendi est per quod subuenit duobus reis debendi uel promittendi, ut per ipsum postulare possint se non insolidum, sed pro parte posse conueniri, nisi obligauerint. & huic beneficio renunstetur, & hoc adiecta noua constitutione in actione de duobus reis promittendi & stipulandi, quia ut dicit Azo. in summa. C. eo. ti. effectus duorū reorum promissionis fuit, ut si duo uel plures candē pecuniā, promiserūt, aut stipulati fuerunt, ipso iure singulis insolidum debebatur, & singuli debebant. Poterat ergo ab uno eorum insolidum peti, quia unusquisque eorum insolidum erat obligatus.

BENEFICIVM cedendarum actionū. Require infra cedendarū actio. Quo modo autem renuntietur his instrumentis & beneficiis require infra renuntiatio. & de hoc Specul. titu. de renuntia. §. fini. is partium. uer. sed nota.

BENEMERITI sunt qui aliquid insigne seruitium fecerunt. c. si qu a Papa. 79. dist. nam pro premio remunerandus est seruus libertate c. episcopus §. in criminali 12. q. 2. tamen benemeritus large dicitur quicunq. non demeruit l. seruos. ff. de manu. testa. sic quilibet dicitur dignus qui non est indignus c. dudum de præsum.

BENEFICIVM feudorum federici, & beneficium fœmine, hæc duo require in lib. feudo.

BENEFICIVM ecclesiasticum datur ratione officii. de præben. cum secundum Apostolum 80. distin. si quis ammodo. Et ergo beneficium tale non confertur excommunicatio c. cum bone. de eta. & quali. quia officiari non potest, nec fructus percipit secundum Gof. de cleri. excommu minist. §. si tamen quætis.

BREPHOTROPHVS secūdm Azo. in sum. C. de episco. & cler. §. nunc de orphanotrophis est idem quod gubernator infantium pauperum & orphanorum.

BREPHOTROPHIVM est domus in quo alunt pauperes infantes, de hoc uide C. de epi. & cle. & o. ph. & po.

BEGVARDVS & beguina uel beguttā sunt uiri & mulieres tertii ordinis qui etiam aliter uocantur fratres de pœnitētia. Et dicit Io. And. q beguinarum genus perniciosum est, nec de facili alios quā religiosos admittūt, a quibus oibus modis est cauendu 18. q. 2. diffinimus. & c. perniciosam. De his uide cle. 1. de reli. do. ubi Host. idem dicit. Et uide clem. ad nostram de hær. ubi damnatur secta talium bernardorum & beniguarum. Item ca. cum ex ea de exces. prꝛl. lib. 6. & cle. cum ex eo. de sent. excom.

## DE B ANTE I.

BIARCHA uel biarchus dicitur princeps 40. milium a bis uiginti, & archos princeps dictus, ut colligitur. C. de offi. questo. ubi apparet

quod

q biarcha est minor dignitate quã centarcha cui est potestas centenarii. quia dux centum militum.

BIBLIOPOLA est uenditor librorũ. no.ff.de proxene.l. 1.C.de mono su per rub.

BIGAMVS secũdum Host. dicitur qui diuersis temporibus & successiue duas legitimas habuit uxores 31. q.1. apetiant. Sed large & interpretatiue dicitur qui contraxit cũ corrupta uel uidua 32.dist. senatũ. uel qui duas uxores habuit ante baptismum, uel unam ante baptismum, & aliam post 34.dist. si quis uiduam. uel qui castitatem promissam uiolauit 17.qõ.1.quotquot ut subdiaconus uel monachus qui contrahit de facto, cum de iure nõ possit, uel qui unam de iure, alteram de facto, uel qui de facto duas duxit uxores, uel qui uxorem adulteram postea scientes cognoscit. Nam non potest promoueri ad sacra, cuius uxor adulterata est etiã si eam uirginem duxerit dum post adulterium eam cognouit, alias secus 14.dist. si cuius uxorem. Secundum quosdam autem indistincte bigamus censetur etiam si ignoranter cognoscat eam, sicut qui publicam penitentiam egit, uel repudiatam duxit.l. dist. in capite ieiunii. Dicitur autem bigamus secũ dum Innoc. iuxta uulgare prouincialium quasi bis gamus, id est stultus uel fatuus, quia ibi stultus dicitur gamus. Vel dicitur bigamus à bis quod est binũ, & gama quod est mulier, quasi homo bine mulieris uel bini coniugii. Et licet bigamus ad sacerdotium promoueri nõ possit c. 1. de biga. quia prohibentur bigami non propter culpam sed propter sacramenti defectum. c. super. & c. debitum. eo. tit. tamen in necessitate bigamus ordinatur in subdiaconum 34. dist. subdiaconus. Et bigamus non est ille qui cõtrahit cum uidua si est incognita c. debitum. præal. Nec est bigamus contrahens cum unica & uirgine. de cleri. coniu. cap. sane.

BIGAMIA triplex est, una uidelicet quando quis duas uel plures habet uxores. Alia est cũ quis contrahit cũ corrupta. Tertia est quãdo quis castitatem promissam per uotum solemne uiolat uel quãdo scienter cognoscit uxorem adulteram, & cum tabulis non dispensatur, & qui tales ordinat, priuatur officio & potestate ordinandi. Et similiter ordinatus tali ordine priuatur ut not. eod. tit. cap. 2.

BIFARIA id est, bis nupta.

BIMA i. duorum annorũ de an. leg. l. 3. de usuf. leg. l. si usufructus.

BISSE sunt due partes assis, & continet octo uncias, nec dicitur ad respectum totius cum nec duplicatur reddat suum totum, & alias dicitur bes. uide supra as.

BISSEXTVS habet dies. 366. ut not. in l. cũ bissextus ff. de uer. sig. ubi glo. de nouis clandis &c. Et unde dicatur, no. Bar. in ca. quæ sunt de uerbor. significa. & not. ff. de statu lib. in l. cum hæres. §. stichus.

BLANDITIE potentium equiparantur minis gl. in l. 1. C. si rec. prouincia. in uerbo pignora.

DE B ANTE O.

BOETILOGISTARVM adiutores eorum sunt qui rationes publicas discutiunt. Et inde boethius nomẽ accepit Boethius enim græce latine dicitur adiutor secundum Accur. C. de ta. scrip. & log. lib. 10.

BOLIDA uel bolidis est massa plumbi quam mittunt naute ad mare ad experiendum profunditatem. unde per bolidam plumbi dic missam significari, per quam nauta so-

let maris explorare profundum.

BONA eorum qui sibi ipsi mortē con sciunt seu infligūt, secundum Azonem in sum.C. de bon.eo.qui mortem sibi consciunt, si hoc faciunt ex impatientia doloris uel ob pudorem eris alieni, tunc non auferuntur bona hæredib. Si autem faciunt ex conscientia delicti.s. si aliquis infligit sibi mortem, ideo quia erat delictum uel crimen ob quod non erant bona publicanda, puta furtum, homicidum, uel huiusmodi tunc auferuntur bona hæredib. Item si erat crimen cuius accusatio poterat inchoari post mortem ut repetundarum, peculatus & læsæ maiestatis, tunc etiam auferuntur bona heredibus. Si autem accusatio non poterat inchoari post mortem, non auferuntur sibi bona sibi adiudicauerit sibi mortem, post quam fuerit in scelere deprehensus. ff.de bon. eorum qui ante sen.mortem sibi consciue.

BONA libertorum patronus succedit in bonis liberti in 3. par. adita te locupletate hæreditatis liberti uel ab uno ex hæredib.& non relictis filiis a liberto, uel etiam relictis, sed ingratis, ut non possint arguere testamenta suorum parētum inofficiosa. Locuples autem hereditas uocatur si est maior centum aureis, uidi Azo.in sum.C.de bo.li.& iure pa.

BONA materna & materni generis sunt illa q̄ ex matre uel auia debentur filiusfamilias, uel emancipatis deferuntur, & quandoque pro nepotibus, puta res auie ipsorum.

BONA ciuitatis abusiue publica dicta sunt. Sola enim publica sunt q̄ populi Romani sunt, ut l. bona ff. de uerbo. signi.

BONA dicuntur sic a beando eo quod beant, id est beatos faciunt, uel pro sunt. Nam beare idem est quod ꝓdesse, & quod prodest beat l.bonorum ff.de uerb.signi. Sumitur autē hæc dictio pro omni bono utili, delectabili uel honesto spirituali uel temporali, ut infra de anima. In iure autem hæc dictio bona in plurali & neutraliter significat res nostras quæ sunt in dominio nostro uel quasi in d. l. bonorum & ipsas res ex suo proprio significato communiter accepto significat deducto ere alieno.

Quandoq. autem non deducto significare concluditur, uerbi gratia. Testator legat alicui certam partē bonorū & ibi bona dicuntur ere deducto alieno l.cum autem. ff. de lega.2. Nam sensus est. quod per heredem deducto omni ere alieno de hereditate legatarius habeat quartam in bonis quæ supersunt, idest quorum sibi legatam, & sine onere creditoris, ut in l.prꝫalleg. Sed ubi testator herede instituto legat titio omnia bona, uel per fideicommissum uult restitui, significat es alienum non deduci, imo transire ad legatarium uel fideicommissarium. Et ita idem significat quod hereditas l. nanq. §.fin. cum l.seq. ff. ad treb. finaliter ergo hæc dictio bona significat latissime omne quod uno uis modo potest ꝓdesse, & prout in iure accipitur in communi significato significat quæ sunt in nostro dominio uel quasi deducto ere alieno. Etiam significat hereditatem quando probabile medium commodius hac declarat, & sic bonorum appositio aut est ciuilis aut naturalis. Ciuiliter enim significat sicut lex & eius significat se adaptat & in boutis annumeratur si quid est in action.petitionib.prosequutionib.l.bonorū, de uerb.signi.

Bono-

BONORVM possessor dicitur ille qui iure prætorio alteri succedit, quia bonorũ possessionis a pretore sunt inuenire, & est differentia inter bonorum possessorum & hæredem, quia bonorum possessor de iure ꝑtorio succedit instit. de bo. possessio. §. 1. & ff. eo. tit. per totum, & est nomen iuris, ut not. Ber. de causa possess. & proprie in glo. 4. & ff. de uerb. sig l. hereditas. Aliud est possessor bonorum, due dictiones, nomen compositum significans factũ & non ius, sed heres succedit de iure ciuili.

BONORVM possessio ponitur pro una dictione secundum Azonẽ, & significat ius recipiendi prosequendiq. & retinendi illud quod in bonis illius erat cui succedit de iure prætorio, & differt a petitione hereditatis quæ est de iure ciuili ut inst. & ff. præalleg. Itẽ est ius quod prosequimur & in hoc differt ab actione hæreditaria uniuersalis. s. possessoris hæreditatis petitione. Et quando ponitur ꝓ una dictione ut bonorũ possessio significat hoc ius. Si autem dicitur possessio bonorum, tunc significat factum. Diuiditur autem bonorum possessio quia alia est ordinaria alia est extra ordinaria. Alii diuidunt bonorum possessionem in has duas species. s. bonorum possessionem secundum tabulas testamenti quam pretor dat liberis a patre in testamento iniuste præteritis, & bonorum possessionem contra tabulas testamenti, ut infra dicetur.

BONORVM possessiones extraordinarie sunt duę ex testamento. s. secũdum tabulas, & contra tabulas. Et quatuor ab intestato. s. bonorum possessio unde liberi, bonorum possessio unde cognati, bonorum possessio unde agnati, & bonorum possessio unde uir & uxor Quarum descriptiones subiiciuntur.

BONORVM possessio extra dicitur duobus modis. Vel qa nõ est stabilita certa parte edicti, scilicet ex testamento tantum, uel ab intestato tantum, sed ut uaga, quandoq. ex testamento, quãdoq. ab intestato defertur, & competit tamen his qui uocantur ex nouis legibus, ut ecce materialis in testamento institutis, postea in puerperio decessit & filium quem gestabat in utero præteriit. Presumitur enim filius hic institutus, & habet bonorum possessionem secundum tabulas, & septimam partem extraordinariam. Cuius bonum est exemplum secundũm legem corneliam tam ex testamento quam ab intestato. Quæ fingit eum qui moritur in captiuitate decessisse ipsa hora captiuitatis. Et ideo quilibet potest ei noua lege Cornelia ex testamento ab intestato succedere ut insti. de bo. pos. §. sunt etiam, dicitur autem extraordinaria possessio, quia iur, non tribuit, ut carbonianum & quæ datur uentri, & quæ datur gratia litis agnoscende. Vnde & extraordinaria datur sine causæ cognitione quæ in ordinariis, quia omne ius tribuit quantum est. Item bonorum possessio aliter diuiditur, quia alia dicitur bonorum possessio edictalis, ut quæ ex edicto prætoris mortui decernitur. Alia uero bonorum possessio decretalis quæ a uiuo prætore decernitur uel quia hodie non est necessarium eam decerni uel pari. Dicitur. enim decretalis siue iudicialis a iudicis præsentia quæ in eius agnatione exigitur, quia secundum Azonem posset, & illud dici unam esse bonorum possessionem edictalem & eandem appellari decretalem uel

iudi-

iudicialem ex eo quod accipit effi caciam ex præsentia iudicis. Nec est differentia inter decretum, & decretalem, licet quidam dicant contrarium, Repelluntur autem bonorum possessio. qui amiserunt libertatem uel ciuitatem, ut. ff. eo. l. edicta. Petitur autem bono poss. a libertis inter annum utilem ab agnatis autem, & cognatis intra centum utilis dies, & si plures sint in eodem gradu omnes admittuntur. Si autem repudiauerint uel tempore sint exclusi statim. pos sunt admitti sequentes intra eadē tempora, ut instit. eod. titu. §. liberis itaque.

BONORVM possessio scdm tabulas est ordinaria ex testamento. Et dicitur esse ex testamento secundum Azo. non quia iuuatur ex uoluntate defuncti sed quia non habet locum nisi existente testamento, & datur scriptis hæredibus, & eis deficientibus uocantur substituti & inde substitutis deficientibus uocantur substituti eis. Petuntur autem ex originalibus tabulis tantum non exemplo. Item si fiat quæstio de tabulis, debet probari cuiuscunque in tertio. per septem testes, & non per duos tantum secundum Azo. licet quidam dixerunt contrarium. Si autem testator non facit testamentum in scriptis, sed in uerbis, uel nuncupatione rerum uel hominum datur bonorum possessio secundū nuncupationem testamenti.

BONORVM possessio cōtra tabulas quam prior liberis pollicetur scdm Spec. in trac. de libel. tit. de test. §. sequitur uidere. ubi dicit. Est & alia bo. pos. contra tab. quæ datur filio uel nepoti prætorio cōtra testamentū patris uel aui qui filium uel nepotem in testō suo, uel uita præteriit, & aliū in tabulis, si filio uel nepoti legauit, ipse tamen legatū non agnouit. & scdm Azo. in summa eo. tit. defertur liberis naturalibus & legitimis tantū, puta adoptiuis. Item natis & nascituris. Item emancipatis præcipuæ, & his qui erant in potestate defuncti, & datur ex illis ex quibus potuit aut hæreditas aut bono. poss. peti de iure communi. Datur autem & patre naturali & in adoptione nō habet locū hæc bo. pos. nisi instituantur ab eo hærede. & alius eis committat edictū. Itē alia est bo. poss. cōtra tab. secundū Spe. ibidem, quæ datur patri uel matri, auo, uel pro auo, si sint præteriti ex testō filii. uel nepotis emācipati gratis & sine pecunia cū quo nō est factum pactum ne pater uel auus inquietaret sua iudicia, nec receptum est ab eo quantum satis est qui et nec miles nec i militia decessit. Itē scdm eadē ibidē est alie bo. poss. cōtra tabu. quæ datur patrono pterito contra testm̄ liberti si sic maior centenario ad recipiendū per patronum tertiā parte sibi debitā de iure, & datur patrono si sit præteritus omnino, uel et si sit sibi minus tertia parte legatum, & tunc datur pro supplemento usque ad tertia partem. Et differt in hoc secundum Azo. a bono. poss. quæ datur liberis, quia tunc hæc demum datur si hæreditas liberti sit adita saltē ab uno de hæredib. Sed illa quæ datur liberis, satis est quod qs potuit esse hæres licet non potuit petere secundum tabulas bono. poss. Itē notandum quod querela inoffi. test. fere hoc idem operatur qd bonorum poss. contra tabulas, quia testamentum rescinditur de facto. Sed Specula. dicit quod de iure scissum & irritum est. Sed in hoc differunt, quia bono-

bonorũ possessionis omnes prętorię actiones sunt, uel edicta prætoria. Quærela aũt inofficiosi testamẽti ciuilis est, Et premisse bonorũ possessiones ordinariæ sunt, & competunt ex testõ. Aliæ bonorum possessiones competunt ab intestato.

BONORVM possessio unde liberi secundũ Spe. ubi supra. §.uiso datur filio emancipato quando pater decedit ab intestato. & est ordinaria et eã nõ hñt liberi in linea materna.l.quoties. ff. de suis & legi.her.

BONORVM possessio unde agnati unde legitimi ordinaria est, secundum Spe. ibid. datur proximis cognatis cõiũctis per uirilem sexum post liberos ab intestato. et nota ꝙ bonorũ possessio unde legitimi nõ est caput speciale sed generale cõcurrẽs eũ aliis specialib. bonorũ possessionib. scilicet cũ unde liberi. unde agnati, unde cognati, unde ex lege senatusconsulto.

BONORVM possessio unde cognati similiter ordinaria est, & scdm Spe. datur his ab intestato qui per femineum sexum coniuncti sunt, ut si neq. liberi, neq. legitimi existent, cognati proximi succedant.

BONORVM possessio unde uir & uxor similiter ordinaria est, & datur uiro, muliere ab intestato decedẽte agnatis uel cognatis nõ existẽtibus, uel ecõtra datur mulieri uiro ab intestato decedente, agnatis & cognatis non existẽtibus Et hæc omnes ordinariæ quia uor bonorũ possessionis cõpetunt ab itestato alię uero quæ sequunt, sunt extraordinariæ.

BONORVM possessio extraordinaria est quæ noĩe caret scdm Spec. ibidem & competit his qui ex lege senatusconsulto ex constitutionib. principum tam ex testamento quam ab intestato ueniunt. s. ut cum aliquis uult succedere patri suo quem ab intestato decessisse inuenit cum ab hostibus redit uel cũ a captiuitate fuerit emancipatus, & sic iure ciuili cum cognatis in successione iure postliminii per . . sibi hanc bonorum possess ionem concedi.

BONORVM possess. ex l. Corne. eodem modo datur filio emancipato de iure ciuili incognito cum uult succedere patri decedenti ab intestato apud hostes in capitiuitate.

BONORVM possess. extraordinaria septima datur uno modo patrono uolenti succedere, liberto ab intestato decedenti sine liberis. Alio modo filio uolẽti succedere in bonis matris, uel ecõuerso. Et dat alio modo infanti uel curatori eius uolenti succedere ex testamento matris, quæ testamentum narrare non potuit præuenta morte cũ in puerperio decessit, & alios filios cohæredes instituit. Datur autem hæc bonorum possessio filio adoptiuo, uel arrogato uolẽti succedere patri adoptiuo, uel arrogatori ab intestato decedẽti. O. s autem bonorum possessiones præmisse, ius tribuunt, sed quæ sequuntur ius non tribuunt licet facti sint.

BONORVM possessio carboniana est illa per quã filius impubes uolens succedere in bonis patri ab intestato tãquam proximior, uel rũpere testamentum per contratabulas, uel dicere ipsum nullum ipso iure cum fuerit præteritus, cum obiicitur sibi controuersia bonorum & filiationis, uel mouetur sibi quæstio status, puta quod si ser uus petit per carbonianum possessor institutuit per controuersiam motam de bonis, & filiationẽ & quæstionem status usque ad tempora pubertatis suę differri. Et datur solum

lum cognitione luminaria. Require infra carbonianum.

BONORVM possessio nomine uētris datur mulieri prægnanti in bonis mariti in quibus secundum dignitatem suam & sibi, & familiæ suæ alimenta constituuntur.

BONORVM possessio ex dicto diui Adri.tollen.datur alicui uolenti succedere in bonis alicuius ex testamento in quo institutus uel inscriptus est, ex eo quod ostendit testamentū non cancellatū, nec abolitū nec in aliqua parte sua abrasum fcdm Albe. Et datur uolenti succedere. ab intestato fcdm Gof. quod probat secunda pars rub.quæ dicit descripto hærede. Sed Ratio Gof. dicit contra in sum. Hoc tñ notādū secundum Spec. de bo. pos. ꝙ bon. possessiones olim fuerūt utiles, sed hodie sunt inutiles prætrquam in quinque casib. Primo qñ uiuo testatore posthumus prçteritus decessit quasi uideatur testamentum ruptum iuris solennitate, cum nihilo minus hæres scriptus ex isto testamento petit bon. possessionem, ut in l.posthumus.ff.de iniusto rup.& irri. test. Secundus est in l. filius. eod.tit. Tertio insti.quib.mod. testamen.infir.§.2. Quartus in l. res ff.de decre. ab or. fa. Quintus in l. equissimum. §. 2. eod. titu. & l.filius.C.de inoffi.testa.

BONORVM possessio ex testamēto militis in militia decedentis nō datur patri uel auo uel proauo uel cōtratabulas,ut C.de testamen. militi.l.ne quidam.& l.milites.

BONA uacare est ipsa dominum nō habere.

BONEFIDEI possessor est q credit se aliquam rem iuste retinere, sed malefidei possessor est qui iniuste scit se aliquam rem possidere, ut in reg.possessor.de reg.iur.lib.6.& insti.de usuca.per totum.

BONEFIDEI emptor dr̃ q ignorauit rem alienam esse, uel putauit uenditorem habere ius uendendi, scilicet esse procuratorem uel tutoré. ff.de uerb.sig.l.bonefidei.

BOS cornupeta ē bos qui facile cornup.tit,id est cornibus pungi..

BOVES non continentur sub appellatione iumentorum, sed pecudum uel armentorum.ff.de uerb.signi.l. boues, unde si lego armentū continentur boues.ff.de leg.3 seruus. §. armento sed si lego iumenta, non continentur l. legatis.§. iumentis, eo.tit.edil.edic. diles.

DE B ANTE R.

BREVITER no.Io.Gal. in cōmento suo super decreta.cum dilectus.de cau.poss. & proprie. Et Ioan. And. testa.c.1.lib.6.

BREVIATORES qui fint.not.in aut. consul.ult.coL& sunt etiam in curia Romana officiales qui sic dicuntur, qui scribunt & dictant rescr pta curia Romanæ.

BREVILOQVA, hæc dictio significat substitutioné,q breuib.uerbis continet substitutionem,comulationé, seu multiplicationem. Etiam breuiloqua est illa substitutio qui substitutionis unius personæ ad aliam fit repetitio. Item breuiloqua illas tot & eodem modo significat substitutiones, ut significant eius uerba uel que uis alium de sumpta significata. Et dicitur breuiloqua, quia breuibus uerbis fit, & breuibus uerbis comprehendit plures substitutiones,ut no. Accur.Bart.ff. de uul.& pup.subst. De hoc uide infra Substitutio breuiloqua.

BROCARDICA materia,dicitur quę est contrariarum opinionum ratio nibus inuoluta.

BRVTVS dicitur quasi obrutus,quia sensu caret, & est sine ratione, & prudentia

prudentia secundum Isid. unde brutire.i.infatuare.

DE B ANTE V.

BVBVLVS est magnus & siluestribos, sed buculas est paruus bos.

BVCVS est garrulus qui cæteros oris loquacitate non sensu superat secundum Isid.

BVCCELLARII sunt latrones qui ponunt in ore, captiuorũ, lignum ut nõ clament. C.ad l.Iul.de ui l.ult.

BVLLA est sigillum Papæ uel litera, quam dat Papa uel ornamentum schedule.

DE C ANTE A.

CADVCVM legatum secundum Azonem in sum.de cad.tollen.est quod deficit post mortem testatoris quacunque ratione. Et quia quibusdam modis & rationibus iniquis olim legata fiebant quandoque caduca, ideo lex ponit unam rub. C.de cadu.tol.Et differunt pro non scriptum, quasi caducum,& uere caducum.Vnde legatum pro non scriptum est quando legatur alicui dãnato in metallum,uel non existẽti in rerum natura, puta non noto. Quasi caducum est quando nõ omnino cadit.Sed uere caducum est seu dicitur quando legatarius uixit post mortem testatoris,& superuenit ei conditio propter quam efficitur incapax legati. Sed in alio casu legatur illi qui est in rerũ natura,sed moritur ante mortẽ testatoris.Primum accrescit sine onere,secundum uero cum onere.

ADDAT ab omni iure suo.ista uerba importans per sententiam Fel. in c. Rodulphus in 17. uer.cadis ab omni iure suo de rescrip. & ibidem loquitur diffuse maxime in emphyteota qui non soluit canonem uel uendit emphyteosim irrequisito domino an cadat ipso iure.

CALCITROSVS equus est qui solet calce ferire.i.pedibus retro se percutere.

CALCVLATOR secundum Isid. dicitur a calculis. i. lapillis minutis quos antiqui in manibus habuerũt componendos numeros.

CALCVLVS.i.cõputus.C.de erro.calcu.l.unica. Itẽ est causæ cognitio & enumeratio ut C.de iud.l. rem non nouam.Item prima sñia diffinitiua C.de app.si actor. Vide aliquid de calculo de fi.inst.cum dilectus.

CALVMNIA secũdũ Host. in sum.est cum quis ex certa scientia iniuste agit uel resistit.ff.ad turp.l.1.§.calumniari. Vel est petitio iniusta ex certa scientia in iudicio facti,& iuste petitioni iniusta responsio, uel est falsi criminis ĩpositio.ff.de uerb. sig.l.1.in prin.& l.si quis calumnietur. Pena autẽ calumnie secundum Azonem est eadem uel similis quę imponeretur accusato si cõuinctus fuisse de crimine.Et est hoc apertum si crimẽ erat ordinarium sed si erat extraordinarium imponitur eadẽ. l.quanta pro eo crimine solet imponi l. ult.C. de calum.& ff.priuari.& l.imperatore.

CALAMITAS est infelicitas uel miseria quæ euacuatur omni bono. uel est pena uel labor.

CALVMNIATOR est qui sciẽter alicui falsa crimina imponit uexandi occasione ut ff.ad turp.l.1. in prin. unde secundum Isid. calumnia or a calumniando.i.frustrando uel decipiendo dictus est. Et inde dicitur iuramentum calumnie. s. uitande. Et est assertio uere petitionis uel repulsionis secundum Gof. cum quis iurat se bona fide & non calũniandi animo causam mouisse, uel ꝙ uenerit reluctandum putans se bona iustitia uti C. de iura. calum. l.2.

l.2.§.i. & habet quinque capitula: ut c.i.eo.tit.ubi uerius dicit de hoc in glo. Et qui calumniose accusat debet officio & beneficio priuari,& in exilium deportari cap.i.præalle. Idem not.Cy.in l.sciuerit.de excusa.tot.

CALVMNIARI scđm Azo. in sū. C. de calum. est falsa crimina scienter intentare & alicui opponere uel im ponere. Et ex eo quod quis non probauit crimen calumniari uidetur.licet tex.uideatur sonare in cō tra,ꝙ talis nō sit calumniatus.2.q.3.§.notandum,ubi dicitur.Calumniari est falsa crimina intentare seu intendere Præuaricari uero crimina abscondere Tergiuersari in uniuersum ab accusatione desistere.Sed non utique qui non probat quod intendit,calumniari protinus uidetur similis tex.in l.i.ff.ad Senatuscon-sul.Turpilia.

CANNIVM potio est quæ fit ex hordeo & aliis frugibus,secundum Dioscoridem uocatur furca,arabes uero uocant foca,& est species ceruisie,& meminit Vlpia.in l.si quibus uinum.ff.de ui.tri.ole.leg.quod legi,nec alibi legitur.

CANCELLARIVS nomen accepit cā cellando.Cancellare est lineam ducere uel damnare. Vnde litera uel scriptura quæ damnatur,cum linea per medium ducta dr̄ cancellata. Et inde dr̄ cancellarius cuius officium est rescripta uel responsa Imperatoris, & mandata inspicere, & mala scripta cancellare, & bene scripta cum signaculo suo signare, & sigillum eis imprimere. Inde etiā uenit archicancellarius quasi princeps cancellarie secundum Azo. in sum. Differunt tamen cancellare & suppunctare,quia cancellare est literam linea per medium ducta damnare,sed suppunctare est literas pū ctis suppositis damnare.

CALLIDITAS require. infra dolus malus. Est.n.calliditas dolus adhibitis tacendo,ut no.ff.de dolo.ma. l.i.in gloss. Inde callidus.i. fallax. uel astutus.

CALLIGATVS. i. miserrimus. Inde calligatus miles dr̄. qui habet ferreas ocreas uel caligas de corio. Etiam idem est quod infirmus uel obscurus has expositiones facit gl. in l.a caligato.C.de nup.

CANONICA est ius ꝙ prouenit electione &receptionē in fratrē.uel est ius pcipiendi fructum præbende siue reditus c.relatum de præben.

CANONICA monitio est quando inter uenit citato cum tribus monitionibus,uel una peremptoria tres continens,de qua in capit.constitutionem. de senten. excommunicat. lib.6.

CANONICA portio de canone deputata ecclesiæ parochiali de relictis a parochiano defuncto illi ecclesiæ ubi elegit sepulturam cum alibi quam in parochiali elegerit eam. & secundum uarias consuetudines alia &alia.Nam alicui medietas,alicui tertia,alicui quarta datur.de sepul. c.certificari.

CANON. græce est regula latine. 4. dist.canon. Et in una significatione est id quod concilio gñali uel prouinciali statuitur,& sic capitur de constit.canonum statuta.In alia significatione uidetur esse id quod ab emphyteota de re emphyteotica soluitur, & sic uidetur sumi ab Azone in sum. C. de iur.emphy. uer.ex hoc autem contractu, Etiā dicitur illud quod sumitur pro pedagio uel uectigali,ut in rub.ff. de publ.& uect.Et not. quod quando Papa uult concedere canones possunt episcopi contradicere ꝙ non conueniunt consuetudini regionis eorum

eorum.dis.4.erit autem lex. & no. in c.seq. in uer. iudicem ubi quæritur an sententia Papæ præualeat sententie episcoporum. Et dicit q non, quia orbis maior est urbe 93. dist.legimus, post medium. & ibi gl.quod statutum concilii præiudicat statuto Papæ arg.contra ibidē.

CANON largitionalium titulorum est summa tributi, & præstatur de regulari præstatione a prouincialibus fisco.Et dicuntur tituli ex specialibus titulis. i. literis breuibus cauta leguntur,ut.C.de iur.fis.l.pe. & C.de anno.& trib.l.3.§.acceptiones.& l.i.de cãnone.largi.ti.i.lib.x. secundum Accur.

CANON frumentarius urbis Romanæ est certus numerus mensura rū frumenti, quæ singularis annis metiebantur Romæ l.j.& 2.eo. ti.l. 6.quod erant etiam de oleo.Et contra hoc non licebat alicui beneficium uel indulgentiam aut priuilegium impetrare,& impetratum nō ualuit,ut ibidem dicitur. Itē canonum quidam est late sententie quidam ferende.Et primus exprimitur per uerbū innodatus uel eo ipso.Secundus p uerbum innodetur ut est glo.in c.qcunq. de hæret.li.6.Item canō habet sub se quatuor species. 25.q.3.si quis dogmata.

CANONIA est nomen tituli & iuris. Præbenda uero nomē facti, & cadit in extraneum,ut no.Inn.in c.cū M.de consti.quære. infra prebenda.

CANTARE & legere differunt,quod no.l.statutis, quia qui tenetur cantare officium,non satisfacit dispositioni legendo,sed cui permittitur legere,permittitur cantare Abb. in c.quod in te.§.no.de peni.& remis. & in c.ut quisque in 2.not.de uita & honestate clerico.

CAPERE est ita accipere quod id qđ capis tuum fiat. Vnde aliud est capere, & aliud accipere, quia capere est cum effectu quod secum remansurum est,ideo non uidetur qs capere quod erit restitutus,Sed accipere est si quis non sic accipiat ut habeat, & sic accipere potes illud quod non sit tuum accipiendo rub. 1.C.lib.x.& ff.de uer. signi.l. aliud est capere.

CAPIENDIS scilicet distrahendis pignoribus tributorum require.infra pignus.

CAPTIO idest deceptio.inde captiosum idest deceptorium, uel decaptiosum aut dolosum,ut no.Io.Andre.de ofn.deleg.l.si duo.libr. 6.in glo.i.in fi.

CAPTIO causa mortis,alias capio secundum Azo.est qn per mortem alicuius occasio capiendi obuenit alicui, exceptis his capiendi figuris et causis quæ certis & propriis nominibus nuncupantur, ut hæreditas, legatum,& fideicommissum,quia.s. talis captio uel capio nō incidit in naturā captionis hæreditatis legati uel fideicommiss.Et causa mortis capio secundum Azo.in sum. C.de dona.cau.mor. est eum post mortē alicuius aliquid datur alicui causa conditionis implende, ut aliquid p uenit ad aliquem mortis occasione nec tñ aliquo certo translationis uel acceptionis nomine nuncupatur,uerbigratia fundum tibi commisi ut titio dares,cū tu post mortem meam non haberes fundum da rē titio dedisti sticho qui forte est hæres.Et stichus tūc causa mortis capit cum fundus ei donatur causa mortis, quia donatio merā obtinet uoluntatē uel libertatem & nō emptam uel conditionatam.

CAPITATIO reqre. supra Annona.

CAPITATIO ciuium censibus eximē da capitatio.i. census capitis. Vnde dicebantur ciues Romani per excellen-

cellentiam excepti, & quædã orientales prouinciæ.l. unica. C.eo. tit. lib.11.Quidam tamẽ dicunt quod loquitur illa lex in plebe cuiuslibet urbis captiose per hoc quod dicit & excipitur.

CAPITE censeri dicitur qui dat centum pro capite. C.in qui.cau.colo. ce.do.ac.pos.lib.11.

CAPVT est membrum honorabilius inter cætera membra. Pau. in c.cũ non liceat. de præscri. in 2.de Bal.in c.1.§.ad hoc de pa&.iur.fir. et Ang.in c.si quis. C.de pe.ubi dicitur quod non ualet statutum q pro delicto quis bulletur in facie seu fronte. adde Fel. in d.c.non liceat.in prin.de præscrip.

CAPITALIS inimicus quis dicatur, uide Accur. ff. cum arbi.l.licet autem. in gl.3. & Bar. ff. de quæstio. l.1.§. si quis dicatur.

CAPITALES inimicitiæ sunt cũ quis alicui minatur mortem cum odit uel ad morte desiderat,uel q eum accusauit criminaliter. & idẽ dic qñ est quæstio de omnibus bonis uel maiori parte ar. in c. frequentia,de rest.spo.lib.6.nam bona tpalia sunt uita hominum l. aduocati. C. de aduo.diuer.iudic.ubi est glo.uitam,facit tex.in l.2.C.de const. pe. quem tex.Bald. all.in c. cũ causa.de re iudi. c.ad hoc quod pecunia deseruit necessitati humanæ, de hoc uide Paul.in c.cũ oporteat.num.2.de accusa.

CAPITALE crimen quod sit.uide ff. de penis.l.rei capitales.de bon.pos. l.edicto §.rei capitalis.

CAPITALES pene tres sunt. Prima ẽ mors corporis l. capitalium ff. de pe. secunda est damnatio in metallum,idest quidam. ff. de pen. tertia est deportatio.& tali non perditur libertas. sed ciuitas.de hac materia uide Fel.in c.qualiter & quando l.2.de accusa.

CAPITVLVM uno modo est locus ubi res capitales firmant. Secundo significat lectionem. Tertio distinctionem,ut illa habet quinq. capitula. Quarto significat congregationẽ multorum & præcipue uirorum ecclesiasticorum,ut no. Ioan. And.in capitulum.de rescrip.

CAPTIVI & postlimio reuersi,require.infra postliminium.

CAPITIS diminutio est status commutatio, ut qñ liber efficitur seruus. Et est triplex diminutio capitis. s.maxima media et minima. Minima capitis diminutio est quã do quis nec ciuitatem in qua moratur, nec libertatem amittit, sed tamen patitur contra se status cõmutationem, uel minorationem circa familiã. ut quæ iuris sui est alieno iuri incipit esse subiectus, ueluti per arrogationem, aut cum quis emancipatur qui primo erat in aliena potestate. Et debet intelligi prædicta præscriptio cum permutatur status hominis facto eius interueniẽnte, ut in condemnando uel emancipando, uel arrogando, uel adoptando, uel etiam in reuocando ex ingratitudine, unde licet patre alicuius mortuo mutetur eius status quia sui iuris est factus, non ideo capite diminutus est. Et status hic ponitur secundum Azo. pro ciuitate & libertate uel ciuitate,tantũ,uel patria potestate seu propria potestate aut media. Tria enim sunt quæ habet homo.s. ciuitas libertas, & familia,& secũdũ hæc tria sunt tres capitis diminutiones. Media capitis diminutio est cum salua libertatẽ ciuitas amittitur, ut cum quis deportatur seu relagatur ad exiliũ per quinquennium uel bannitur. Maxima capitis diminutio est cũ ciui-

ciuitas amittitur,nec libertas retinetur, ut deportatur quis insulam, & seruus efficitur,aut in metallum damnatur, & sic etiam ban nitur in opus metalli, uel si maior uiginti anuis patitur se uenundari ad pretium participandum, uel si manumissus in seruitutem ex ingratitudine reuocetur. Pena autem damnandi in metallum hodie locum non habet uide insti.de capit. dimi. per totum. Spec. ti. de tute.§.tutela.Effectus autem capitis diminutionis maximus est.nam si quidem fuerit capitis diminutio maxime uel media, certum est taliter capite minutum haberi pro mortuo,ergo non conuenitur a creditoribus, nec agit contra debitores nisi pro relicto legato in alimenta,uel pro habitatione legata.quę legata potius consistunt in factum quam in iure.eius. n.bona publicata sunt uel in alium deuoluta,datur tamen actio in eos ad quos bona eorum peruenerunt. Item non uocabitur ad tutelam, uel curam, ut eo. l. 2. & l.tut.§.ul.Si aũt fuerit capitis diminutio minima per eam non expirant publica iura,remanet.n. talit capite minutus magistratus & senator & iudex, & in quolibet officio pristino.Item nec per eam expirant tutele, nisi sit legitima, illa enim expirat quia refertur agnatis secundum Azo.

CAPSARII dicuntur qui in balneis uestimenta suscipiunt custodienda,uel aliter sunt illi qui portant aliis libros ad scholas.

CARBONIANVM require supra bonorum possess. carboniana. unde secundum Azo.dicitur a carbonio inuentore uel autore.Et datur solinato & non nasciturо. in quo differt ab edicto de uentre in possessionem mittedo, quod subuenit nasciture.

CARBONVM appellatione qd contineatur, uide ff. de uerb.sig.l.carbonum ubi appellatione materiali non cõtinetur materia ut appellatione librorum non charte ff.de lega.3 l.librorum. §. quod tamen. Nec econtra appellatione materiæ continetur materiarũ.f.seruus eo. ti.Et sic non continentur ligna ad coquendum uel calefaciendũ quia non sunt carbones.

CAREAT uiribus importat necessitate ipso iure. Fel.in c. rodulphus in 20. col. uersi. careat uiribus de præscript.

CARPENTVM est genus currus. in aut.ut ordi.præfec.& ibi gl.

CHARTVLARII iudices dicebantur olim illi qui ab Imperatore habebant potestatem iudicandi & illos solum qui ceram eis eligebant litigare poterant eligere sine consensu propriorum iudicium sicut traditur in glo.l. 1. ff. de iudiciis.

CARTOPHILACIVM est armarium uel locus in quo charte reseruant. Et dicitur a charta quod est instrumentum,uel scriptura,& phylace conseruare,quasi & cæ.ut not. in cap. 1.de proba. & cap.2.90.distinctio.

CHARTE appellatione uenit charta papiri, negant membranam l.chartis & ibi Bar.ff.de leg. 3.

CARTOPHILACIVM dicitur a charta, & phylace qd est seruare,quasi locus ubi seruantur charte. Alibi dicitur gazophylatium,& dicitur a gaza quod est diuitie & phylace, quasi locus ubi reponuntur diuitie, ut est tex. iuncta glo.in cap.2. 90. distinctio. & Panor. in c. 1.in glo.pe.de proba.

CHARTA seu instrumẽtũ seu rescriptum dicitur falsa seu falsum bene quatuordecim modis, ut not.in c.

in memoriam dist. 19. glo. uerb. fal am. Primo ex dicto uel tacito. Secũdo scripto. Tertio facto. Quarto sine testibus. Quinto per subscriptiones uarii manibus notatas. Sexto per alienũ sigillum dum proprium habeat. ut ibi.

CHARACTER proprie est signaculũ quoddam quo aliud insignitur, ut ordinetur in aliquem finem, sicut charactere insignitur denarius ad usum commutationis & milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Ad fruitionẽ glorie. Et ad hoc insignitur signaculo gratie. apoca. 7. Nolite nocere terræ & mari quoadusque signemus ser. &c. Secundo anima. fidelis deputatur ad recipiendũ uel trahendum aliis quæ pertinent ad cultum Dei, & ad hoc insignitur charactere sacramentali, id est signo indelebili anime impressio.

CHARACTER est ẽt ordo clericalis in anima fixus. unde ordinati etiã ab hæretico uel schismatico (dummodo in forma ecclesiæ) talem characterem recipiunt & ordinem, sed non ordinis executionem. cæ. conuenientibus. 1. q. 7.

CARENA dicitur a carentia hominum, uel cibariorum, nam per quadraginta dies ieiunant in pane & aqua. Et includuntur in aliquo secreto loco iuxta ecclesiam, ubi nõ habent consortium hominum, ut no. Ber. in c. accusasti de accusa. et simile no. glo. in c. 2. de spon.

CARCVRARII, scissorii, & atriarii idem sunt uidelicet serui uel custodes atrii.

CARDINALES dicti sunt a cardine, quia sicut ostium regitur a cardine sic per eos regitur ecclesia uniuersalis. 24. dist. præsbiteri. Dicuntur etiam, quandoque cardinales. i. principales, quia per eos debet officium in ecclesia regi.

CARDINALATVS ẽ de iure diuino, quia per sacerdotes leuiticos intelliguntur cardinales, ut in cap. per uenerabilem. qui filii sunt legiti. & ibi Abba. in 2. col. & idẽ Abb. & Hostien. in cap. ex gestis. de cleri. non resid. Barb. late in tractatu cardina. in 3. col.

CARNIFICARE ẽ carnes facere scilicet mactare. Inde carnifex, qui carnes facit & uendit. de app. significauit. Etiam homicide solent dici carnifices, ut glo. 4. in cle. i. de ui. & hone. cle.

CASELLE sunt granaria in quibus fructus componũtur. ff. de iudi. l. 1. dicitur quasi celluia granariorum alias grauorum.

CASTELLVS secũdum Alber. uel castellum, secundum alios dicitur secundum Spec. receptaculum quod aquam pulicam suscipit quæ ducitur ad aliquod prædium irrigandum, require infra interdictum de aqua cal. epu. ut ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. equissimum. Alias, id est castrũ ff. de leg. 2. l. titia. §. fi.

CASTRATVS caste natus. spado uero qui suis testiculis caret. glo. in l. sed & quæsitum. §. spadonem. ff. de liber. & posthu.

CASTRVM si uendatur, iuspatronatus, ei annexũ accedit. secus si uendo palatium ubi est ecclesia ubi habeo iuspatronatus. de hoc uide Inno. in c. ex literis. de iure pat. et Hostien. in sum. de iure patro. §. qualiter. 2. q. 7. accusatio.

CASITARE est minutatim uel minime stillare.

CASTRENSE peculium require. infra peculium.

CATHEDRA secundũ Hugonem est grecum, & ponitur pro excelsa sede iudicis præsidentis, & dicitur a catos.

catos.i.ſedes.& hedra ſponda. quaſi ſpondata ſedes. Et ponitur etiam pro ſe le doctoris, ita dicit gloſ. in cle.dudum, de ſepul.& allegat ibi grecıſimum, unde. Rex ſolium, doctor cathedram, iudexque tribunal.

CATHEDRATICUM eſt quod ſolui tur annuatim epiſcopo a ſuis clericis ſue dioceſis in ſignum ſubiectio nis uel obedientie, & etiam ſubſten tationis, & eſt duorum ſolidorum. ut 2.q.3.placuit.& de off.ordi.con. querente. Et dicitur cathedraticum quia ſoluitur ad honorem cathedre epiſcopalis. 10.q.3.c.i. Et nō de bet exigi ultra antiquum morē. ea. q.nec numerus. Per quod intelligitur ꝙ poteſt currere pręſcriptio in quantitate cathedratici c.olim, de cenſi.ſed tōtaliter non præſcribitur quin ſoluatur ſecundum no. Ioan. Teuto.16.q.7.quicunq. Et uide Archi.c.1.de præben.lib.6. ubi contrarium alleg. Guffre.& Hug.14.quæſtio.2.in prin.

CATHECIZARE eſt imbuere docere ſeu inſtruere uel benedicere. Inde cathecıſmus, nam ante baptiſmum inſtrui debent baptizandi in fide, & præcipue adulti. de conſecra. diſtinctio.4.ante. 22. ita not. in capit.per catheciſmum de cog. ſpiri. lib.6.

CATHECUMINUS inſtructus dicitur uel qui baptizari proponit, medio tempore ſymbolum Dei dicens 48. diſtin.§.i.c.quoniam multa.uel dicitur audiens eo quod doctrinā ante ualuas eccleſiæ audiat cum ſuſci pere uelit baptiſmum.

CATHOLICIANUS id eſt uniuerſali ter deſeruiens.ut C.de iudi.l.antep. & ult.& in aut.de iud §.hic qui cau ſas præparant et de defen.ciui.§.ex prouinciali.

CATILLUS eſt ſuperior pars mollen dini.ff.de fun.inſtrumen. leg. cum delanioni.

CASTRA metor, id eſt pono, figo, uel diuido caſtra.

CATHEDRALIS eccleſia, id eſt, epiſcopalis uel regularis collegiata, extra de elec.ne pro defectu.qui In no.& Hoſt.& uide Archid.de reſcri. cap.ſtatutum.ſuper uerb. cathedralibus.

CATHEGORICA propoſitio notatur.ff.de acquiren.re.domi.l.quæſi tum, in fi.& ibi in glo.

CATHOMUS eſt flagellum ex uirgis factum in modum ſcobe, & tali utitur religioſi in capitulis.

CAUPONA quomodo differt a taber na uide ff.de ri.nup.l. palam.

CAUTHERIA inſtrumenta ſunt inu ſtoria quibusbitum inationes et fer tiores queque conglutinationes co quuntur, & de his intellexit iuriſcon.in l. pictoris. ff.de.fun. inſtru. quod uis apud eum mendoſe legatur auteria, cauterius etiam utūtur medici in remediis quib.morbi alio quin inſanabiles inuruntur. Hinc il lud notum diui Hierony. prouerbium. Putride carnes ferro currantur & cauterio.

CAUTIO. hæc dictio ex proprio ſignificato ſignificat nudam promiſſionem ex qua inducitur firma obligatio. C.de uer.ſig.l. ſancimus, ut quis tenetur cauere de euictione, de uitiis, & morbis. Et intellige nudā a fideiuſſoribus, & pignorib. ſed non a ſtipulatione, nam aſtrictus cauere debet ſtipulatione cauere, ut obligatio ſit firma leg.pen. § docere.ff.ne quis eum qui in ius uoc. ut eximat. & de clericis non reſidem.c.relatum. Quandoq. ſignificat cū pignoribus, uel fideiuſſoribus qn̄ hoc aliud uerbū ei adiūctū declarat, ut mādaui ꝓcuratori ut re cipiat idoneā cautionē a debitore alias nō daret dilationē ibi cautio

præstatur cum tua domus ruinosa tio intelligitur cum fideiussoribus uel pignorib.l.si mandato. §. fi. ff. manda. Ratio significati sumitur ex uerbo idoneam, quod apponitur ut adeat & fortiorem cautionē exprimat qualis non esset per stipulationē solam. Item prætor ubi iubet pro collatione bonorū facienda recte caueri, ut l.1.§.iubet.ff. de collatio. bono. significat cum fideiussoribus uel pignoribus ut. §. caueri ea. l.& hoc ratione uerbi recte. Quandoque significat cum fideiussoribus & non cum pignoribus, quandoque cautio de procuratore exigitur.l.1. de procu. per l. prætorie. ff. de præto. stipu. & hæc est cautio prætoria requirens fideiussores est lege positiua prætoris præ allega. quæ est facta propter honestatē iudicii, ut enim prouisio legis aliquid operetur, & non inutilis fit. l. si quando.ff.de leg. 1.tunc, ex iusta causa quando debitor bona dilapidat iudex facere debet quod caueat creditori.

CAVTIO est generale nomē omnium securitatū quoties quis securus redditur de eo quod sibi promittitur, unde cautio priuata cū trino teste notata. Hoc ius est nacta qđ cautio publice facta. Et diuiditur in multas species quia alia est cautio hypothecaria, alia chirographia. Et possunt dici satisdationes etiā cautio dicitur charta in qua scribitur computatio. ut Luc.16. Accipe cautionē tuam &c.

Cautio rati danda est cum de mandato dubitatur. C.de proc.l.1. Et dicitur illa securitas quæ requiritur a procuratore actoris pro domino cuius nomine agit, ꝙ ratum habebit omne illud quod in iudiciū per illū factū fuerit, unde cauere de rato uel. satisdare est procuratorem actoris. promittere uelle perseuerare usque ad finem litis.

CAVTIO fideiussoria est quando interuenit fideiussor principali obligationi. Et dicitur satisdatio, & he sunt multe, ut de lite prosequenda iudicio sisti, iudicatum solui, & de rato.

CAVTIO fieri proprie interuentu dicitur quæ fit per fidem prættitam solennitate iuramenti.

CAVTIO iuratoria est quando com promisso iuramento firmatur, ut quando iuro solenniter me debere aliquid, uel impleturum promitto.

CAVTIO nudo pacto est cum aliquis fidem tantam habet de me qđ cōtētus sit nuda promissione mea. Et hoc ꝓprie dicitur pollicitatio uel pollicita conuentio. Vnde uere & proprie dicitur satisdatio, & satisfactio dici po est. Sed satisdatio proprie est cū duo paciscētes duas scripturas suo eadē forma uerborū inter se conficiūt & mutuo tradūt & pollicitatio & satisdatio cautele dici possunt proprie loquendo.

CAVTIO ignoratiua siue hypothecaria est cum pignus traditur, aut hypotheca supportatur, & dicitur etiā satisdatio.

CAVTIO de euictione dicitur quando securitas præstanda uel prestita, emptoria uenditore fit sub conditione ut si ab eo euincatur. uenditor restituat æstimationem uel in duplum, uel in simplū, prout inter eos prius conuentum est.

CAVTIONVM aūt alie multe possunt esse species, prout ad diuersas materias applicantur. uide Spec. intra.l.ti.de pig. §. sequitur ubi quasdam alias speties cautionum prosequitur.

CAVTIO de damno infecto est quæ ruinam minatur domui mee, uel etiam

etiam præstatur secundum quosdã cum timeo ꝙ aliquis mihi insidietur, quia possum agere ut mihi præstet cautionem ne meo offendat.

CAVTIO de opere demoliẽdo quam præstat ille quandoque cui nuntiatur opus nouum scilicet ꝙ ipsum opus demoliatur si constiterit eum iniuste edificasse.

CAVTIO de usufructu, in qua de duobus cauetur. s. ꝙ usufructuarius re non male utatur, & ꝙ et usufructu finito restituat quod ex re ipsa super extat.

CAVTIO qua hæres cauet ipsi legatario cum hæres dat fideiussores legatario de legato præstando.

CAVTIO qua legatarius cauet hæredi, illa qua legatarius satisdat hæredi, si falcidia locum habeat, quod amplius nomine legatari recipit quam ratio legis falcidie pati tur, id est hæredi restituat.

CAVTIO arrogatorum qua arrogator stipulator seruo publico ꝙ restituat arrogato quæ ab eo habuit uel eis ad quos peruenuta sint & ꝙ dabit sibi quartam partem de bonis suis si eum sine causa emãcipauerit seu exhæredauerit.

CAVTIO qua cauetur ei cui restitutio fieri debet, ꝑ quã rogatur restituere bona alicuius si sine liberis decesserit, quicquid post mortem de hæreditate extrahit cogitur cauere illi cui debet fieri restitutio ꝙ ser. uabit ei quartam partem.

CAVTIO mutiana a mutio iuriscõsul to dicta est, & habet fieri in consul tọ dicta est, & habet fieri in ultimis uolũtatibus ut communiter secundũ doct. non in contractibus, & fit in conditionibus negatiuis puta sic dicẽdo. Si titius capitoliũ non alcẽ derit si seruum non manumiserit lego ei 10. l. muriane cautionis. ff. de condi. & demon.

CAVTELA est diminutiuum a cautione & tñ quandoque superabundantiam importat ut cum dicitur abundans cautela non nocet. l. testamento. in fi. C. de testam. Quinque quæ propter cautelam fiunt no. Archi. l. dist. presbiteros. Inde. cautelosus. i. prouidus circumspectus uel plenus cautelis.

CAVPO quid sit. patet infra de dictione stipularii. in fine.

CATVLVS. i. sapiens media producta, sed media breui est animal. unde. Est animal catulus fruitur ratione catulus.

CAVILLATIO ẽ quando ab euidẽter ueris trãsitur ad euidenter falsa ꝑ quandã uerborũ inuolutionem uel sophisticam. c. uenerabilis.

CAVSA est quo aliquid producitur ut pater est causa filii, & contractus causa obligationis. l. an eam. §. actiones ff. de exceptio, rei iud. Item causa est finis ex quo impulsio datur faciende dispositioni & i. a sumitur in tit. de condi. & demon. & causis & modis earũ. ubi patet, quod causa differat a modo, qui est de futuro & a conditione, quæ est de futuro, & suspendit ẽt a demonstratione quæ tantum declarat rem uel personam, uerbi gratia. Patronus potest compellere libertam ut nubat, ut ciuitates repleantur. Iste finis ut ciuitates repleantur est eam condende legis, ideo dicitur quod cessante causa, cessat lex, ut l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. Et utimur promiscue illis uerbis cessante cã legis, uel cessante rõne legis differũt tñ. causa & ratio, quia ratio est oculus cordis discernens rem per medium. Sed causa est quod in facto accidit, per quod ratio descernit quid iuris, dicitur etiam causa efficiens. i. conditor legis in contractibus con

trahēdis. Causa materialis in legibus est materia, de qua in illis disponitur. Et cā formalis est modus tractādi formā contrahendi uel disponendi, quæ additur contractui uel dispositioni. Dicitur ēt cā instrumētalis, ut est instrumentū artificis. Et breuiter quicquid ad esse alicuius rei concurrit, causa dicitur aliter & aliter tamē. Et significat cā p dictionē si, dicēdo dono. uel lego illi si negotia mea gesserit. l. demonstratio. §. 1. ff. de cōd. le. demōstratio. Itē per dictionē quia. insti. de le. §. longe magnis. Et dictionē qm. nā exponitur per quia significāt cā in dictionibus illatiuis, ut dicendo. Titius negotia mea gesserit, iō uel idcirco sibi lego. Itē in dictione cū, ut dicēdo, cū Titius negotia mea gesserit l. sibi &c. Etiā in dictione siue, ut siue Titius negotia mea gesserit siue, aduocatus fuerit &c. Itē in præpositione pro, ut tibi lego uineas pro alimētis in fi. §. 1. ff. de al & cib. le. Vnde sensus est ꝙ ex cā alimentorū lego uineas. Item significatur cā per dictione nomine, ut dicēdo lego uxori. 11. nomine dotis. l. cū quidam uxori. ff. de lega. 2. Cā dicitur a casu quo uenit. nā casus est materia & origo negotii nedū discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur cā est, dum discutitur iudicium, cū distinguitur iustitia e. forus. de uerb. sig. ubi Bert. dicit in glo. Cā est res indicendo posita cū interpositione certarū personarū, factoris, rei indicis & testis, & dicitur a casu, quia casualiter occurrit præter hominū uoluntatem. Et differunt cā & actio nam cā est negotiū uel contractus ex quo quis mouetur ad petēdum uel litigandum ut est, uenditio uel obliquo & est cā pxime obligatio nis quæ obligatio parit actionem cum obligatio mater sit actionis. Et duplex causa scilicet proxima & remota quæ differunt in actione reali, & personali, nam in personali remota est ipsum factum. proxima est ipsa obligatio, & in personalis non sufficit exprimere causam proximam, dicendo, ago contra te, quia obligaris mihi in 10. sed oportet exprimere causam remotam, ut dicendo conuenio te, quia mutuauit tibi 10. In reali proxima causa est dominium. Sed remota ex est, qua consequitur quis dominium, & non est necesse exprimere remotam, ut dicendo ago contra te, quia emi domum a Bernardo, sed sufficit exprimere proximam causam, dicendo ago contra te, quia sum dominus domus. illius. & hæc not. in gloss. & per docto. in c. dilecti filii. de iudi. De diuersis speciebus causarum uide bonam gloss. 11. q. 1. in summa. Est enim quædam causa spiritualis uel annexa, spirituali, ut illa quæ fit de iure patronatus, quædam ciuilis ut cum agitur super rei uenditio. in causa pecuniaria, quidam criminalis ut cum agitur directe de crimine quedam mixta, ut cum agitur de crimine ciuiliter, ut de adulterio ad separationem thori. In his tribus ultimis casibus iuratur de calumnia, in primo non iuratur de calumnia, sed tantum de ueritate dicenda.

CAVSE criminales dicūtur in quibus agitur ad uindictam, siue ad pœnā, & hoc ēt dr̄ quandoq. agi criminaliter quando agitur ad pœnam per modum inquisitionis denuntiationis, uel ad interesse partis per uiam accusationis.

CAVSA minima est duorū aureorū uel decem aureorum uel quinquaginta sollidorum, uel illa quæ non suffi-

sufficit ad sumptus iudiciale.

CAVSA autem argumento scilicet naturalis rationis constat. aut probatione testium uel tabularum & instrumentorum.c.fortius. de uerb. sig. Facit enim probationem confessio.ut ibidem not.in l.1.

CAVSE fauorabiles sunt quatuor.s. de libertate mrimonio,dote & testamento.c. duob. de re iudi. & de causa no. Panor. in cle. dudũ de sepul. super uerbo causis.& Io.an.in c. cũ dilecti de accu.

CAVSOR causaris.i.conqueror.

DE C ANTE E.

CECITAS morb.est ut.ff. de edil. edict.l.1.& Aed.sciendum.

CECVS dicitur qui superne contemplationis lucé ignorat.49.dist.hinc. Quandoque exponitur cecus. id est indoctus & talis non est ordinandus 49.dist.c.fi.

CEDENDARVM actionum beneficium est per quod postulare possum fideiussores,& alii qui obligati sunt in una obligatione sibi cedi in alia contra fideiussores & alios in quibus sunt obligati alioquin nisi cedatur eis possunt recusare solutiones,ut inst.de satisd. §. si auté & C. de solu. l.stichum uel pamphilum. §. pe. De hoc uide in spe.tit.de renun. §. finitis, postremo dicẽdum. De beneficiis & aliis require ibidem. §. parum autem. uersi.& nota.& uide infra in uerbo renuntiatio.

CEDA idem est ꝙ charta, inde cedula parua carta.

CEDERE bonis est uniuersitate bonorum suorum recedere & eis ab renuntiare, ueluti quando aliquis oneratus debitis uel obligatus pluria.non habens unde soluat ut satisfaciat omnibus creditorib. abrenuntiat bonis suis uniuersis, cedens illis, uide infra cessio. Etiam cedere est uendere. l. si dubitanter ff. de fide instru. & hoc nota pro statutis. Et cedens bonis non liberatur a ciuili obligatione.l.qui bonis.ff.de ces. bo. ubi notat Accur.licet contrarium tenueris gl..& male.in l. ubicunq. ff. de fideius. Item non auditur debitor fisci uel reipub. uolens cedere bonis secundũ Barto.in l. is qui. ff. de cessio.bon. quamuis uidentur tenere oppositum in l. 3.iuncta gl. C. de ces. bo. & beneficio cessionis renuntiari nõ potest secundum Bar.l. alia. §. eleganter.ff.sol.mat.licet Cyn. uideatur tenere contrarium in l. 1. C. qui bon. cede. poss. Et bonis cedi potest,non tantum in iure,sed etiã contra ius, & sufficit per nuntium & per epistolam rid declarari.l. fi.ff. de cessio bono.

CEDERE actioni est ius actionis mihi competentis in alium transferre,& ipsum quasi in locum meum ponere, ita ut dicta actione posis uti aduersus eos contra quos actio talis poterat intentari.

CEDERE diem est incipere diem debiti ut si mihi promiseris cétum si Titius factus fuerit consul, uel episcopus, uel si nauis ex asia uenerit cum he conditiones extiterint, tunc dicitur dies obligationis cedere,uel diem cedere debiti, est pecuniam incipere deberi, ut si debes mihi centum in festo. Ioannis Baptistæ. ad uenientem festo dicitur uenire dies debiti. l. credere diem. ff. de uerb.sig.

CELERITER id est sumarie. Bart. in l.si quis.C.depo.

CELICOLE dicũtur illi q celum uel planetas celi. i. solem & lunam & stellas quasi Deum colũt. Et hi licet christiani sint uel non tamen

 non

non sunt tenendi in plena ueneratione christianorum, sed nec ceterorum hæreticorum pœnas pati debent secundum leges. ut C.de iudi. & celi.l.celicolarum & quasi per totum titu.

CELVM i. celestis altitudo imperii, uel expone aliter ut no. C. de sum. tri.l. ult. in prin. super uer. celum. Vel celum. idest uniuersalis ecclesia.extra de maio.& obe.cap.solite. Vel celum.i.aer. ff. de usufruc.l. si cuius.§.inde quæsitum.

CELLA a celando id est, occultando dicitur.c. priuilegium. de uerb. signi.in glo.5.

CELERES dicitur esse ille qui nō uult contra hære.matrimonium. Et hic secundum Azo.forte orbus dicebatur quia sine matrimonio & sine liberis erat. Et illi olim non poterant causa mortis donare, quod hodie per leges corrigitur, ut patet. C. de infirmandis penis celibatus & orbitatis. Dicitur autē celebs quasi celo beatus, quia talis est secundum Isido. qualis sunt lumina in celo quæ absque connubiis sunt.

CELIBATVS uenit inde,& est status uel modus permanendi seu uiuendi sine coniugio. Vnde prout dicunt theologi,celibatus Ioannis.i.uirginitas uel castitas nō præferebatur coniugio Abrahe.

CEMENTARII dicuntur operatores murorum idem quod latomi, quia mentor calcis & arene utuntur.

CENACVLVM est locus aptus ad cenandum uel comedendū in quo quis magis de die quam de nocte solet residere causa refrigerii.

CENOTAPHIVM est inane sepulchrū.i.monumentum, siue corpore,quod constat ad memoriā defuncti, hunc autem locum placet esse religiosum sicut in ea re testis est Virgilius. Sed duo fratres Ant. & Seue. contrarium scripserunt, quorum sententia præualet, ut. ff. de re.diui.l.in tantum.§.fi.

CENOMIVM est locus religiosorū. & dicitur a cenon idest a cōmune, quia ibi omnia debent esse communia.c.cum dilectus. de consue.

CENSERE est iudicare,iudicium constituere,præcipere.ut no. Io. An.in uerbi censemus in cle. 1. de concess. præb. ff. de uerb. sig. l. censeri. Inde nomen censorio sumptum est. Prædia etiam dicuntur censeri quia censum præbent. Etiam censeri est in censura conscribi, ut C. in quibus cau.pig.taci.contra.l.1.

CENSORES a censuris. i. pecuniæ sunt dicti, quia censum tollūt.cum enim auctus esset census in urbe Romana adeo ut consules non sufficerent,constituti sunt censores & censoris nomen inde uel esse tractum, quia senatum aliquid censuisse dicimus l. censeri præalleg. Item censor est iudex. Inde censura id est iudicium, & per censuram ecclesiasticam significatur interdictum,suspensio & excommunicatio cap. quærenti. de uerb. sign. Etiam censores Romanos procuratores dicimus.

CENSITI dicuntur qui censentur. i. censum præbent require, supra agricole & censiti.1.colonus.

CENSVS tributum, & pensio publica idem ut C.in qui.cau.pig. ta.contra. l. 1. & C. si propter pensionem publicani. l. si accipitur. Vnde census idem est quod pensio quę solui tur de prouentibus.

CENSITOR est qui recipit præsentationes collectorum coloni, & pignoris iure uendit prædium si census non soluit, ut. ff. de censi.forma.§.illa.l.cum possessor.§.cū pro pecunia.

Cen.

CENSVRA ecclesiastica quid sit, uide extra de sepul. c. ulti. & ut lit. non contesta. c. tue. Item quid importet uide extra de uerb. sig. c. quærenti. in cle. de iudi. cap. 2. de foro compe. c. 1.

CEnodoxa est uana & mundi gloria.

CENTENARII dicuntur duces uel magistri centenum militum, quorũ potestas dicitur centena.

CENTVRIO præest centum. C. de inoffi. testa. lege de inofficioso & ibi. not. & de mili. te. l. ex militibus, & ibi in glo. & de uulg. & pupil. sub sti. l. centurio.

CERDO dicitur uilis homo qui artes exercet illiberales quodlibet lucrum sectans, cerdo enim græce, lucrum latine dicitur. de eo meminit iureconsul. in l. cerdonem. ff. de oper. nuntia.

C E S S I O est iuris & actionis trãslatio, nam per cessionem iura & actiones in eum cui cessit, transferũtur, quia sicut in uenditione uel quolibet titulo alienationis rei corporali necessaria est traditio quantum ad domini translationẽ, ita ad translationẽ rei incorporalis scilicet iuris et actionis utimur cessione, quæ reputatur pro traditione. item cessio secundum Isid. lib. 6. etymo. proprie est rei concessio, sicut est ille Ruth. 4 Cedo iure propinquitas. Nam cedere dicimus quasi concedere, utpote ea quæ propria sunt, nam aliena non concedimus sed restituimus. Cedere etiam proprie dicitur qui contra ueritatem alteri consentit, ut Cice. Cessit emisisse auctoritate uiri, id est potius paruit. Et est sciendum q̃ in instrumento cessionis dicitur quod cedens eum cui cedit, constituit procuratorem in rem suam. Ad cuius euidentiam notandum. Si cum titio ex mutuo contraxisti, tibi competit contra eum actio directa & personalis, quia eũ eo in tua persona contraxisti. Tibi etiam competit actio utilis, quã utiliter & cum effectu debitum ipsum tanquam rem tuam prosequeris. Si autem mihi iure & actiones contra debitorem tuum ex causa uenditionis uel ex alia commiseris, transfertur in me utilis actio qua uti possum ad ipsum debitum tuum tanquam meum, exequendam. Directa uero & personalis remanet apud te cum a te cessio nem non potuerit separari etiam si uelis adeo tibi ad hæret. ff. pro so cio l. 1. Et sic patet quod in directa actione & personali sum procurator tuus, quia aliter non poteram, uti, licet enim directa non possit cedi, potest tamen mandari eius exercitium. Et nota quod cessio actionem præsumitur simulata ex trib. quæ notas Accur. in l. 12 & pe. C. de man. & ibi do. & cõ. de alie. mu. iud. cau. fa. Item sunt sex causæ propter quas episcopus potest cedenti sententiam postulare. s. conscientia criminis, debilitas corporis. defectus scientie malitia plebis graue scandalum, & irregularitas personæ. De crimine de renũcia. nisi cum pridẽ. circa princ. & per totum tit unde. Crimen debilitas defectus plebs mala cogit reddere prælatũ, simul addas san dala fratrũ. Adde prædictis si quis sit regularis. c. 1. de renuncia. in gl.

CESSIONARIVS dicitur ille in quẽ trãsfusa est obligatio uel nomẽ, & debet certiorare debitorem quod nomen eius in ipsum transfusum sit ipsum, notificando, uel ostendendo instrumentum & legendo, & copiam si uelit habere dando. ut l. nomen quæres pigno. obliga. pos. C. alia alteri soluere posset debitum

bitum, non credens se obligatum cessionaria.l.1.§.1.ff.de no.oper.nũ tiatio.& l.1.C.de obli.& actio. per Barto.

CERIMONIA est ritus sacrificandi. Dicũtur. n.cerimonie sacrificia & solennitates iudæorum, quæ cereis exercebantur, & sic in ueteri testamẽ tõ peccata purgabantur.

CERIMONIALIA præcepta sunt quæ ad cultum Dei pertinent, de quibus ratio reddi non potest secũdum Iõ. theuto. dist. 6. §. his ita respondet quia ad literam fuerunt mandata, ut non arabis in boue & asino, non induces uestem lino lanaq.contextam,& non seres agrum diuerso semine. Sunt enim tres duplicitates prohibitæ, scilicet in corde in ore.& in opere.

CEROFERARII acolyti sunt.21.dist. cleticos 32.distinc.si quis post §.de seruientes.

CESAR fuit primũ nomẽ proprium Iulii Imperatoris, a quo postea oẽs Imperatores dicti sunt Cesares.

CESONIVS. est puer scissus ab utero matris.Inde ceser,quia cesus eo uentre matris,ut per gl.in rub.iusti. in uerbo cesar.

CERTARE. i. pugnare,quasi certũ se dices habere, quod sic etiã disputando. C. de posthu.hære.insti.l.quod certarum.deleg.cum quidam.

CERTATORES & dicuntur monachi. in aut.de mona. §.cogitandum.

CERTVM dicuntur non dubium, unde procurator debet esse certus. ff. de procur.l. 2. Item arbiter certus debet esse.ff.de arb.l.item si unus.§. si duo.Similiter tutor debet esse certus.ff.de testamen. tut. l. tutor incertus.& l. duo sunt titii. ut tenet Vber.de bobio.c.1. de procura. lib. 6.in glo.

CERTI condictio competit ex omni obligatione & est omni causa ex qua aliquid certum & determinatum petitur siue ex cõtractu siue ex causa legati, siue ex suo nomine, siue obligetur hæreditario & sunt due certi conditiones. una generalis in omni contractu ubi certum petitur alia specialis in contractu mutui. Et licet nulla lex hoc manifeste dicat, potest tamen elici ex tex. inst. qui mo.re contra. obl.§.1. in fi.ibi ex eo contractu. s. mutui nascitur certi conditio, qua si pronomen eo demonstret specialitatem in mutuo, etiam in simili licet solum una bonorum possessio nominetur, communiter tamen sunt due, una generalis, alia specialis. Possẽt ẽt probari ex rub. ff. de re. cre. & si cer. pe. & de condi. Quæ rubrica habet tres partes ubi in secunda tangitur certi cõdictio specialis, & est gl. insti.§.præall.similis glos. in l. certi condictio. in ptin. ff. si cer.pet.& in l.1.in prin. ff.de triticaria. &c.Contrarium notauit catho de saxis.in l.1.C.qui ad mit. ad bon. po.super rub.Nam bene datur aliqua bonor.possesio in generali,sed nulla generalis, & sic deest certi cõditio sicut per Arist. datur.animal in genere, nullũ tñ reperitur animal generale qđ omnibus participet anima lib. Et nota ꝙ in libello,nõ procedit certi conditio generalis, quia non instruitur aduersarius an debeat contendere an liti cedere,dicendo, re conuenio quia ad certum mihi teneris.

CERVISIA uini appellatione nõ continetur.ff. de uino & oleo legato.l. si quis uinum.

CETVS, uide. ff. ad l. Iul.de ui. l.qui cetu. & in clemen. de electio, cap. hi qui. Et quid sit cetus, & unde dicatur, unde xv distinctio. canones. in fine. Item quos homines faciant cetum .uide Bar.

Bar.in l.prætor.ff.ui.bo.cap.

CETERVM no. Io. cal. in commento decre. uestra. de coha.cler. & mul. Pau. in commento decre. nobis. de iur. patro.

CETERA, hæc dictio habet importare in contractu ea quæ ueniunt, quę sunt de natura ipsius contractus hoc est de consuetudine, ut not. in l.si duo patroni. §. si quis intrauerit. ff. de iureiuran. & de hoc interũt doct.quòd si in protocollis alicuius notarii inueniantur hæc uerba &c. quod intelligantur ea uenisse in contractu quæ de natura uel de consuetudine eius sunt, ut dicit Bal.ꝙ per uerbum cetera nunquam intelligitur ut ueniat promissio cum pœna.Ratio, quia pęna dr̃ esse quid extrinsecum ab ipso contractu ideo non intelligitur uenire nisi expresse appareat. ar. his quæ not.i. l.sciendum. ff.de uerbo. ob. & l.2.C.de fal. si tamen secundum. Bal. contractus esset conceptus ad consilium sapientis, & in ipso uerbum &c.reperiretur, nunc bene posset apponi pœna in hoc contra, & hoc operatur appositio illa,ut consilium sapientis dicat istũ contractum iuxta no. in l. aperte. ff. de uer. ob. Et no.ꝙ dictio & cetera duplici modo scripta reperitur,& scd̃m hoc dupliciter profertur. Vno modo ponitur indeterminare in fi.orationis sic quod non regitur ab aliquo uerbo, & tunc debet scribi breuiter ut sic &c. Secundo mõ ponitur determinate sic qđ refertur ad uerbum in oratione positum a quo regitur, & debet scribi longe pro duab.dictionib.ut sic &c. Sic etiã ꝓfertur breuiter & lõgius & utroq. modo signat prout uerba ꝑcedentia uel aliud medium significare declarat. Nam breuiter &c. significat illud quod deficit, & supplet uerba deficientia, ut in l. gallus. uersi.credendum.ff.de lib.& posthu.ubi testator dicit. Si me uiuo nepos decedat, tunc qui pronepos &c. credendum est gallũ de nostasse idem de ꝓnepote. Et sic dictio &c.supplet ibi uerba scd̃m quæ pro nepos potest substitui, quæ sunt in prin.illius.l. ut gallus introduxit. Item si præcedit instrumentũ extensum locationis unius domus factæ uni, & sequitur instrumẽtum abbreuiatum emptionis alterius domus factæ eidem, dictio &c. significat clausulas in præcedenti positas q̃ huic locationi sunt applicabile, qa præcedentia declarant sequentia.l.si seruus plurium. ff. de leg. 1. Item quia in habentibus symbolũ facilior est transitus. l. in rem.§.itẽ quæcũque.ff.de rei uen.Contractus aũt emptionis & locationis sunt si miles. l. 1.ff.loc.Et sciendum quod notarius quando notam positã breuiter in protocollo redigere uult ad instrumentum publicum tunc significata per dictionem &c. debet extense scribere, quia scit quod actum est,& quid per hãc dictionem intellegit tanquam testis ibi contentorum,quia dispositionem contrahentium recepit, ergo mortuo primo notario post ꝓtocollũ antequam redigeret illud in plublicũ instrumentũ secundus notarius nõ debet significata ꝑ dictionẽ &c. in ꝓtocollo positam extendere nisi quã tũ ibi sunt extensa.l.cõtractũ. C.de fid. inst.Sed talis no.protocolli legenda est parib. coram testib.& illis exponentib. uerbũ &c.debet notarius secundus super hoc requisitus expositionẽ illorum redigere in publicum instrumentũ extẽsũ.alias iudex debet arbitrari ex præcedentib. & sequentibus & coniecturari quid per uerbum &c. significetur, l.si ser-

l. si seruus plurium §. i. ff. de leg. i. & l. uoluntatis. C. de fideic. Secundo sumitur &c. prout longe ponitur & significat alia præter ea quæ enumerata sunt. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. ubi dicitur quod milites de domo fenestras &c. sustulerunt. Item ibi. hære, qui compulsus adit, sicut cæteris commodis caret, ita hoc commodo quod non potest detrahere quartam l. namque §. qui compulsus. ff. ad Treb. ubi dictio &c. regitur a uerbis sustulerunt & caret.

CIBARIA sunt panis grossus, caseus, faba, cepe, & similia secundum gl. in l. seruus urbanus. in uer. ex libellis. iuncta seq. ff. de leg. 3.

DE C. ANTE I.

CICERA est omne quod bibitur. 23. q. 2. admonere circa medium in prin.

CICATRIX dr, quæ uulnű excecat uel deturpat, & post sanatum uulnus remanet Bar. in l. si quis in metallum. C. de pe.

CIRCVITORES dicuntur qui circumeunt uel circundat patrias a nundinis a d nundinas deferentes res uenales. Et dicuntur alio nomine circummeatores.

CIRCVMFORANEVS secundű Isid. li. 10. dicitur qui ad modű rote circumferatur.

CIRCVMSEPTVS est circűdatus, uel undiq. cinctus, ut no. in prohe. cle.

CIRCVMDVCERE literă est eam circumducta linea dănare, & sic differt a cancellare, & suppunctare.

CEMITERIVM est locus solenniter per episcopum benedictus. de consec. dist. i. nemo dicitur a cemos, i. dulce & steron storio, quasi dulcis statio.

CHIROGRAPHVM est cű duo paciscentes duas scripturas sub eadem forma uerborum inter se conficiűt & mutuo sibi tradunt, uel dicitur instrumentum, seu illa litera in qua debitor cőfitetur se esse obligatum creditori, idem quod antepocha & chirographa, dum ueniunt nomen, siue corpus uenisse uidetur. l. si seruum filii. §. eum qui chirographum ff. de leg. i.

CIRCVNSTANTIA alicuius loci intelligitur p 30 pedes, ut dicit Bart. in l. item apud labeonem. §. conuitium. ff. de iniu.

CHILIARCA est princeps super mille homines.

CILIVM est parua pellicula in oculo quæ dicitur lachrymale.

CIMILIARCHIVM locus est ubi reponitur thesaurus. C. de bo. auto. iu. pos. l. fi. §. sin autem. & de agric. & cẽ si. l. litibus. §. sin autem.

CIMIARCHA. i. custos uasorű, & aliarű ecclesiæ. C. de sac. san. eccl. l. iubemus. in gloss. quasi procuratori &c. ea quæ extra de offic. archid.

CINGVLVM qñque exponitur, id est administrationem in authen. ut liceat ma. & aue. §. quia uero quidă, & C. de dig. or. ser. l. 2. libr. 12. de meta. l. omnes. Quandoque cingulum ponitur per ense, uel pro titulo dignitatis. in auth. ut omnes obe. iud. prouin. §. arripiat. & C. de præp. sac. cub. l. ult. li. 12.

CIRCA est significationis restrictiue non autem amplatiue, ut in l. Rutilia polla. ff. de contr. empt. & hoc no. pro statutis. Et quid dictio circa operetur in teste. Vide Bart. in l. celsus. ff. de usuca. Et circa pertinet ad tempus circum ad locum circiter ad numerum.

CIRCVNSCRIPTIO quid sit Bar. in authen. ex causa. C. de lib. præ.

CITATIO est in ius uocatio, uel inuitatio cum quis de aliquo conqueritur, & quærimonia sua coram iudice deposita iudex emissio citationis

nis edicto, ad eius instantiam uocat, uel minat illum ad se, in quem agere desiderat qui comquestus est. Si uero in edicto iudex, uel prætor adiciat hanc clausulam, si in die præscripto non ueneris quasi contumax & condemnaberis uel reputaberis, tunc edictum olim dicebatur peremptorium. Hodie autem sufficit quod dicatur. Citamus talem peremptorie, & est quadruplex modus citandi secundũ. Guil. de mon.lau. Primus per nuntium literis citatoriis. Secundus per præconem. Tertius per edictum. cle.i. de iudi. Quartus fit ex iuris dispositione. Item quædam citatio fit ad monitionem iudicis. cap. consuluit. de offi. delega. Item quædam est uerbalis, quædam realis, ut l actualis ducendo ad iudicem. Item citationis sunt tre actus. Primus est impositio, cum iudex imponit nuntio, ut citetur reus. Secundus manifestatio, cum nuncius denuntiat citatio, ut ueniat. Tertius relatio, cum nuntius refert iudici talem in tali loco citasse, additur etiã quartus. s. comparatio citati, & quando citatus teneatur comparere, & si non comparet mulctetur, not. per doct. in c. præterea. de dila. Et de illis actibus in c. fin. de feriis. Et no. quod citatio est de iur. natural. ut. in clem. pastoralis. de re iudi. Et citatus ad locum morbosum, seu ubi aer est pestilentialis, uel corruptus, non tenetur ire cum saluti hominum sit ratio adhibenda. l. recusare §. si quis in uno. ff. ad Treb. & ibi per doct. Nec citatus peremptorie potest dici contumax ante libelli oblationem. l. si finita. §. si plures ff. de dam. infec.

CITO aduerbiũ. i. intra 20. dies in authen. de mand. principis. §. sed & suscipientes.

CITRA qñque ponitur pro preter. de cal. l. ult. de pact. l. pacisci. & de mino. l. uerũ. §. ex pacto. qñque habes effectum priuationis uel negationis. ff. fa. ercis. l. si filia. §. Papin. Quãdoque ponitur pro sine. in aut. iu. sine quoquo suffr. §. quod autem a nobis. Quandoque exponitur citra quam. i. aliterquam. in aut. iusiu. quod præst. ab his. §. iuro quoque exponitur citra. i. contra. ff. de noua l. seruus. Aliquando i. ante extra de testi. c. dilecto.

CIVITAS dicitur quasi ciuium unitas, & murorũ ambitu terminatur de sen. excom. si ciuitas cuius appellatione etiam comprehenduntur burgenses. ff. de uerbo. sig. l. 2. Item ciuitatis appellatione comprehenduntur mille passus a muro ciuitatis. ff. eo. titu l. mille. &. ff. de pœ. l. ꝙ liquide. § si ita legitur. Item comprehenduntur orti. argu. ff. de pro. cu. l. præsens. Item ciuitatis nomine non comprehendũtur diocefes. nec econtra, uocatur autem proprie ciuitas quæ habet episcopum ut 85. dist. in illis.

CIVILIS actio require supra actio.

CIVILE debitum. uide in glo. i. in fi. de sol. Et qñque ciuile, idẽ est ꝙ urbanum & elegans, ut in gl. in l. ciuile est. C. de fur. Sic in ciuile, in urbanum uel indecens. l. in ciuile. ff. de legi. ubi dicitur, in ciuile est respondere. l. tota non inspecta.

CIVIS est natus in ciuitate. l. ciues. ff. de app. ubi glo. Sed quid de natis in comitatu. Dicitur in autentico quib. mo. na. effi. sui. §. si uero neq; ciues col. 7. & ibi per Iacobum de Belui. mouetur questio de rege concedente priuilegium ciuitatibus, & ciuibus regni.

CIVIVM appellatione ueniunt nõ solũ illi de comitatu, sed etiã illi de territorio. Felyn. in c. Rodulphus, 9. col.

9.col.uer. quarta conclusio. Adde quod ciuium appellatione ueniunt illi qui sunt de ciuitate, diocesi uel comitatu in rub.ff. solu. matrimo. licet glos. aliter sentiat in d.c. Rodulphus.Barto.in l.i.ff.ad mu.adde quod Bart.in l.3.C.de natu.lib. dicit ibi per illum tex. quod ille qui ex uico est,fortitur originem ex ipsa ciuita.cui subest uicus, & an repræsalie concessæ contra ciues comprehendat conciuitatenses.Bal.in l. fi.ubi alii.ff.de offi.procon.

CISTERNA est locus in quo congregantur aquæ pluuiales.& ibi collectiue usui reseruantur, alii ponunt cistellam pro eodem.

DE C ANTE. L

CLAM posſidere.i.occulte posſidere.

CLAMYS est uestis militum purpura regum, stola sacerdotum, toga aduocatorum,birus rusticorũ, uel custodum,cucula monacorum, ut C.de uesti. holoc.& aura.libr. 11. & c.qui mit.non poss.leg.si clarissimi.prout not. Azo.in summ. C.de offic.præfe.prætor. Apud imperatorem erant in triplici gradu,quia alii erant maiores, & hi uocabantur illustres sicut præfectus prætorio orientis, item aphricæ, item urbis Romanæ. Alii erant minores,& hi uocabantur clarissimi puta præsides.Alii medii,& inter illos erant spectabiles,ut proconsules & præfectus egypti, qui etiam dicuntur augustales.

CLANDESTINVM coniugium est de specta personarum præsentia,uel iuris solennitate, uel denunciatione non præmissa sine sacerdotis benedictione occultum matrimonium.

CLANDESTINA electio dicitur quæ in cameris per occulta conuenticula fit uel illam quam canonici inter se secretam tenet.

CLARISSIMATVS est dignitas.C.de prox.sa.sacri.leg. pecuniarie. Aliquando accipitur pro consulatu.C.de eque.dign. leg.i. Et ibi not.& de dome.& protect.leg.2.libro.12.

CLARISSIMVS dr̃ etiam qui est spectabilis,eo ꝙ claram habeat dignitatem.C.de prin.agen.in re.l.fi.

CLASSIS.i.nauis inde clasicus.i. numerus classatorum. i. nauium ad bellandum.Et qui censetur uel uoluerit se huic ministerio deputare, dicebatur incensitus, ut.C. de clasſi.lib.11.

CLAVSTRVM dicitur quasi claudẽs siue castrans, idest priuans habitãtes in eis ne euagentur.7. quæ.prima.§.ult.& not.per Arch. de statu. regu.cap.uno.§.uerum lib. 6.super uerbo more. est locus religiosus. extra de consti.c.2.in princip. Aliquando claustrum dicitur instrumentum ad claudendum domum. uel partem eius.ff.de actio.empto. l.fundi.

CLIENS dr̃ ille cuius causam aduocatus tuetur,& defendit. Inde clientulus diminutiuum, & idem est secundum Isid. Vel dicitur quasi colens acolendis patronis, Vnde solent peruersi aduocati dicere suis clientulis. Si uerum responderis, causam perdes,sed non dicunt si falsum responderis,regnum dei perdes & cum in iusta sententia dannationem acquires,ut est glos. magistra. in c.i.de confes.

CLIVI appellantur fosse terrestres ꝑ girum.ff.de seruit.urba.præd.l.seruitutes.§.si domo.

CLERICA dicitur corona clericorum rasa,ut no.Io. And. de ui.& hone. cle.clerici.

CLEROS grece est sors latine, uel hæreditas.Sunt ergo dicti clerici,quia de sorte domini sunt.21. distin.cleros.ubi ponuntur noia omnium graduum

um in ecclesia Christi deseruiē-
im. Et appellatione clericorum
ſam intelliguntur monachi, licet
on econtra. quia sunt etiam electi
sortem domini. 12.q.1.duo sunt
enera. Et hoc maxime in causis fa
orabilib. sed in odiosis secus, ut
o.in c.1. de iur.cal.ubi etiā appel-
atione clerici nō uenit monachus
uia ibi postea specificat. uide.c.
um. secundum apostolum.de prę-
en.& c.cleros.præalleg.

ERONOMIA, idem est quod hæ-
editas diuina.

.OACA dr̄ locus concauus, ubi
ordes confluunt ex quocunque ui
i loco, uel effluunt de uiris & pla
eis, uel ubi stercoram recipiūtur
cilicet latrine.ff.de clo.l.prima uł
cloaca est locus cauus per quē col
lumes quædam fuit, & ponit præ-
tor ibi duo interdictā de cloacis.
Primum est prohibitorium, quo
prohibetur uicinis facere uim quo
minus cloaca purgetur, & reficia-
tur. Secundum est restitutorium.
Vnde Flauius mela scripsit com-
petere interdictum hoc, ut in uici-
ni edes ueniat,& rescindat pauimen
ta purgandæ cloaca gratia. Et si
quis uelit priuatam cloacam face-
re ut exitum habeat in publicam
cloacam non esse impedimentum
Pomponius putat. Et utrunque in
terdictorum est ad salubritatem ci
uitatum. Nam & celum pestilens
& ruinas immunditie cloacarum
minuantur, ut ibi dicitur. Est ergo
duplex cloaca, priuata & publica.
Et appellatione cloace tubi, & fi-
stule continentur. ex l.i.præall.ff.
de cloacis.

## DE C ANTE O.

COACTIO est duplex,absoluta & cō
ditionalis Coactio absoluta ē cui
resisti non pōt,ut cū q̄s uiolēter tra
hitur ad aliquid faciendum,quo ca-
su quia oīno excusatur, l.dis. præ-
sbyteros.& i.q.i.constant. Coactio
conditionalis est qui metum crucia
tus,uel aliquid graue minatur quæ
si excusata tanto, non tamen a to-
to.c.sacris. de his quæ ui me. ue.
cau.fi.in glo. uerbi attenuet secun-
dum Gof.in sum.eo. ti. & etiam in
c.cum dilectus. eo. tit. uide Bartol.
brix.in glo.uerbi minuta distin. 6.
ad eius uero. ubi bene distinguit.
Et coacta uoluntas etiam uoluntas
est.15.q.i.merito.ff.qđ met. cau.l.si
mulier.§.si metu.

COARCTARE. i.restringere,ita expo
nunt Host.& Arch.extra de resc.c.
dispendia. in prin. lib. 6.& habetur
hæc dictio.extra đ imu.ec.c.1.in fi.
de offi.deleg.consuluit.

COCVS uenit appellatione artificis,
quia cocum esse,est ars.l.si quis nē
ditor.§.1.& 2.ff.de edic.Imo cocus
imperatoris habet dignitatem ad
quod Bal.allegat text.in l.i.quis co
corum.in usibus feu.hæc Lu.de Ro.
in singul.suis.

CODICILLI dicuntur codices parui.
i. libelli in quib. cum aliquis impe-
ditur aliqua necessitate, ne facit
testm̄ de reb. suis disponit in ulti-
ma uoluntate, secundum Azo. in
sum.C.de codicillis. In hoc autem
differunt a testō.Nam si idem pos-
sent codicilli, quod testamentum
cur diuersum his instrumentis uo-
cabulum mandaretur,quę uis ac po
testas una sociasset.Igitur in codi-
cillis hæreditas neque dari, neque
adimi pōt directe,ne confundat ius
testorum,& codicillorum.Nec in eis
potest exhæredatio scribi nec con
ditio.hæredi instituto potest adiici
nec substitui in eis directe potest
sed per fideicommissum in eis hæ-
reditas directe. relinquitur, ut in
stitu.e.§.codicillis. & §.directō. &
plura alia quæ not. Azo. & Host.
in

ernitatis inter baptizatum, & si
os suscipientis. Octaua compater
itas inter suscipientem, & patrem
uscepti. Nona maternitas inter
undem & matrem pueri. 30. q. 3.
per totum.

OGERE exponit, id est congregare.
ff. de bonorum rap. l. 2. in prin. & §.
dolo.

OGNATIO cōsanguinei uxoris est
coitus cum consanguinea uxoris.

OGNATI require supra Agnati. &
habētur post agnatos, quia cogna
ti per fœmineum sexum, sed agnati
per masculinum cōiuncti sunt, hoc
tamen hodie modicum curatur. Sed
an agnatus præsumatur scire fa-
ctum cognati, uide legē octaui gra
dus. ff. unde cognati. & c. quosdam
de præsum. per doct.

COGNOMEN dicitur a cognatione
ff. de lib. & posth. l. 1. & insti. de leg.
§. si quis. In nomine. & . C. de testa.
l. si in nomine.

COGNOMINA debent poni quando
ex nominib. propriis resultat incer
titudo. Bar. in consti. 1. fforum. uer.
quæro nunquid sit necesse.

COGNOSCERE instrumenta est ea
relegere & distinguere, & conferre
accepta & data.

COHORS, id est societas. ff. ad. l.
iul. repe. l. 1. ff. de offi. præfec. uigil.
l. 3. in princi.

COHORTALIS est appaitor qui ob
noxius est cohorti l. a cohortalis.
C. eod. tit. lib. 12.

COLONVS est qui prædium habet
agricolendi causa. Differt autem co
lonus ab inquilino, quia hic in ru
re, iste autē in ciuitate moratur, &
habet plures species agricolarum
secundum Azo. quia alii uocantur
coloni conditionales, alii coloni
inquilini, alii originarii, alii colo-
ni simpliciter nuncupati, &c. de
quibus infra patebit. Pro differen
tia coloni ab usufruc. uide in glos.
inst. de rer. diui. §. is uero.

COLONI conditionales dicūtur. qui
si ex sua conditione prædium, uel
agrum colere debentes, & secundū
Ioan. sic constituuntur ꝙ primo in
scriptis, uel sine scriptis, perpetuo
iure colonos se esse in fundo pro-
mittunt, ut postea per uiginti an-
nos in fundo permanente. Et
licet quidam putent hos esse ascri-
ptitius conditionales, tamen secun-
dum Ioan. male putant, quia colo-
nus temporis transcursu potest li-
berari ascriptitius uero minime ut
C. de agr. & cen. l. cum sancimus. li.
11. require supra ascriptitius.

COLONI dominici dicebanē qui co
lebant agros imperatoris. ut C. de
præ. & omnibus re. lib. 11.

COLONI illyrici alias & melius illy
riciani de illyrico. i. de sclauonia dī
cuntur, & habetur in l. cum quære-
batur. C. unde ui. ubi dicitur inter
illyricianam aduocationem glo. 1.
inter aduocatos de yllirico. C. de
colle. illyc. lib. 11.

COLONVS inquilinus, licet secundū
quosdam inter colonus, conditio-
nales, & inquilinos nulla sit dif-
ferentia (pro quibus uidetur face-
re. l. diffinimus. C. de agr. & cen.
lib. 11. tamē scd̄m Io. hæc est diffe-
rentiam, quia inquilinus minus
astrictus est quam colonus condi
tionalis, unde inquilinus bene po-
test in alia parte cuiuslibet sub-
urbii domum conducere & inha-
bitare, sed conditionalis colonus
non audet cum sua familia recede-
re a fundo quem colit, nec alibi
habitare.

COLONVS originarius secundū Io.
dicitur coloni conditionalis filius
ex eo quod originaliter conditio-
ni colonarie subiectus est, nec re-
fert secundum Io, siue in sola fue-

rit natus, siue extra solum, quia tāquam originarius ad terram illam reducendus est quam pater suscepit colendam.

COLONI palestini sunt de palestina prouincia dicti.

COLONI partiarii secundum quosdam dicuntur illi qui terram colūt pro parte dimidia uel tertia, secundum sterilitatem terrarum, & secūdum Ioan. nullum ius habent statim fructibus a solo separatis. Et ille dicitur proprie partiarius qui cōducit rem rusticam pro communi damno & commodo. Et competit contra eum actio pro socio.

COLONVS simpliciter secundum Io. dicitur q sub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colenda accipit. Nam secundum eum non esset locatio sine pecunia. ff. depo. l. i. si quis seruum.

COLONVS proprie dicitur qui rusticam rem conducit nummis, & competit cōtra eū actio præscriptis uerbis siue in factum ubi supra.

COLONVS ad nummum conductus est ille. qui statim cum fructus fuerint a solo separati, ut usufructuarius intelligitur, secundum Ioan. ff. de furt. l. si apes.

COLONVS superficiarius, est qui areā conducit ea conditione, ut sibi liceat in ea edificare, & domum tollere cum uoluerit.

COLONI partiarii sunt qui totū agrum suis expensis colunt, & ex fructibus præstant domino fundi quantum conuenit.

COLONI palatini, habetur. C. eo. ti. libro. 11.

COLLATORES dicuntur a conferendo, quia conferunt in fiscum, siue ordinariā sit collatio, siue extraordinaria.

COLLATIO secundum Azo. in sum. C. de coll. est ius quod res quædam nō hæreditaria sit hæreditaria, id est redigitur in commune. Et dicitur collatio quasi in commune latio. Nam quod erat proprium, dicitur ibi medium, & conferunt. i. communioni subiicitur. Vel est confusio siue coadiuuatio rerum conferentis in res communes secum rebus communibus diuidendis, ut no. in l. si soror. C. de coll. Item secundum Fulgo. in rub. C. eod. titu. collat. est triplex. Vna quam faciunt scholares disputando, & de iure disceptando, ut in authentica, & si cōtra. C. de fide instrumen. Alia quam facimus bibendo, & comedendo. Tertia quæ fit res coadunando, & ista hic descripta est. & in titul. de collatio.

COLLATIO instrumentorum est quādo duo instrumenta inspiciuntur, & examinantur, simul utrū in uno ita sit sicut in altero, uel uideatur per modum, & formam scripture effectus eius.

COLLECTANEVS idem est qp cōsurgens sed collectaneus. i. condormiēs alactæ primus. secundus aūt a lecto nomen habet.

COLLEGA secundum Isido. dicitur a colligatione societatis, uel complexu amicitiæ, & est idem quod sodalis in officio alterius partis potestatis.

COLLEGIARIVS etiam est unus ex talibus sociis.

COLLEGIATI dicuntur aliqui, qui sunt de aliquo corpore. i. congregatione uel artificio hominum, ueluti pistorum, fabrorum, monachorū & quorundam aliorum collegium habentium, qui etiam dicuntur chartopatri, quia earum nomina scribebantur in charta, uel matricula patrie, ut C. de coll. lib. 11. in rub. scribebantur autem pro eo, ut patrie fierent incorporati. Vel dice-

dicebantur corporaliter ementes chartam, id est locum, cuique per chartam assignatum, ut in eius locum surrogentur, & patrie fiant in corporati, secundum Accur. ibidem in l. unica.

OLLEGIVM est cōgregatio quam ad minus tres facere possunt. Nam duo faciunt congregationem, collegium tres, populum 10. turbam 25. gregem. 5. porci, uel 10. oues, ut no Ber. de elec. c. 1. Et collegia licita & approbata in his in quib. habent iurisdictionem, & quo ad ea quæ ad episcopos collegiatos per tinent possunt facere statuta, ut no. in gl. fi. C. de iurisd. om. iud. Et expressius. C. de consti. pec. l. 2. in fi. per Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. item collegio non approbato non relinquitur in testamento. l. collegium. C. de hære. insti tuen. & de licito uel illicito. l. 1. C. de sacr. sanct. eccle. de exces. prælat. cum dilecto, & per Bart. ff. de colle. illici.

OLLATERALES, dicuntur qui se attingunt uel sibi attinent transuersaliter per lineam collateralem modo per lineam rectam ascendentem, uel descendentem, ut consanguinei, uel consimiles. Dicuntur etiam collaterales generaliter omnes equaliter quasi lateribus con sidentes.

OLLOBIVM est toga uel uestis sine manicis.

OLLECTIVA dictio dicitur quæ significat collectiua ex sua impositione, quandoque etiam ex significato sumpto aliūde ex quauis alia materia subiecta significatione, uerbi gratia ibi, omnes ferunt lapidē, uel trabē, significat collectiue. l. ita uulneratus. ff. ad l. aquil. Sed ibi oēs student auaritiæ, significat distributiue. Ratio quia in primo exemplo ex unitate lapidis sumitur significatum uerbi, sed in secundo exemplo sensus est quod q. libet homo studet auaritiæ. Simi liter hic, omnes homines aut sunt liberi aut serui. insti. de iur. perso. secundum materiam subiectā nō patitur sensum collectiuum, quia falsum est quod oēs hoīes sunt liberi uel serui, qm̄ aliqui liberi sunt. & aliqui serui, sed ī l. si necessaria. §. si anna. ff. de pig. act. sumitur dictio unaqueq. collectiue, ubi si stipulatus sum triginta mihi solui annua bina trima die. i. quolibet anno in tribus. mihi solui 10. & pignus accepi deinde pactū est appositum ꝙ si mihi unaquaque die pecu nia soluta non esset, mihi uendere pignus liceret dici tex. quod pecunia non soluta uno termino scilicet primo uel secundo, non licet uendere pignus, sed omnibus terminis præteritis. Et sic illa uerba, unaquaque die significant collectiue. s. oīum terminorum simul. Dicitur ergo collectiua dictio quæ significat collectiue per modū eiusdem corporis ut sunt turba, domus, grex, peculium, collegium, hæreditas, ciuitas, uniuersitas, communē, &c. Item dictio quisque est collectiua ibi Titius & seius pro quanta parte qui sque eorum me hæredem fecerit, hæredes mihi functo. l. hoc articulo. ff. de hær. insti. quia enim refertur ad utrunque, collectiue dicitur tamen ex subiecta materia (. s. institutionis) sumitur quandoque significatum distributionis. De hoc in l. fi. C. de impu. & aliis substi. l. & l. si fi liab. §. 1. ff. de leg. 1. & l. si fuerit ff. de reb. dub. hoc ponit Bart. in l. hoc articulo præalleg.

COLLES intelligūtur homines inferioris uitæ. C. de sum. tri. l. fin. in prin. super uerbo collis.

COLLYRIVM, est unguentum ad oculos. instit. de re. di. §. cum ex aliene & ff. de acqui. re. domi. l. adeo. §. cum quis.

COLLISVM argentum quid sit. uide. ff de aur. & argen. legat. l. quintus. 2. cum aurum.

COLLVCTATIO fit dũ aliqui simul luctatur pugnis uel calcibus, uel uerius quando pugnantes nõ stãt certo loco. ff. ad aqui. l. qua actione. §. si quis colluctatione in glo.

COLVBER dicit quasi colãs umbras uel hymbres, quia sit lubricosus.

COLVSIO secundum Bar. in gl. in c. audiuimus. de collu. deteg. & c. cum clerici. de censi. est inter actorem & reum latens, & fraudulenta conuentio per quam alter in iudicio superari se permittit, qua interueniente secundum Hostiens. in summ. aliquando delicta remanẽt impunita, uel etiam committuntur. & secundum Azo. fit per procuratorem, & aduocatum causarũ, qui se in lite superari patiuntur, & fit per principales personas in similibus tam in ciuili causa quam in spirituali, ut in d. c. audiuimus, In ciuilib. autem secundum Azo. fit impune, ut quando quis per collusionem patitur seruum uel libertum ingenuum pronuntiari, & hoc ideo ne per tales degeneres inquinaretur amplissimus ordo senatorum.

COMMA græce diuisio. Chomata. i. ad geres. ff. de extraordi. cri. l. pen. §. penul. & ibi no.

COMMENTARIVS est ille qui causam cõmentatur, uel scribit.

COMMENTOR, aris, est componere, uel fingere, seu glossare.

COMMENTVM significat deceptionem uel occultum, seu malitiosum tractum, de restitutio. in integ. capit. li. 9. 6. 38. distin. capitu. 2. de testi. cogen.

COMES orientis secundum Azon. in sum. cod. forte erat procurator rerum Cæsaris, quas habebat in oriente.

COMES palatinus, dicitur qui curam gerebat præcipuam, ut millorũ notariorum & iudicum negligentiam argueret, & a prouincialibus tributa, exigeret, & consueta deposceret, ita quod non in prouincialibus, sed præcipue iussus est, ut in iudicib. & eorum officialibus præcepto immineret & superesset. C. de offi comi. sacrarum largitionum & de offi. re. pro.

COMES rerum priuatarum secũdum Azo. erat forte procurator ce aris in priuatis rebus, & secundũ eum etiam fuit illustris. Alii dicunt quod priuati commodi, & fiscalium rerum habuit administrationem, ut eas conseruaret, & eis negotiaretur.

COMES sacrarum la gitionũ secundum Azo. erat ille per quem principes sua stipendia largiebantur, & hic forte erat procurator reipublice qui græce logista nũcupatur, & illustris erat. Alii dicunt ꝙ per hunc imperator libertatẽ suam & magnificentiam exercebat, & largitudinem agebat.

COMES sacri patrimonii erat, qui Imperatoris procurabat patrimonium qui in hoc differt a comite rerum priuatarum, quia hic tenet custodiam rerum priuatarum, & exercet negotiationem circa mobilia, sed ille patrimonium, & immobilia procurat, & hæc differentia præsumitur ex uerbis. C. de offic. comi. re. priua. & ff. de offic. procu. cæs. l. 1.

COMITES consistoriarii sunt illi, ꝗ peniterunt in principis prosistorio, qui dici meruerũt etiam spectabi-

stabiles, & proconsulibus equipa rabantur. C. de cõsist. li.12.l.1.uel consistorium dicebantur qui præerant castris principis ordinandis, & erant plures, & eligebantur decani de consistorianis, & ministerianis, ut eodem tit.prælle. Alio modo consistoria dicebantur castrensiarii, & apud nos hodie castellani uocantur, & licet apud alios uocentur omnes, quibus pro uisum est de certis redditibus, ut in castro aliquo pro defensione & custodia commorentur. de cõ.mil. & qui prouincias regunt &c. uide C.lib.12. cum suis titu.

OMMINVS.i. statim uel ad minus. ff.de pig.act. l.si qua. & de rei uen. l. si a bone fidei. & de uerb.obliga. l. continuus. Aliquando comminus exponitur,id est tota ea die C. de fructi.& lit. expen.l.terminato. & ibi no. et. ff.de re iu.l. Pau. uel cominus. i.repræsentialiter. C. de le.le.si imperialis.in prin.

OMITARIENSES milites,alias comitatenses dicuntur milites stipendiarii, a comitatu dicti,quia militant non soli,sed in comitatu.

OMITARIENSIS dicitur custos in carcere positorum. ff. de ori. in l. 2. & C.de custo.reo.l. ad commentariensem, ubi talis punitur tali pena cum socio suo, qua punitus fuisset aufugiens ex negligentia eorum, nisi necessitate procul ab officio egerit,quia tunc adiutor eius pari pœna constringitur.

OMMENDA est custodia ecclesiæ alicui commissa. c. nemo deinceps. de ele.li.6.ubi bona gl.de commẽdis cum multis quæstioni.in c.dudum.de elect.

OMMENDATARIVS dicitur nudus minister. ut patet in l.lucius. ff.de depo.

OMMENDE est uerbum importans fideicommissum Bar.in l. fideicommissa.§.si ita.ff.de leg.3.

COMMENDARE est deponere.ff.de Verbo. significatio.l. commendare.ff.de po.l. lucius. & 22.quæstio. 2.ne quis arbitretur.Etiam capitur pro laudare, ut in gloss. præalleg.

COMMODATVM est alicuius certe ad aliquem specialem usum gratuita facta concessio. Ad certum tempus tacitum uel expressum secundum Io. An. in c.unico.de comm. & differ. a precario per usum specialem,item precarium non potest reuocari nisi tempore expleto sed commodatum non potest re uocari nisi expleto usu ad quem datur. Item commodatum solum in mobilibus reperitur precarium uero etiam in immobilibus insti. quib. mod. contrahi. obli. §. item cui res. uer.commodata autẽ res. Et dicitur facta concessio, non autem translatio,quia is qui commodat, dominiũ possidet, proprietatem retinet.ff.eo. titu.l.rei commodate. Dicitur gratuita, quia nulla merces interueniret, tunc res. transiret in locationem, uel in contractum innominatum do, ut facias. institu. locati. §.1. & mandati.§.ult.

COMMODARE est rẽ ad usum alicuius quandiu uelit concedere.

COMMODATARIVS est ille cui res aliqua datur utenda, uidelicet ipsum commodatum.

COMMODATI actio.require supra actio commodati.

COMMODVM secundum Isido.lib. 5.est illud quod est nostri iuris,& etiam ad alios temporaliter translatum est cũ modo temporis,quam diu apud eos sit, unde commodum dicitur etiam alio nomine cõmodatum.

Commertium scd̃m Isi. lib. 5. est deriuatum a mercib. quas res uenales nũcupamus, unde mercatus dicit̃ cetus multorũ q res emere uel uẽdere solẽt, & est cõmerciũ quasi commutatio merciũ. Etiã, dicitur copula, dicendo, carnale commercium.

COMESTOR uel comessor idem est quod gulosus.

COMMINATIONES sunt mine per iudicem imposite, nec tamen habẽt autoritatẽ rei iudic. secundũ Azo.

COMMVNI diui. scd̃m Isid. li. 5. est inter eos quib. res cõis est q̃ actio iubet postolãtibus his arbitriũ dari cuius arbitratu diuidatur. Require supra actio cõmu. diui.

COMMVNIA prædiorum. Require infra prædium.

COMMVNIA de usucapio. Require infra usucapio.

COMMVNIA de succesioni. Require infra succesio, & inuenies.

COMMEATVS dr̃ licentiatio uel recõmendatio seu remuneratio ipsis licẽtiatis tempore licẽtiature facta, ut in epistola Alex. mag. & Arist. legit. & ẽ qd̃ uulgo dicitur cõductus lib. 1. trãsitus a cõmeãdo descendens, ut ibi dicitur optimis nos susceperunt commeatibus.

COMEDIA. i. uillana locutio, ut in gl. c. nõ li. ha. metr. lo. sua ad extraneã cõferre. in rub. lib. 11. Item est dignitas, sed secũdũ Donatum est rusticana laus siue cantilena. a come id est uilla, & odc. i. cantus.

COMENDATITIE litere sunt dimissorie q̃bus clericus dimittitur & absoluitur a potestate sui episcopi, in quibus perhibetur de uita & in ordinibus illius testimonium.

CRIMEN sacrilegii secundũ Azo. & & secundum. ll. fit proprie quando sacrum de sacro aufertur. Ac etiã secundum eum si quis non sacrum de sacro recipit, uel sacrum de nõ sacro. Sed secuudum ll. tunc sacrilegium non est, quia quando res priuatæ auferuntur de sacro tunc actio furti locum habet. Host. tamẽ dicit ꝙ accipiatur sacrũ de sacro uel sacrum de non sacro semper sacrilegium fit, ut 17. q. 4. quisquis. uersi. simpliciter. Et sic secundum ll. requiruntur duo ut fiat sacrilegium. Primo ut auferatur res sacra. Secundo de loco sacro. Quorum alterum sufficit secundum Cano. Sed pone statutum est ꝙ faciẽs sacrilegium sic puniatur, quæro an intelligitur secundum ius ciuile uel canonicum. Solutio. Si statutum fit à ciuitate, intelligitur secundũ leges. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Si fit per episcopum intelligitur secundum can. do. Cato putat ꝙ etiã primo casu intelligatur secundum can. quia disponit de rebus ecclesiasticis, ergo debet intelligi secundum materian subiectam. l. 1. C. de adic. suc. ubi est casus a contrario ꝙ gradus computantur secundum leges, exceptis causis matrimonialibus. Quærit idem do. Cato. Sacerdos dicit missam in domo laici dimisit ibi calicem, qui subtractus est, an competit actio furti, an sacrilegii? non sacrilegii, quia de iure ciuili non est sacrilegium rem sacram de loco non sacro asportare. Nec actio furti, quia calix est res sacra quæ in nullius bonis est. Dicit Rapha. Fulg. competere actionẽ furti quia talis est in domo Dei, cuius loco dominus domus intentare potest actionem furti, & forte quilibet hoc posse. ff. de iusti. & iure. l. 1. §. huius studii & etiam in uerbo sacerdotes. Sed de iure cano. intentatur crimen sacrilegii.

CRIMEN peculatus sc̃dm. Azo. eo. ti. locum habet pro pecunia publica intercepta uel quocunq. modo cõtaminata, ut si aurum uel argentum uel es publicum aliquis ferrũ uel simile aliquid inducat. i. adiiciat. Idem est in sacra re. ut in uasis ecclesiæ. idẽ est in religiosis, ut in ornamentis sepulchri &c.

CRIMEN stellionatus secũdũ Azo. eo. ti. dicitur a quodam animali reptili qđ dicitur stellio, & est quasi simile serpenti stellionatũ, quasi diuersis coloribus dictũ sicut cœlum stellis & cõmitie hoc crimẽ qui ex uarietate animi rẽ aliquã pignori obligatam siue pignoratam alii postea obligat, & dicitur a stellione, quia sicut ille uermis est uarius

rius in coloribus. sic ille qui committit hoc crimen est uarius in ore,& inconstans in mente. Deinde tamen illud crimen locum habet generaliter quando deficiente incriminibus alia speciali actione. equũ est alicui subueniri contra delinquentem. Sicut enim in pecuniariis causis actio datur de dolo in subsidium ita in criminibus quibuscunque ubi titulus deficit criminis, crimen stellionatus obiicitur, ut si quis uẽdidit tibi massam electri pro argento,uel simile,aut aurichalcum pro auro.

CRIMEN fraudati census ommittitur cum quis furatur publicam pecuniam sibi accommodatam.

CRIMEN fraudate annone est cũ portores furantur uictualia a republica ad exercitum missa.

CRIMEN piaculare ẽ q̃ morte expiat.

CRIMEN concussionis committit qui prætextu officii sibi commissi extorquet comminando aliquid ab inuito, & tali crimine punitur quis pœna quadrupli.i.q.7.sancimus. in fi.& tam laicus quam clericus punitus pœna concussionis 13.q.i. militare. Cuius contrarium tenet. glos. in uerbo quadruplum distin. 18.§. porro.

CRIMINVM alia sunt priuata,ut illa quorum excutio, id est accusatio uel denuntiatio pertinet tantũ ad illos quibus inferuntur,ut furta,dãna illata,& iniurie. Alia sunt publica quorũ accusatio datur cuilibet de populo,quoniam ad publicam utilitatem spectat nè maleficia maneant impunita,ut sunt homicidia, parricidia, adulteria, & post quadragesimum tamen diẽ ut leg. iure mariti.C.de adul. Item crimen læsæ maiestatis.Item sunt quædam crimina excepta scilicet ad quorum accusationem & testificationẽ etiam laici contra clericos admittuntur si bono zelo procedant, & sunt ista crimen simonie hæresis,& læsæ maiestatis sacrilegii, de quibus uide concordantiis in glo.sum.2.q.7.ubi additur crimen dilapidationis. &c. cum P.manconella.de accu. Et no. quòd crimen dicitur quousque modis. Primo sumitur ꝓ quolibet peccato,siue mortale,siue ueniale sit. Secundo pro crimine irrogante infamiam quod est accusatione & damnatione dignum. Tertio pro peccato q̃ eueniti ex deliberatione, siue mortali,siue ueniale sit,quod nõ de letur nisi per penitentiam. Quarto quod semel commissum sufficit ad condemnationem non tamen infamat. Quinto q̃ irroget perpetuam infamiam ut no.25.dist.c.unum orationum.§.nunc autẽ.& 81.dist.Apostolus.unde.Si quilibet est peccator non tamen quilibet est criminosus.

CHRISMa fit ex duobus liquoribus. s.oleo per quod puritas mẽtis & nitor cõscientie intelligitur,& ex balsamo,per quæ ordo famæ figatur, ut est te.in c.unico.de sacra unctio.

## DE C ANTE V.

CVBICVLARII nominãtur serui qui cubiculum domini sui procurant.

CVBICVLARII officium quid sit, & an sit dignitas,uide Bar.in l.i. C.de præpo.sacr.cubi.lib.12.

CVBITVS proprie est mensura pedis cum dimidio,ut in historia scholasti.semper Gen.

CVLLEI sunt sacci decorio.ff.de pig. act.l.ult.§.fi.& C.de his qui patrem uel fi.occi.l.unica. Et processit illa pœna a Tarquinio Rege Romanorum,ut patet apud Valerium Maximum lib.1.c.14.

CVLPA,dolus & fraus quomodo differunt no.leg.distin.§.dolus. Item

quotuplex sit culpa, quæ sit leuis le uior & leuissima, item quæ lata & la tior, uide per Bart. latissime in l. quod nerua. ff. deposi.

CVNICVLVS est riuus directus coopertus, ut est gl. in l. supra iter. ff. de aqua plu. ar. ubi dicitur ꝙ ille cui debetur seruitus aque ducende per riuum potest facere cuniculum. i. de aperto riuo coopertum.

CVRATOR dicitur qui curam alicuius gerit defendẽdo ipsum a prætore, secundum leges legitime datus. Vel secundum alios est qui res adolescentis administrat. Datur autem secundum eos curator principaliter rebus & secundario personæ tutor uero primo, & principaliter daẽ personæ, & secundario rebus uel patrimonio. Et hæc est differentia una inter tutorem & curatorem. Alia est differentia quia tutor datur pupillis intra 14. annum existentibus. Sed curator datur eisdem ulterius ad 25. annum, masculis quidem ab etate 14. an. & fœminas ab etate duodecim. Et similiter datur adultis furiosis uel similibus insti. de cura. in i. & §. furi. &. §. si mẽ te captis.

CVRIA media breuis est locus ubi redditur ius uel habitatio principis. Sed media longa est meretrix unde. Curia ius curat, meretrix est curia dicta.

CVRIALIS dicitur ille qui est de officio curie uel iudici obnoxius. i. obligatus, & adulatur principibus. dist. 37. nonne. Vnde curialis uel curiales dicimus omnes qui quacũque conditione obligati sunt curie alicuius publice potestatis, siue milites, siue aduocati sint, siue iudices, siue officiales, siue histriones, & breuiter quoscunque siue habentes officium honestum, siue inhonestum.

CVRIOSITAS sumitur pro subtilitate nimia curia exquisita. de renũ. cap. i. lib. 6. Nam curiosi de his quæ non multum expediunt, sæpe discepant, de re. iud. abbate sane. lib. 6. Quod tamen faciendum non est, ut in cap. 1. Panor. & in c. 2. de here. lib. 6. & C. de sum. tri. & fide catho. l. nemo.

CVRVVS dicitur qui non habet corpus rectum. de ædil. edic. l. 3.

CVRVLES equi. no. C. de. spect. leg. nemo libr. 11. Ediles curules quare sic dicantur uide. ff. de ædil. edi. l. i. in princi.

CVSTODIA exhibitio reorum (ut dicit Azo) secundum legistas est custodia quæ fit in carceribus publicis, & etiam prohibet carceres priuatos, ut patet. ff. de C. de priua. carce. inhibendi.

CVPPE sunt uasa facta causa portandi fructus.

CVLLEVS uel culcipenus est idem quod saccus in quo portatur triticum, & maxime de corio, qui supra ponitur equo. Vel dicitur saccus coreus in quo ponuntur interficientes parentes. l. unica C. de his qui pa. uel fi. occi. ubi dicitur insuntus Culleo cũ cane & gallo gallinaceo, uipera, & similia.

CANICVLVS est riuus coopertus. ff. de dam. infe. l. proculus est e iã animal minus lupore, & ei simile.

C V M accipitur interdum pro & ff. de leg. i. l. Titio. §. nihil. Et de uerb. obl. l. quodcunque. §. non solum. Etiam interdum accipitur pro in & principaliter notat tempus, & non conditionem, nisi in consequentia leg. centesimus. in fi. ff. de uerbo. obl. Etiam facit adiunctum uideri accessorium, non p incipale, sicut coniunctio, ut leg. si fundum. ff. de fund. instru. Et nota quod dictio. cum, inuenitur in duabus partibus

tibus orationis. Vno modo est prę positio, & construitur cum ablatiuo. Alio modo est aduerbium temporis. Primo modo significat dupliciter. s. accessorie & principaliter Accessorie, ut lego seruum cum ueste, equum cum capistro, fundum cum eius instrumento. l.i.ff.de pecu.l.si quis fundum.ff.de fum.instr. & instr.leg. Idem in contractu, ut de pono seruum, cum ueste. l.i.§. quæ depositis. ff.depo. Et ibi nota. per gl.&, doc.& est effectus quòd nō debet depositarius restituere accessorium sine principali. & si seruus moritur sine culpa depositarii. uestis per se peri potest, alias locupletaretur depositarius sine causa cum iactura aliena, quod esset iniquum. de reg iu.locupletari li.6. Principaliter autem secundo modo cōiungit quādo res coniungit quarum una non est alteri accessoria, uel cum personas coniungit, ut patrem aut matrem l.3.& 4. ff.de pecu. §. si eius insti.de le.& licet inter filium & matrem aut patrem non sit equa principalitas quo ad honorem debitū & reuerentiam qui debentur parentib. a liberis. & non ecōtra est tamen principalitas equalis inter eos quo ad effectū iuris, nam extinguitur segatum in patre uel matre. Non sequitur ergo quod in liberis extinctum sit quia anima quæ principalius est in persona, est a Deo, & non patre uel matre. Item ex cōi modo loquendi, dictio cū significat accessionem honoris inter personas, ut dicendo ueni mecū, significat te mihi accedere associando accessorie secus in dictione, & ut dicendo ego & tu eamus, quia significat utrunque, principalē. Sed ibi dominus uobiscū nō potest significare quod dominus accedat uobis quia hoc modo patitur summa & immutabilis maiestas.

Et non refert si præponatur accessorium sic dicendo, depono capistrū, cum equo lego instrumentum confundo ar. l.proposteri. C.de test.nisi essent aliæ coniecturæ ex quibus concluderetur uoluntas testātis legantis uel contrahentis. Item dictio cum posita circa numerum nō cludit u. g.testator deposuit apud Seium.200. & legando bona dixit. Seio 300.cum 200.que apud eum deposui.lego. non includūtur cū 300. l.his qui ducē.in prin. ff. de re.du. Sed cū put est aduerbiū significat tps & dilationem quandoque ex cōditione, quandoque etiā accellatio nem tpis & dilationem significat, ut ibi promitto cū Titius morietur l. nam & si ff.de condi. & demon.tempus & conditionem significat, ibi lego titio impuberi cum 24.an. erit l. si titio.ff.quando di.leg. ce. facit l. qui promittit.ff.de cond. & de. Itē significat tēpus & non conditionē ibi lego titio cum ipse morietur l. hæres meus.in prin.ff.de condi. & demon.idem in l. ex his uerbis. C. quando di.leg. ce. Quandoque nec tēpus nec dilationem significat, ut ubi promittis decē cū petiero, ubi statim cum petit soluere tenetur. Quandoque ēt nihil significat, & frustatorię ponitur. ut ibi lego cum hæres adierit hæreditatē.l. 2. ff.de uerb.sig. Bar.pdictā ponit i l.gallus §.i.ff.de li.& po.ubi ponit differentiam inter, & cū ut not.in l.stichum qui meus. ff. de leg.i. An inducat cōdi.uel demō.de hoc tex. singularis in l.si ita fuerit.§.fi.ff. de manumis.test.quandoque inducit copulā in l.illi cum illo.ff.de usufru.leg. & quādoque est cōiunctio non faciēs conditionem in l. demonstratio. ff. de condi.& demon. & quando est aduerbium, tunc inagitur uerbo futuri temporis, & principaliter

notat

notat tempus,& in consequentia cõditionem,ut not.Bar.in l. i.ff.de cõdit.& de.nonst.

## DE D ANTE A.

DACHTILOTHECA est uas in qua annuli reponuntur. ff.de l. 4. l.argento.

DALMARCHIA est uestis qua modo utuntur omnes diaconi ex consuetudine in solemnitatibus ut 75. dist.de ieiunio. Antiquitus tamen sine concessione papæ nec episcopus nec diaconus licebat hæc uestes di. 24.c.omnis filius.

DAMNVM est diminutiuo uel ademptio patrimonii, & dicitur a demo uel diminuo secundum Host. ff. de dam infe.l. 3. Etiam quandoque dãnum est lucrum cessans, de quo ac ueniat in condemnationem.no.in c. conquestus.extra de usur. Et diuiditur damnũ sicut actio, quia alia est de damno dato.alia de damno inf. & actio de damno dato cõpetit ex l.aqui.require supra actio legis aqliæ. Duo aũt in hac actione requirũtur.s.q damnũ datũ sit,& q culpa dãtis præcesserit.& aliud est dãnorum restauratio quam expensarum satis factio ut de iniu.& dã.c.in nostra.datur autem alicui damnum in persona hominis puta si seruus castretur uel simile, & etiam in bestiis, & uel aliis rebus.de qua materia uide Hostien. de iniu. & damno da. Nec quæ licet actio iniuriarum est prætoria,quia actio damni dati ciuilis est,prout patet per legistas & Host. ubi supra.

DAMNARE & reprobare differunt, Nã damnare est rẽ sine remedio sub leuandi tormentis seu ignominie sententialiter deputare, reprobare uero est rationibus euidentibus rem facere.istam differentiam assignat Panor.in capi.damnamus.in i. notabili.de sum.trinit.& fide catholica.

DAMNVM infectum secundum Spe. de noui ope.nuncia. in tract. libellorum.§.nunc dicamus dicitur si edificium alicuius ruinam minatur edificio uel prædio alterius uicini. tunc enim edificii istius uel prædii dominus a domino edificii ruinam minantis petere potest quod sibi caueatur nomine damni infect. quæ stipulatio continebit totum in teresse illius uicini.ff.eod.titu.leg. stipulatione.& l.sed & si conditione & l. damni infect. & damnum pateris,quando rebus tuis aliquid decrescit, non quando accrescit. quando autem lucrum amittit damnum non pateris. Etiam quoddam damnum siue interesse est circa rem,ut subtraxisti mihi instrumenta quibus possessio firmatur teneris mihi ad damnum quod contingit propter ablationem instrumentorum. Et quoddam damnum est extra rem,differunt etiam damnum & iactura ut no.Io. And. in nouella.de ele. quia sæpe.libr. 6. Et no. quod qui occasionem damni dati. damnum dedisse uidetur. ff. de regu.iur.l. is damnum. & c. si culpa. de iniur. & da. da. & ideo tenetur si dat operam rei illicite, & etiam si licite, dum non adhibet diligentiam quam potest.

DAMNVS in iure ciuili quandoque est nomen adiectiuum omnis generis idem ualens quod damnatus. ut in l.damnas esto ff.de usu & usu fru.& l.si pluribus.ff.de leg. 3.respõ. §.& si ita legatum. alias capiendo in multis legibus non esse stricta cõgruitas.

DAPIFER dicitur ferens dapes.& est nomen officii magne dignitatis in curia Imperatoris, unde inter proceres

ceres eligentes imperatorem computatur.

DAPSILIIS est ille qui liberaliter secundum mensuram communicat.

DARE intelligitur qui remittit. l. generaliter. ff. de cal. & l. si mulier. ff. de condi. ob. au. Bar. in l. modestinus. ff. de solu. dare etiam est accipientis facere. §. sic. itaque instit. de actio. & l. non uidetur. ff. de regulis iuris.

DARE beatius est quam accipere c. cum Matthe. de cele. mis. & ibi Abba. in 4. no. & text. in c. prædicator 16. q. 1. & Abb. in c. de dona.

DARE in arte notariatus dupliciter capitur scilicet proprie & improprie. Proprie quando res data transit in dominium accipientis, ut in instrumentis in quibus agitur de rerum alienatione & dominii translatione, in quibus transfertur dominum sit tradens erat dominus, alias non unde dare proprie est accipientes facere, aliter enim non datur nisi sic detur quod in ipsum cui datur, statur dominum transferatur. Improprie capitur in instrumentis emphyteoticis & feudi & locationis ubi ille qui locat uel concedit, & licet dare dicatur, nō tamen dominium transfert. Et est differentia inter, date, donare, & tradere. Nam tradere dicitur qui solum possessionem transfert, & non dominum. De hoc not. 13. q. 6. ulti.

DATA uel datum est caracterizatio in fine constitutionum, uel literarum inscripta, ex qua cognosci potest quo anno, mense uel die instrumē tum, uel quælibet litera emanauit, & a quo tempore obliget cōstitutio uel profit gratia in scriptis facta. uide de hoc Io. Andr. in fi. li. 6. super uerbo Data.

DATIO in solutum est dato pro solutione, & satisfactione & est una species cōtractus innominati. s. do ut facias, u. g. Cum Petrus debere Ioanni centum, agitur inter ipsos ut Petrus det ei in solutum id est pro solutione & satisfatione eiusdē unam domum.

DATIVS qnque resoluitur in ablatiuum per præpositionem, ut ei ab eo. l. 2. de condi. tritica. Aliquando ponitur pro ablatiuo tantum. ff. usu. quemadmo. ca. l. huic si cer. peta. l. fin. de do. cau. mor. l. senatus. §. si duobus, ubi exponitur utri eorum idest a quo. Idem not. in l. a diuo pio. §. sed si emptor in gl. quæ incipit si est. ff. de re iudica.

DATIVVS quid importat uide Bar. in l. impuberem. §. fi. ff. de falsis.

DE D ANTE E.

DE ista propositio quandoq. auget ut dictione depositum ut not. ff. de po. l. 1. in princi. Aliquando priuat. ut 35. distin. episcopus. Idem quandoque exponitur de. i. propter ut de re familiari l. propter familiam. C quando ciui. ac. preiu. crimi. l. unica in prin. & ff. de petit. hære. l. 3. Aliquando idest pro in auten. ut nulli iudi. §. necessarium. & ff. de aq. plu. arcen. l. post uenditionem. Aliquando ponitur pro a l. si is qui rem & §. fi. ff. de furt. C. de fun. rei pri. lib. 11. ibi de fisco. l. 1. Aliquando de mutat ex toto significatum dictionis cui ad iungitur ut destruo, dedecus, de gener. Aliquando nec addit nec minuit, ut detergere. i. tergere in auten. de mona. in prin. Et regulariter ponitur declaratiue. ff. de arbi. l. si de meis. cum aliis concordan. Interdum ponitur pro super. C. si a nōn cōpe. iudi. l. 3. interdum ponitur pro ualde ut de properat id est ualde pperat. C. de ue. iu. enu. l. 2. §. sed quia diuine. Aliqn ponitur

tur pro secundum, ut de libellis. l. secundum libellos 20. distin. de libellis & C de desce. ex pro eri. reci. l. 2. Aliquando pro turpiter, ut de pe. ctis. s. turpiter pactus. ff. de calu. l. gnaliter. Aliquando subauditur a iure. ff. de adul. l. lenocinii, in fin. Aliquando denotat cum materialem, ut ff. de comun. cum eman. li. l. 1. §. nunc uideamus. Item ab illa præposito de significet causam proximam uel remotam; unde Bar. in l. si limita. §. de his. ff. de dã. infect.

DEBET, & oportet aliquando dicunt necessitatem, aliquando honesta tem. Vide Io. An. in c. ii. de iur. cal. super ue bo partem illã & not. in c. intelleximus. in quam bo. debet. de iu. Et no. quod uerbum debet in propria significatione importat necessitatem, ut est gl. in cle. attendentes in uerbo debeant. de sta. regu. Sed honestatem significat 25. q. 7. cap. i. ubi equitate suadente uerba possunt impropriari. C. de pig. l. 3. c. intelleximus prea. ff. lo. l. si uno. 2. tamen l. qui Romæ. §. final ff. de ue. o. ob. de bap. c. maiores uersicu. circum. Item debere est de alio habere, ergo quod non est nec esse potest, nisi si debetur & sic nec obligatione nec actionem parit, cum actio sit ius prosequẽdi, in iudicio quod nobis debetur, secundum gl. in regula nemo, de reg. iur. lib 6. Not. tamen ubi materia est manifestus uerbum debet regulariter importat necessitatem gl. in c. attendentes. de sta. le.

DEBITVM est in quod aliquis alteri ex naturali uel ciuili obligatione tenetur. Et debitum intelligitur re stituti. in reddiione chyrographi uel instrumenti, non autem sic in redditione pignoris. Item debitum est quod exigitur ab inuito 14. q. 1. quod debetur. ff. de uer. sign. l. ce bitor. & est glo. in cle. 1. de peti. Et debitum ciuile potest capi duobus modis. Vno modo efficaciter & proprie, prout est in chirographo post biennium, uel in obligatione ciuili resultante ex sententia l. Iulianus ff. de condit. inde. Secundo modo, improprio & inefficaciter prout est in omni debito reg. cui obstat exceptio, uel etiam pone exemplum secundum glo. in l. 1. ff. de condi. in d. l. in chirogra. ante biennium.

DEBITVM grauius quod dicitur, ut de Bar. in l. si quid ex famosa ff. de sol.

DEBITOR est qui accipit pecuniam a creditore. Item secundum Marcellum dicitur qui nactus est exceptionem iustam nec a naturali equitate abhorrentem. i. discrepantem. secundum Accur. in l. Marcellus. ff. de reg. iur.

DEBITORES ciuitatum sunt qui tenentur ciuitati, sed in actione debiti fiscus præcedit, ut C. eod. tit. L. 2. libro 11.

DEBITI uidin uenire est debitum posse petere.

DECANVS nomen dignitatis est, & dr a decas. i. decem, & canos canonicus, quasi ad minus supra decem canonicus constitutus secundum grecistam, licet qnque si line sum. Etiã dacanatus est societas 10. uirorem secundum Hug. & Acc. ibidem in rub. de deca. C. li. 12.

DECANICA dicuntur carceres in auten. apud quos oportet. §. pe.

DECIMA secundum Host. in sum. de de ci. §. i. est om nium bonorum mobilium licite quesitorũ pars decima deo data, diuina constitutione debita, ut colligitur de deci. c. 1. & c. parochianos c. non est c. tua nobis. §. uerũ cũ cũ nõ sit ab homine. Et est danda de omnibus bonis, su

ste acquisitis eo. tit. c.cum ex transmissa. & c. commissum. s.de lana seno & piscariis, & nullis deductis expensis c. pastoralis. eo. titu. & c. cum homines etiam de molendino aduentum c.cum ex transmissa prae alle. Item de apibus & omni fructu capit. nunrius eo.titu.& tenetur decime in signum uniuersalis dominii, nec sunt retinende, sed soluere compelli debent per ecclesiam. de ap. re. c. tua nobis 2. in fi. De hoc. uide gl. in uerb. praemoniti.in cle.2. de iudi. quae dicit. Videtur expediens ecclesiis quod faciant mentionem generalem fulminantem ex communicationis sententiam in nō soluentes decimas, imo contra pertinaces inuocari potest brachium seculare ca. postulasti de homici. Et not. Ludo. Roma. in singularibus suis quod sacerdoti potenti, decimas non potest obiici compensatio & dicit quod gl. singularis est, quam legiste, ignorant. 16.q. c. de cime. & est ratio quia fisco petenti tributa non potest obiici compensatio l. 3. & 4. & de compen.l. aufertur §. qui compensatione, ff. de iure fis. ergo multo magis nec in decimus quae de eo debentur, ut supra.

DECIMARVM tres sunt species secundum Host. in sum.si quidam personales quae debentur ex opere personali ut ex artificio, scientia militia, negotiatione &c.quaedam pedia les, quae proueniunt ex praediis, ut uinum, bladum, fructus arborū &c. Tales enim dande sunt illi ecclesie in cuius parochia sita sunt praedia.de deci.ad apostolice. etiam decimas praediales tenentur soluere iudei c.de terris.eo.titu. Item debent solui de diuersis seminibus unius agri, non tantum de uno, si fuerint successiue seminata c. ex parte canonicorum eo. titu. Etiam cistercienses & alii qui nullo gaudent p i. ilegio dare tenentur decimas de terris de nouo acqu.sitis licet eas propriis manibus excolant ca. nuper eod titu. Quaedam sunt decime mixte secundum Host. ibidem & possunt dici he de quibus dubitatur utrum sint praediales uel personales ut de agnis & fetibus aliorum animalium quae sunt in pascuis & segregarium pascuntur.

DECISIO est lex Imperatoris, de quo uide.C.de contrahen.& commit sti. l.ueteris & de emēda.inst.eo.in pri. super uerbo decisiones, & inst. de nup.§.unde quaesitum.

DECESSOR dr̄ qui obiit nullo medio praedecessor qui ante decessorem.antecessor qui ante praedecessorem 93. dist.c.1 per Arch.

DECLINARE sutam est paulatim illā infirmare & ideo nisi sententia declinetur, rebus iudicatis stabitur.

DECRETVM secundum Spe.dr̄ multis modis, ut in tit.de primo & secū do decreto.§.dicitur ergo. Quandoque dicitur sententia diffinitiua ut ff. de re iud. l. decreta uel interlocutoria, ut ff. de assessio. l.1.in fi. Quandoque dicitur id quod Papa constituit seu statuit de consilio cardinalium nulla facta cōsultatione, tunc in scriptis redigitur, uel de rescrip. praesenti 20 .dist.decreta. &c. seq. Quandoque est consequens consensus eligentium in scriptis redactus, ut 2.q.1 legum.& de c.clemen. innotuit. Quādoque est illud quod capitulum uel ordo uel uniuersitas uel maior pars ordinauit, ut. ff. quod cuius. uni no. l. plane. & quasi per totum. Quandoque est iudicis autoritas in alienationibus rerum praecipue minorum interposita ut C.praedi.mino. l. interposita, & per totum.

Quan-

Quandoque decretum dicitur au thoritas principis in rescriptis beneficialibus interposita, ut de rescrip. c. gratia lib. 6. & secundum Azo. illud decretum est confirmatorium gratie, quia ex hoc princeps insinuat suam uolũtatem, quæ seruanda est, etiam secundum eum legat ignorantes. Est etiam quodã decretum decurionũ quod inuitos super munerib. rerum tribu. potest. exceptis qui in liberalium studiorum laboribus sunt, & qui medendi cura funguntur. C. de decre. decurio. l. exceptis lib 10. Quandoq. decretum est iussus iudicis quo mãdat bona alicuius propter eius con tumaciam possideri, & illud diuiditur in primum, & secundum decretum. Decretum primum est primus iussus iudicis quo mandat bona propter contumacia in pœnam contumacis detineri uel sic describitur. Primum decretum est alicuius rei prohibite regulariter, uel premisse, regulariter. in certo casu facta prima ꝓhibitio uel permissio. referendo singula singulis. Secuudum decretum eodem modo describitur, nisi quod ibi ponitur secunda prohibitio uel permissio. & taliter dicitur primum rescriptum secundi. Quandoque interponitur primum decretum, & non secundum, quia in aliquibus non est opus secundo. ut not. in c. quoniam frequenter. §. in aliis. ut lit. non cõtest. in gl. super uerbo constituitur. Et illud decretum habet locum in actione reali, uel personali, licet diuersimode, ut dicto. §. & §. seq. & interponitur ante litem, & post quotiescunque aliquo contumace existente adhuc non ita liquet de causa quod diffinitiua sentẽtia ualeat terminari, ut in d. c. quandoque preallega. Decretum secundum est secundus iussus iudicis, quo licet bona alicuius propter contumaciam possideri, quæ prius ex primo decreto detinebantur ut de eo qui mit. in pos. c. 1. gl. ult. Et habet locum sc͂d͂m quodã in actionibus personalibus tantum qua secundum Ber. in gloss. ubi supra in realibus solum lapsus anni constituit missum ex primo decreto uerum possessorem, nec est opus secundo secundum alios tamen habet locum, tam in realibus quã in p̃sonalibus de hoc plene no. Bart. in c. contingit. de do. & cõntum. in gl. ult. Vel sic secundum Lud. de Roma. Est prima iudicis aggrauatio punitiua contumace. Et sic suo modo diffinitur secundum decretum. Et secundum non potest interponi nisi contra latitantem. Et latitatio est debitoris absconsio fraudolenta, in damnum creditoris l. fulcinius §. si quis possidet. §. ex qui. cau. in pos. eatur, quod est uerum nisi periculum sit in mora. tunc enim interponitur secundum decretum cõtra nõ latitantem debitorem ut no. Ioan. An. in consultationibus de offic. dele. in nouella. & Bal. dicit in c. 1. de mi. ua. qui contu. est in usi. feu. Sed utrum secundum decretum sit sententia interlocutoria, uel diffinitiua effectus est magnus ut in c. cum cessante. de appel. & l. q͂d iussit. ff. de appel. ubi per Bart. & C. de epi. audiendi. l. 2. per Bald. & l. si finita. §. si forte. ff. de dam. infect. ubi per Dyn. & uarie loquuntur. Sed Lud. de Roma. dicit. quod secundum decretum est sententia interlocutoria. allegat glo. singularẽ in præsenti. §. cum autem in uerbo ad modum. C. de his qui ad ecclesiam confug. & probat rationibus. Nãm sententia diffinitiua non potest dari contra minores, ut in c. cã

& mino-

& minores. C.si aduer.rē iudi.Sed secundum decretum patitur minor l.si minor. C de bo.auc.iud.poss.ergo nō est diffinitiua, sed interlocutoria. Præte.ea diffinitiua nō fertur lit.non contest.l. fi.§.illius.C. de tempo.appel. & l.probatum.similib.Sed secundum decretum sic, ut in l. cū proponas. C.de bo.auc. iud possid. Et hoc ergo iustificatur dictum singulare Inn.c.dilecto de uer.sig.ubi uult quod quandoque iudici constaret decretum interpositum esse iniustum,potest illud reuocare. Quod etiam tenetur Bar.in l. non uidetur.ff.de iudi.licet canoniste communiter reprobent præfatum dictum Inno.& male.Hæc Lud. de Rom.in suis singularib. Et nota quod secundum Inno.& Host.differunt decretum authoritas consensus iudicium uel collaudatio.Nam decretū est sententia quia iudex contractum iustum futurum fore decernit authoritatē suam inte ponendo uel immittendo, declarando &c.Sed authoritas est assensus authorizabilis qui cōpetit sibi ex publico officio iudicis, uel legitima administratione ut tutori & curatori.Consensus autem siue collaudatio est multorū uoluntas ad quos pertinet, simul iuncta.uo.Io. And.in gl.magna in fi.c.1. de reb.eccle.non alien.lib. 7. & ibi uide iura de hoc.

DECRETUM fuit editum anno domini millesimo cl.glo. est in c.post appellationem 2.q.6.

DECRETALIS epistola est in qua papa ad consultationem alicuius rñdet.de rescript.c.1. siue solus,siue de consilio fratrum u. de elec. bone memorie, id est. Vnde decretum statuit, decretalisque respondet. Sed canon est constitutio ecclesiastica, uel statutum in concilio generali editum. Vnde constitutionum alia ciuilis, qui dicitur decretum forense uel ciuile. Alia ecclesiastica qui dicitur canon. Et constitutio dicitur dupliciter. Vno modo communiter, & sic comprehendit omnes decretales leges & decreta. Alio modo stricte, & sic constitutiones dicuntur principiū, leges populi. Ro. edicta prætoriū, uel etiam iudicium, quia dicitur. Iudex citare tribus edictis. Et differentia horum nominum, decretalis epistola, decretum,canō,dogma,mandatum, interdictum & sanctio,est glo.sum.dist. 3.Item no.Archi.19.dist. super glo.sum.in fin.ꝙ decretalis epistola aut diffinit ius aut imperat prohibet, aut præcatur aut indulget. Et sic quo illorum modorum necessitatem inferat ponit ibi.

DECVRIO dicitur qui decimam partem de bonis ducit,uel qui est sup decem milites constitutus in curia dominorum uel principum sicut centurio super centum, quia alias etiam uocatus est centenarius. Et utuntur illo uocabulo theologi, quia dicitur.1. Machab.3.quod iudas constituit duces populi tribunos & centuriones. Beda tamen dicit super illud Luc. 22.& Mat.15. Ioseph nobilis decurio,quod decurio uocatur ideo quia est de ordine curie, & officium curie administrat Qui etiam secundum eum dicitur curiali,procurando,quia procurat munera ciuilia & curialia. Vide de hoc. ff.de decu.& filio eo. Quidam autem dicuntur decuriones appellari ex eo quod cum ciuitates & municipia construebatur, cuiusque loci gratia consilii decima pars hominū pia colligebatur, ut ff.de uerb. signi.l.pupillus.§.de curiones.Etiam quidam dicunt de curio-

curiones esse ex eo dictos quod cũ coloniae ducerentur, decima pars eorum qui ducebantur in consiliũ publicum constituebant & decuriones urbi Romanæ a muneribus excusantur, ut C.eo.tit.lib.7.

DECVSSATE idest, ornate. unde dr. ille decussate loquitur. i. ornate.

DECVBERIT, i. in lecto iacuerit. ff. si quis cau. l. 2. §. si per ualetudinem.

DEDECVS, quando aliquid dr̄ fieri cum dedecore, uide Bart. in l. 2. §. si emancipatus. ff. de bono. possess. cõtra tabu.

DEDERIT id est, dare uoluit. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si. de uer. oblig. l. si stipulatus sum dãnã. & de iur. dot. l. si rem estimatam. & si quis in ius uoc. non ierit l. i. Aliquando dederit exponitur, i. reddiderit. in auth. de nup. §. dotes. & ff. loca. l. in naue saupheli.

DEDITIA libertas secundum Azo. in sum. eo. titu. hodie sublata est, sed olim eorum dicebatur deditia libertas qui sic sequebantur, ut toto tempore uite suæ seruili iugo detinentur, post mortem uero eripere in libertatem. colligitur in leg. unica. C. de la. lib. tol. & in stit. de succes. lib. §. ultimo & l. unica. C. de dedi. lib. tol.

DEDITITII liberti olim erant & dicebantur, quia hi qui se debebant timore destructionis sue, hanc talem libertatem consequebantur & dicebantur liberti forte propter spem libertatis. Vel uerius liberti uocabantur quia uere liberti erant, licet seruire cogerentur. hodie uero non sunt, & sic hoc nomen deditum nihil significat per se uel adiuncte, sicut chymera, nec illa libertas est unquàm in usu frequentata prout hæc omnia ponit Azo. in sum. C. de dedi. lib. tol. Erant autem hi pessime conditionis, quia toto tempore uite sue erant serui. & in morte liberti. ut dictum est, ut insti. de l bert. §. libertinorum autem. & dicunt docto. quod tales non erat serui. sed coacti erant ad seruiendum, & erant inducti ex l. alia scientia. Etiam multa alia (scilicet mala) induxit, ut in glo. inst. tit. præalle.

DEFALCARE est aliquid ab aliquo iure debitum insolutum cõputare. uel dr̄ iure aliter dr̄ defalcare ad modum legis fauiane, iuxta notata in stit. eo. tit. super rubrica.

DEDVCTIO est defalcatio uel separatio qua deducere sperare dicitur.

DEFENSOR est ille qui sine mandato cautione pstita de iudicato soluit, alium defendit uel eius defensionis se offert, ut ff. de procu. l. si procurator. §. si. & l. si defensor cũ ibi not. & institu. de his per quos ag. po. §. procurator &. §. aliis. Et uide ibi Spe. in quibus causis interueniat uel non.

DEFENSORES ciuitatum secundum Azo. in sum. eo. tit. sunt hi qui in omnibus tanquam partes potius quã ut iudices se habere debent, ut ita nominis sui utãtur officio. C. eo. ti. l. 3 & in aut. ut iudi. sine quoquo suffra. §. eos Cõstituitur aũt defensor ciuitatis decreto. cum iureiurando sine electione omnium possessorum in illa ciuitate confitentium, ut in aut. eod. tit. §. in crim illud. colla 3. Inest autem officio. defensoris huius prebere authoritatem his quæ aguntur apud eum ex uoluntate partium, ut adoptionis, emancipationis manumissionis testamentorum insinuationis. ut in auth. eod. titu. §. sed neque proprias. Item donationis insinuatio. In contentiosa autem iurisdictione habet cognitionem usque ad 30. aureo, ut in aut. præallegata. §.

ta.§.& iudicare.

DEFENDERE est uicem domini subire, uel illud facere q̄d faceret dominus in quolibet, & pro eo respōdere. & olim usque ad undecimum annum potuit, ut C. eodem titu. l.prima.

DEFENSIO quotuplex est, uide Bar. in l.de pupillo. §.1 ff. de nou. ope. nū.& quo iure est introducta.idem Bar.in l.ut uim.ff.de iust. & iur. & quod modis sumatur defensio.Barto.in l. liberto. in fin. ff. de nego. gest. Quando, aliquod dicitur fieri ad defensionem uide Bart. in l. C. unde ui.

DEFERRE aliquem est eum accusare, sed deferre alicui est grates & reuerētias sibi facere. ff. de accu. l. libellus. Et sic dicimus plus Deo deferēdū est quam homini.de sen. excom.cap. relatum 11. q. 3. quisquis metu,& c. Iulianus. Differunt tamen deferre accusare in hoc, quia defferre fit reo absente, sed accusare fit reo presente.

DEFERRE iuramentum est aliquem arctare uel astringere ad iurandū, & quandoque defertur a iure quandoque a iudice, quandoq. a parte, quandoque etiam delatio a parte parti defertur.de omnibus his nota.C.de iureiuran. l. 1. Potest autē ipsum deferre maior. 15. annis, etiam minor ipsum deferre non prohibetur, dum saltem conditio sua peior non fiat, sed si ledatur restituitur.de iureiu.l. nam postea. §. sed si minor etiam paterfamilias non filiusfamilias. C. de iureiu.l.nec filius. Item liber, non seruus.ff.eo.titu.l. multo magis alias quanto magis.in fin. Item compos mentis non prodigus, necconsimiles, ut l.tutor.§.prodigus, ff.eo.tit. & hoc in rebus quæ ad eos pertinent. Si autem administrationem adiit tanquam procurator, licet ei iuramentū deferri in tribus casibus scilicet si specialem habeat administrationem, si in rem suam sit datus, & si generalem & liberam habeant administrationem, ut ff.de iureiu.l.iusiurandum. §. si tibi & l. sequen. Et episcopus habet hanc administrationem quo ad ea quæ alienari possunt. Cui autem deferatur, dicendum est secundum Host. quod a parte parti defertur quod uocatur secundum eundem iuramentum uoluntarium uel extra iudiciale. Verum aliud est necessarium & iudiciale. s. quādo iudex parti defert.ut C. de iureiu. l. 3.§.bonefidei.uide de hac materia. Host. in tit. de iureiur.sub.§.de iuramento assertorio, quasi per totum.

DEFECTVS huius dictionis significatum clarum est, significat q̄d impositio significare dicat. s. desertum realē, sed defectus modi uel conditionis pro incomplemento habetur, prout ex natura conditionis uel modi uel quiuis alio signādi mō infertur uel significare concluditur, ut dicendo promitto instituo uel lego tibi decem si capitolium ascenderis intra mensem, & parte stat quominus accendas parando conditioni, & non uis imo recusas expresse. si mensis labitur conditio uere est defectiua, & hic defectus significat dispositionem defectiuam l.qui heres. §. fina. per totum. ff. de condi. & demonst. Si autem legatario uolente implere heres impedit, tunc defectus iste significat implementum conditionis, & per hoc purificationem. dispositionis.l.iure ciuili.ff. de cond. & demon. Si autem tertius impedit impleri, tunc si iuste, signāt implētā.l.ti. eo.ti. si tertius improprie

iuſte impedit, & eſt ſoluendo hr pro defectiua l. inde neratius. ff. ad l. aquil. Si iſte tertius nõ eſt ſoluendo, habetur pro impleta, arg. l. fi. ff. de eo per quẽ factũ eſt. in prin.

DEFLORARE uirginem quid ſit no. per Archid. extrà de deſpo. impub. c. unico. lib. 6.

DEFVNCTIO eſt a debito liberatio. inde defunctus. i. liberatus. Secundo idem eſt quod mortuus, ut capitur. C. de ita. defun. l. poſtquam. & per eo. ti. Et forte dicitur ideo mortuus defunctus, quia liberatus a miſeria conditionis humanæ.

DEFVNCTORIE & ꝑ functorie idẽ ſonat. qđ tranſitorie, uel corſorie.

DEGRADARE eſt deponere de ordine. ut 81. de dictum. Qualiter autẽ habeat fieri degradatio, not. de pe. c. degradatio. lib. 6. nã deponere fit ſimplici uerbo ſicut ſuſpendere degradare autem cum ſolennitate.

DEGRADARE põt per ordinibus nedũ presbyter, ſed etiam inferior clericus. Panor. in c. ſi quis presbyter. in 1. no. de cleri excom. mini.

DEIERARE eſt falſo iurare c. in literis. de teſti. & c. literas de ꝑſump.

DEINCEPS .i. de cætero. in clem. de ſum. tri. cap. unico. §. porro. C. de epiſ. aud. l. nemo deinceps. & ff. de uſu. l. ſeia.

DEINDE uide inſti. de re. diu. §. inſula ꝑ quas ꝑlo. no. aqui. §. fructuarius. in auct. de hære. & falci. §. ſi uero oblatã. & ff. pro dona. l. 1. §. 1.

DELATOR eſt idẽ quod accuſator uel qui bona aliqua tãquam uacãtia fiſco denunciat. i. manifeſtat, ut 5 q. 6. delatori. ibi habes ꝙ ei aut lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur, & ſequitur. Delatores autem ſunt qui inuidia prodũt alios. Et not. quod deferre dicitur multis modis. primo. i. afferre ſeu deferre, unde dicitur hæreditas deferri. ut l. 2. C. de carbo. edic. Item accuſare de quilibet crimine, ut l. iubemus. C. ad l. iul. repe. Item delator id eſt bonorum denunciator l. intra ff. de di. & tem. præſcri. & Bar. in rub. de dela. & de hac materia uide plane per Bar. in d. rub. de delato. lib. 10. C.

DELEGATVS eſt cui cauſa cõmittitur terminanda uel exequẽdo, uices delegãtis repreſentans, & in iuriſdictione nihil propriũ habẽs, ut ff. de offi. eius. cui man. eſt iuriſ. l. 1. in fi. & extra de offi. dele. ſane. qa. & c. cũ olim. & Hoſt. in ſum. eo. titu. uel ſic. Delegatu eſt is cui a ſummo pontefice uel ordinario uel delegato principis cã committitur. Itẽ inde uenit qua delegatur. q dicitur reſpectu delegati. Item is cui principiũ cauſe uel medium cõmittitur. & ſic iudex proprie dici non poteſt, ut c. ſuper quæſtionũ. §. porro delegatus eod. ti. Delegatus tñ proprie delegare poteſt principium medium, & finem in §. intentionis c. ſuper quæſtionum. præalleg. Vel ſecundum Spe. eo. tit. in prin. eſt is qui ex alterius commiſsione recipit alicuius cauſæ iudicialem cognitionem nã & ſubdelegatus eſt cui per aliquem habentem iuriſdictionem demandatur in iudicio aliquod uel extra iudicium, faciendum, non iure proprio, ſed de iure mandãtis. Et differt a ſurrogato & conſeruatore. Nam ſurrogatus habet iuriſdictionem iure ꝓprio, & merum imperium ſicut iudex principalis cui ſurrogatĩ, ſed conſeruator nullam habet iudicialem cognitionem ſed tantum poteſtatẽ ſuper notoriis & manifeſtis c. ſtatuimus de offi. dele. lib. 6. Iudex aũt delegatus habet iuriſdictionem in eccleſiaſticis perſonis, non propriã, ſed a ſuperiore cõmiſſam. uide

uide Gof.in sum.eo. ti. & delegatus in causa sibi delegata maior est ordinario de off.dele.sane.2. & de off.or.pastoralis.quia talis uices gerit delegantis,& potest compellere episcopum rebellem per sententiam suspensionis uel interdicti, ut c.sane praallega.

DELEGARE plura significat, primo est aliquem iudicem loco sui authoritate sui iudicaturum constituere uel substiuere. ut l. præcepimus C.de appellatio. circa medium & l.seq.in fi.Quandoq. aũt est in locum suũ uel uice sui aliũ rerum creditorẽ dare uel cui iusserit credit. Et hoc modo inter delegatum & eũ cui fit delegatio, oportet interuenire stipulationem uel litis contestatio.His.n.modis fit hæc delegatio,ut leg.delegare. ff. de noua. Et Azo in sum.eo.ti.de noua. delegare.n.possum,id est uice mea debitorem meum dare creditori, ex delegatione liberor ego a creditore meo,& extinguitur ipsa delegatio qua tenebar, ut quando tibi sum obligatus et alium habeo debitorem mihi obligatum, & istum tibi assignato ut debitum ab eo recipias te & ipso uolentibus,hæc delegatio quædam.

DELIBERARE est factum diligenter tractare,uel mente in reuoluere,uel cum amicis suis explorare an expediat sibi aliud amittere de quo quæritur. puta hæreditatem agnoscere uel adire.ut leg.si arist.in prin.ff. de iure deli. Datur autem deliberandi tempus hæredibus institutis,ut leg.si plures.ff.de iu.del.Item tutoribus,ut l.ait prætor.ff. eo.tit. Et curatoribus eorũ. Itẽ heredibus ab intestato uenientibus ut l.si quis hæres suus.ff.eo.tit. Datur etiam ad hoc tempus ab Imperatore usq. ad annum. Sed ab aliis iudicibus usque ad octo uel ad nouẽ menses, & non ultra.ut C.de iure delibe. l. fi.§.sed quia. Sed non minus tribus diebus.ff.eodem titu.leg.i.in fin.Est autem effectus deliberationis quia interium bona non debent minui nisi causa cognita.ut ff.eod.leg.ait prætor.Huiusmodi autem deliberatio hodie non est, necessaria si quis inuentarium secundum ll. facere uoluerit ut d.leg.fin.§.sed quia. De hac materia uide Azo.in sum.in ti. de iure delibe.

DELIBERATIO est prouida causæ circunspectio cum qua ratio totum agit,& furor sibi nihil non uendicat.11.q.3. illa præpositorum. & c. seq.qua etiam indiscussi hominum calores possunt refrenari. Et in sententiis ferendis maxima est necessaria.2.q.11.anteriorum.11.q.3. cum apud.

DELICTVM dicitur quasi derelictũ, & not. prout supra tetigi in uerbo contractus quod sic actionum quædam proueniunt ex contractu uel quasi contractu,ita actionum quædam præueniunt ex delicto, aliæ uero ex quasi delicto. Ex delicto proueniunt actiones ubi delictum personæ uere & directe comprehenditur ut est uidere in furto,rapina, homicidio.Ex quasi delicto ubi personæ delictum uere & directe non comprehenditur,sed interpretatiue uel iuris fictione, ut si iudex per imperitiam suam male iudicauit, tenetur parti quam læsit ex quasi delicto. Item si tenes in domo uel officina aliquem paruum hominem qui damnum dedit mihi, teneris ex quasi delicto eo quod in culpa es utendo malorum hominum ope. Et est delictum desertio boni. Peccatum uero prauus actus sed crimen est peccatum graue accusatione & damnatione di-

I 2 gnis.

gnissimum. Hæc est differentia secundum.Augu. 81.dist.c.i. & not. de pen. distinctio.i. si peccatum & per Ioan.And. in regula. peccatum. Et pro differentia inter delictum & peccatum est bona glo. in l. i.C. si ad deli. ubi dicit Accur.. Delictum est genus generalissimum, siue ueniat ex animo,siue non.Crimē uero genus subalternum.Continet enim sub se furtum adulterium, & alia quæ ex animo proueniunt, id est ex conscientia.

DELVDIT id est decipit, & sic delusio non approbatur a iure.extra de alie.iud. muta.causa fac. c.i. de postulatio.prælatorum c.2.nec nocebit.& ff.ne quid in locis publi. l.ul. de iudi.si prætori ibi delusoria essent prætorum decreta.C.de spon. l.fina.in fin.

DEMENS est qui nescit uel nō potest exprimere quid uelit aut nolit. c. pastoralis, de cle.egro. lib. 6.ubi bonus tex. & glo.ubi super uersic. remitti.

DEMOLIRI est dissipare uel destruere. Math.6. Thesaurizate uobis thesauros in celo. ubi tinea non demolitur.

DEMONSTRATIO idem significat quod ostensio. Nam omne uerbum uel factum per quod aliquid ostenditur,demonstratio dicitur.Ideo dicit tex.in l.certum. ff. si cert. pet. Certum est ꝙ nomine proprio uel alia demonstratione quæ uice nomini proprii fugitur. ostenditur & sequitur. Non refert an proprio nomine res appellentur, an digito ostendatur. Et licet falsa demonstratio,non sit demonstratio tñ ex ea qñq. sumitur significatum ad inualidandū actū qui alias ea non ex præsta esset ualidus uerbis gratia. Testator dicit, lego uxori meæ uestem quæ causa eius parata est.Hæc uerba quæ causa eius &c. sunt demonstratiua. Sed pone ꝙ nihil est paratum causa eius, tunc demonstratio est falsa,& dicit tex.in leg. quintus mutius. ff. de au. & arg. leg. ꝙ nullum est legatum. Secus si diceretur. Vestem meam purpuream qui causa eius facta est, quia licet demonstratio sit falsa, tamen apparet de re legata per uerba præcedentia,ut in leg.quintus mutius. præalle. Item si dicat, lego dotem, si nihil sit in dote,nullum est legatum,quia si demonstratio est falsa non demonstrat.& non apparet de legato nisi per demonstrationem l.3.C.de fal.cau. adie.lega. Secus si dicat, lego centum, quæ in dotem accepi nam tunc ualet legatum,quia licet demonstratio sit falsa tamen apparet de re legata. Item dicendo Titium filium meum hæredem instituto, in casu quo non est filius meus, non ualet institutio.Licet enim constet de persona tamen uoluntas testatores fuit instituere filium, & sic illum Titium non filium instituere non noluit,ergo non ualet,ut in leg.si. pater.C. de hæret.insti. Similiter ibi, instituto titium fratrem meum,quē scio non esse fratrem licet uti fratrem fraterna dilectione diligam eum, non ualet institutio l.nemo. §.i. ff. de hære.insti. Item ibi lego decem qui sunt in arca, si sunt in ea tantum quinque ualet legatum ad illa quinque l. si seruus. §. qui quinque. ff.de leg.i.& si nihil est in arca legatum non ualet. Sed ibi lego decem quæ debeo.si nihil debeo adhuc ualet legatum l.sit. ff.de lega.i.quia licet demonstratio sit falsa,constat tamen,de re legata, nam falsa demonstratio nunquam impedit legatum ubi constat de re & uoluntate.Item ibi lego seio decem

quæ

quę titius mihi debet. si titius nihil mihi debet tūc non ualet legatum l. si sic. supra alleg. Ratio. quia ex hoc legato significat cessio actionis legatae, non. n. uoluit decē legare seio, sed cedit actionem sibi contra titium, modo si nihil debet titius. non potest actio cedit cum nihil sit in legato. Item digito demōstrando, lego hunc equum, & est bos non equus, ualet legatum simi liter etiam ualeret promissio talis, ut no. in l. quae extrinsecus. ff. de uerb. oblig. qui per demōstrationem cum digito, constat de corpore, nisi aliū de appareat, nisi credidissem equum fuisse, & bouem non fuisse legatus. Sed, ibi lego bouē meum, & non est bos sed equus, nō ualet legatum l. si qs in fundi uocabulo. ff. de leg. 1. si. tamē apparet de uoluntate, uel quia istū equum solebat uocare bouem, forte quia ibat lente, uel quia habet grossum uentrem, tunc ualeret legatum, ut d. l. si quis in fundi uocabulo. Item quidam habebat duos seruos stichum fullōnem, & pamphilum pistorem, & sic legauit. Lego uxori stichum seruum meum pistorem, quis eorum debebitur, an stichus, ut sic falsa demōstratio per nomen pistoris, non noceat an Pamphilus pistori, ut demōstratio per nomen stichus non noceat. Dixit tex. ꝙ si testator uere sciebat tamen proprium cuiusq. serui tūc ille seruus debetur cuius nomen ꝓpriū expressit, & dicetur in artificio errasse. Si autem non uere sciebat nomē cuiusque, tunc debebitur pistor, & dicetur in nomine proprio errasse, ut in l. qui habebat. ff. de reb. dub. Itē ibi, seruus cōmunis titii & meuii stipuletur dominis suis. dicit text. ꝙ refert an dicat dominis mei simpliciter, an dicat titio & meuio simpliciter, an apponat utriusque nomina ꝓpria & appellatiua, quia si tantum ponat nomina appellatiua dicendo dominis meis, uidetur stipulari ut dominis ideo si sunt dñi pro inequalibus portionibus, ita eis inequaliter, acquiritur, si propria nominia tūc licet sint inequaliter domini, tamē eis acquiritur equaliter. sicut si uni insolidum nominatim stipularetur, si per utrunq. s. nomina propria & appellatiua refert quod nomen praecedat, an proprium an appellatiuum, nam si proprium praecedit, eis aequaliter acquiritur, si appellatiuum praecedit. tunc acquiritur eis, prout sunt domini. l. si seruus communis. ff. de stipu. seruo. Item ibi. iudex praecepit seruienti, ut citet Petrum Ioā. ipse citat Petrum martini sub nomine Petri Ioannis. Dicitur quod si hic citatus sub nomine Petri litigabat coram illo iudice, & in illo litigio iudex fecit eum citari. ualet citatio, quia constat de corpore. & quid de illo tam iudex, quam pars litigans egit. Idem dic si non litigabat coram illo, sed cōiter sic uocabatur quia tam iudex, quām pars litigans se retulit ad illud corpus. quia sic cōmuniter uocabatur, licet in rei ueritate alio nomine uocetur. Idem si nō cōiter sic uocetur. sed est de illo maleficio, uel debito de qua quaerit reputatus obnoxius, quia tam iudex quā pars aduersa de tali sentit. Non obstat de Isaac qui benedixit Iacob. & animus ferebatur super Esau. nam animus suus ferebatur super illo corpore quod erat Iacob. licet crederet quod esset Esau, & ideo tenuit benedictio in Iacob quae procedebat ex animo facto ipsius Isaac benedicentis. Secus in citatione

ne q̃ fit p̃ seruitẽtẽ,& nõ ꝓcedit nisi ex aio iudicis l.fin. C. de exhi.re.

DENA.i.decem, sed improprie. ff.de de uer. obl. si ita stipulatus & ibi in glo.de annu. leg.l. 3. proprie autem significat bis 10. C.de agen. in reb.l.ult. & ff.de leg.1.l.si quis testamento.ubi de hoc.

DENARIVS dicitur a numero de cem.de conse.dist.5.ieiunium.

DENVNTIARE est crimen alicuius superiori nuntiare, ut præposito de augeat nũciationẽ,ut in simi.ff. depo.l.1. in prin. Host.aũt in sum. ti.de accu. & rub.de den.§. 1.dicit ꝙ denũtiatio est criminis alicuius apud iudicem sine inscriptione facta delatio.ad omnia agenda, uel aliam legitimam pœnam imponẽdam, uel etiam ad utrunq.& in §. se ipse distinguit denuntiationem, dicens qđ est quædam denuntiatio penitẽtialis,euangelica,& ad illam quilibet admittitur.Quædam uero iudicialis et canonica, & ad illam non quilibet admittitur. Vide ibi de illa, & in reprobationis Io.An. in c.noui.de iud.Et Gof.in sum.ti. de acc. Dicit qđ mandatũ euangelicum si peccauerit 2.q.1. extenditur solum ad illos qui in magistratu sunt positi,siue cleri.siue laici arg. 23.q.4. duo ista nomina. quo ad alios autem est consilium. Et hoc est uerum in peccato commisso nam in committẽdo omnib.est prę ceptum 22.q.5. hoc uidetur.Et dicit Gof. se approbare dictum Ioã. And.quod quilibet admittatur ad denũtiandũ, dum bono zelo denũtiasset. de sen. & re iud.cũ I. & A. Sed licet infames & irregulares amittãtur, nõ tamen admittuntur criminosi qui sua crimina non correxerunt,quia ꝓsumitur quod malo zelo denũcient. Distinguit tñ diuersa denuntiationem de peccato commisso esse euangelicam,sed de cõmittendo canonicam, ad quam qlibet admittitur ut de cog. spiritua.Et sufficit qualiscunq.notitia, ut in c. hoc uidetur prȩalle. Nec turpitudo propria obsistit,extra de spon.c.præterea 2. Nec impedit iuramentum præcedens.13. dist.nerui.Et not. quod non sequitur iste denunciatus est excommunicatus publice, & nedum in iudicialibus sed etiã in extraiudicialibus euitari, & a legitimis actibus remoueri debet, ergo est excommunicatus quia forte excommunicatus non est,ut si post appellationem legitimam sñia lata sit in eum,non tamẽ fuit (ut debuit) prosecutus appellationem eandem intra tempus ab homine,uel de iure statutum ad ipsam prosequendam c licet. de sen ten.excom.lib.6.

DENIQVE no. Archi.14.distinctione denique.

DENVO id est de nouo uel iterum ff.de distr. pig.l. cum prior in auc. de nup.§. super his ff.de aduo.diuer.iud.l.1.

DE plano aliquid dicitur fieri quod iudex sine figura & strepitu iudiciario facit, de cuius uerbi significato habet hodie plene, de uer. si. in cle. sepe.Arch.de elec.c. indemnitatibus.lib.6. super uerbo strepitu figure. de acc. ca. sicut olim. ubi statuuntur persone idonee simpliciter & de plano absque ulla iurisditiõe sollicite inuestigantis.Dicit ergo iudex aliquid facere de plano.quando.s.non est in concilistorio ut.s.residens in loco, in quo iudicare consueuit, & aliqualiter instructus. sine iuris solennitate aliquid facit.statuit,aut determinat.

DEPORTARE est aliquẽ ꝑpetuo exilio dãnare,sed relegare ad tempus, ut ff.de interdic.& re.l.legatorum. §.dif-

§.differentia. Et in gl.inst. quibus mod.ius pat.po.sol.§.relegati.

DEPOSITVM scdm Host. eo.titu.est quo custodiendum alicui uel alicu ius fidei datum est uel creditum in quo debet qui recipit maximam di ligentiã habere, quia in deposito re cõtrahit obligatio.inst. quia. mod. re.con.ob.§. pen. Et dicitur depositum inter clericos,cõmodatum ue ro inter regulares.Rei autẽ deposite sicut et cõmodate dñium retinemus, ut. ff. cõmodati.l.rei cõmodate. Et dicitur scdm Host.a de,& positum, sic qđ ꝓpositio de auget. Vel dicit a de.i. deorsũ positũ,alias seorsum positũ. s. ad deponente,uel ostenda tur totum fidei eius cõmissum apud quem ponitur quo ad custodiam,& uidetur separat custodia a deponen te. Est ergo aliud pono,aliud depono,ut ff.eo.l.1.Quid sit actio depositi directa est contraria.Require.su pra actio depositi.

DEPOSITARIVS est apud quem res aliqua deponitur custodienda,& ita sumitur in auc.sed iã.C.depo.Et dif fert a sequestro, quia depositarius ad hoc præcise tenetur,ut deposito ri rẽ restituat,tenetur etiã maximã diligẽtiã adhibere sed sequester neu tri litigantiũ tenetur præcise rem re stituere, sed indeterminate ille qui uicerit.

DEPOSITARIVS si utitur deposito contra uoluntatẽ domini uel dene gat illud,committit furtũ,& condẽ natur efficitur infamis. Panor. in c. 1.in 1.not.de deposi.

DERELICTVM dicitur illud qđ caret possessore,id quod in nullus est possessione ut insti. de re. di. §. hoc amplius circa fi.

DEROGARE est diminuere uel in par tẽ tollere uel detrahere. ut ff. de uerbor. sign. l. derogare, & differt ab abrogare, ibidem require supra abrogare.

DISSIDERE est discordare.

DESSIDIA similis est imperitie C. de test. l. ambiguitates & quid est desi dia.no.per Arch.30.q.1.deinde desides.i.negligẽtes C.de anno. & trib. l.iudices lib.10.

DESERTORES dñi clerici qui proprie ecclesiæ ministeriis destitutis, ad aliam uitio fuge se transferunt uel confugiũt,ut 21.q.2. placuit & hoc secundum canones. Sed secũdũ leges desertores domini milites,uitio fuge suam militiam deserẽtes, ut C.eo.ti.l.1.& 2.lib. 12.

DESERTVM est locus non habitatus penitus neque cultus, ultra memoriam ut c.1.de uer.sig.li.6.

DESVETVDO & consuetudo differunt secundum Bar. in l. de quibus ff.de leg.super uerbo de consuetudinem. Nam consuetudo est quando fit contra legem per ipsam consuetudinem, desuetudo est quando non utimur,aliqua lege in iure posita de hoc not.in proe.inst.in fi.& in glo.præal.

DETEGERE.i.publicare,uel testib.ꝓbare C.de male.l.& si excepta.

DETESTARI est absenti denuntiare testibus adhibitis sit l. subsignatũ. §.1.ff.de uer.sig.& l. seq. Aliter aũt detestari est facta alicuius ab renuntiare.spernere, uel abhominari, sed non approbare, uel est exarari uel describi res aliquas,& eas,quæ quales,& quãte sunt, scripto comprehẽdi,ut ff.eo.l. præal.

DETESTATIO est cum testibus facta denuntiatio.

DEVNX est una pars assis.ex 11. uncijs perficitur.inst. de hære.inst.§. hæreditas.

DEVSDEDIT est proprium nomen capitu.tanta.de simo.Similiter deodatus eo.ti.c. 3. Et sic nomen propriũ diuersimode componitur. Quan-

doq. ex noie & participio. Quando que ex noie & uerbo. Quandoque ex pronomine & uerbo, & nomine, ut de quo nulli deus, ut c. 1. de iudi. Nec ualet ar. ab etymologia nominis proprii, quia ad placitum ponitur. Sed nominis appellatiui quandoq. sic. s. negatiue. ut l. si quis in fundi uocabulo ff. de leg. 1. dextãs est pars assis quæ ex 10. unciis perficitur, nec recipit totum, ut in §. præall. require. supra as.

DE D ANTE I.

DIACONVS grece dicitur minister latine, quia sicut in sacerdote. consecratio, in diacono ministerii dispensatio habetur. Et hypodiacones grece dicuntur subdiaconi latine, quia subiacent præceptis leuitarum. Et apud Hebreos nathanei uocantur, ut habetur 21. distinct. cleros Diastoli uel diastoles dicuntur cũ astu dictatores uel distinctores logon, hoc est publice rationis. Et secundum hoc accipitur in gl. de ta. scri. logo C. lib. 11. l. 4.

DIADEMA proprie est corona Imperialis & est solum de auro & lapidib. pretiosis. a dia. i. duo, & demo. quid ex sui rotunditate principium demit & finẽ Io. An. in cle. Romani de iureiur.

DIABOLVS idem est qd demon, a dia qd est duo, & bolos morsus, quasi mordẽs corpus & animam, & creatus est bonus, sed ex libero arbitrio factus est malus, imo adhuc habet liberũ arbitriũ, sed illud est tantum ad malum, alioquin non demereretur & quotidie peior efficitur. Similiter angelus habet liberum arbitrium quo quotide meretur, & melior fit, hoc ergo ad bonum tantum homo uero habet liberum arbitrium eque ad bonum & ad malũ, secũdũ gl. 23. dist. in nomine domini, ubi tex. dicit quod in consecratione episcopi quærendum est post multa si credas quod diabolus non per ordinationem, sed per arbitriũ factus est malus, quia hoc quilibet credere tenetur.

DICTATORES olim dicti fuerũt qui summum magistrũ gerebant, & quorum erat in maioribus causis sententias ferre uel dictare ut. ff. de orig. iu. l. 2. Et a populo dicũtur authores quorũ creati fuerũt tres a Romanis post Cæsares.

DITIO est idem quod potestas ut ff. de orig. iu. l. 2. §. capta & 2. q. 6. c. a iudicibus ad fi. inde iurisdictio & cõponitur ab hoc nomine.

DIDRAGMA est denarius ualẽs duos denarios stater ualet duo didragmata, unde ualet nemnios didragma duos stater duplicat. idem not. per arch. 11. q. 1. magnum.

DIETA in una significatione est cenaculum in quo die magis quam nocte solent homines residere, ut ff. de dona. l. Lucius, uel domuncula constructa in hortis pro colligendis fructibus, seu oblectationis gratia, ita capitur in l. senatus. §. marcellus ff. de leg. In alia uero significatione dicitur spatium unius diei uel lapsus. Quarto est unius diei certa & determinata comestio. Continet autem dieta legalis 20. miliaria italica. Dieta uulgaris dicitur illa quæ habetur secundum conditionem regionis.

DIETARI dicũtur q in cenacula aliena se dirigunt animo furãdi, & dieta secundũ primã significationem sic dicti. & sic exponitur in l. facularii. in prin. ff. de extraor. cri. licet ibi legatur in tex. directarii.

DIFFAMATOR quis sit, & quis dicatur diffamare. uide Bart. in l. turpia. ff. de le. 1. & quando quis diffamari dicatur de maleficio, an sufficit in genere, uel in specie mali fieri requiratur

quiratur

quiratur, uide ibidem Bar.

DIFFINITIVA sententia require. infra sententia.

DIFFICILE dicitur quandoque quod nullo modo sit. 2. q. 6. biduum uer. sed aduersus & gl. fi. de testi. cap. præsentium exponit non de facili id est nullo modo. Adde quod difficile interdum exponitur idest raro. ut. ff. de leg. 3. feio. & l. hæres meus. §. uxori. Aliquando difficile id est nunquam 1. q. si quis neq. & c. principatus, & ibi no. Aliquando difficile exponitur l. laboriosum. in autem. ut hi qui ob. se ha. pr. res mili. §. quoniam autem Aliquando, id est 19. 67. dist. quantumlibet. & ibi not. Ita qualiter difficile intelligitur, uide de hære. inst. l. seruus.

DIFFICVLTAS & impossibilitas sæpe parificatur, ut pulchre ponit Fel. in ecclesia sanctæ Mariæ in 39. col. uer. secundum notabile est quod ecclesia de consti.

DIGESTVM secundum Azo. in sum. de uet. iur. enu. dicitur legalis liber qui alio nomine uocatur pandecta, seu liber pandectarum eo quo omnes disputationes & decisiones legitimas in se habet, & quod undiq. collectionem in summis recipit in centum quinquaginta pœnæ milia uersuum totum opus perficiens quem in quinquaginta libros partiales digesfit Imperator. Collectus autem fuit iste liber ex ueteri iure quod ab urbe Roma condita & a Romuli temporibus usque ad tempora Iustiniani fere, per mille. & 400. annos confuse statutum obtinuit. Et extendebatur in duo milia pene librorum, & tricies centena milia uersuum, uel responsorum, ut patet C. de ) ( uet. iur. enu. l. 2. §. sed cum omnia. Et dictum fuit. ff. eo. quia omnia ibi ibidem decidentia ) ( digeruntur & soluuntur. secundum Acc. in proe. insti. Quare autem pandecta diuisa fuit in tres libros uel uolumina quorum primum uocatur digestum uetus, secundum infortiatum tertium digestum nouum, ratio, quia a duobus imperatoribus nuncupatis hoc nomine Federicus, postea maturius ruminatum est, ergo scribitur per duplex ff. secundum quosdam. Dicitur autem pandecta an pan. quod est totum, & decta doctrina quia ibi est tota doctrina omnium iurisconsultorum, ut in §. præal. cum omnia decidentia ibi digerantur & soluantur, secundum Azo. ac Dy. in prin. inst. Et no. Ioan. Andr. in proe. cle. quod digestum capitur alibi pro doctorum 15. q. 9. apostolice de conse. dist. 5. natales & cap. præceden. Quidam dicunt quod iste liber olim per duplex do scribebatur, uel per cap. & gra. & postea per uitium scriptorum corruptum sit. Sed prima ratio uidetur melior. s. quod digestum scribatur contra morem omnium legalium librorum per duplex ff. ( quamuis illæ due literæ nec in principio nec in fine huius nominis digestum ponantur,) ideo quia ille liber fuit digestus secundario per duos Federicos Imperatores, a quorum cuiuslibet nomine sumpta est prima litera f. sic erunt duo ff. licet ista ratio aliis non placet, quia neuter illorum Imperatorum aliquid fecit exceptis paucis constitutionib. positis in usibus feudorum. Dicunt ergo esse uitium scriptorum. Et unus illorum librorum nominatus est infortiatum, quia cum Romæ esset studium amissum, & Bononiæ incleret, eius recuperatione facta Rauenne cum esset amissum ius est redditum, forte cum multa addita qua decrant

deerant, & sic sumitur in pro ualde. Alii dicant quod fortes leges in eo sunt, sed certe & in uteri. Alii abinuentore seu authore sic nominatum dicunt. Vel dicitur φ nomina magistralia sunt quare non est de eis disputandum, sed relin uitur pertinacibus secundum Tulium & qđ plura sunt negotia quam uo cabula. ff. de præscri. uer. l. natura enim. Alii ab inforcifim chaldeo uo cabulo quod est dispositio, dictum uolunt, quia ultime dispositiones in eo sunt unde. Sum liber fortis disponens spolia mortis. Et clau sis portis me discat lector ĩ hortis. Hæc in gl. huius libri reducitur φ unus Federicus de prædictis, q fecit aut. oẽs peregrini C. cõia. de suc. natus fuit in ciuitate Pan. ex antiquissima muliere quę ne rederet par tũ esse suppositũ publice in medio palatii peperit.

DIGITVS non est membrum, sed mẽbri officium. ff. de stat. hom. l non sint liberi adde Bart. in l. 2. de publi. iud. in uer. sed quid appellatur Adde Fel. in c. ergo enim in 3. col. uer. digitur de iureiur. ubi limitat in sex casib. & fallit secundum Bar. ad hoc, quando quis esset notabilis artifex, quasi amittit digitum dicitur amittere membrum & ista confirmat Bar. uide Ioan. de Ana. in c. ex iniuncto. de hæ. in 6. Fel. in c. cum illorum. de sen. excom. in 3. col. uer. & no. limita uide ibidem la te per eum.

DIGNITAS quid sit, secundum Arch. patet de consue. c. 1. lib. 6. in gloss. & hæc erat contra, quæ est notabilis. Dignitas quandoq. idem est quod potestas uel conditio uel prerogatiua secularis ut 22. q. 5. administratores. & C. de dig. li. 11. Et sic iudex dicitur habere dignitatem, ut ff. de albo. scrib. l. ult. De hac etiã not. 4. q. 3. in prin. Item dignitas est quædam præeminentia ecclesiæ uel in ecclesia. c. quamuis de uer. sig. uide no. per Ioan. And. 3. dist. deniq. & Vin. & bei. de cleri. non resi. c. 3. & de præben. de multa. Et quot mo dis sumatur dignitas no. etiam, de rescrip. sedes apostolica in glo. super uerbo maiores que incipit, sed quas personas. Quandoque autem sumitur strictius pro eminentia prærogatiue personæ ecclesiasticæ, quæ prærogatiua etiam dicitur personatus, qui cognoscitur quando aliquis habet prærogatiuam in choro uel capitulo in optionibus, in processionibus, in uocibus dandis, & similibus plusquam alii canonici sui ordinis, ut in d. cap. 1. de consum. præla. cum si. Et illa cogno scitur his modis, primo quãdo quis habet administrationem rerum ecclesie cum iurisdictione. Secundo quando habet nomen dignitatis & prælationem seu prærogatiua tam in choro quam in cap. Tertio quando ex consuetudine ecclesiæ habetur aliquid in dignitate. uide Archid. obl. supra. Etiam dignitatis significat latius & strictius secundum usum ecclesiarum. nam quod in una ecclesia continetur sub nomine dignitatis, in alia continetur sub nomine officii. & econtra prout cuiusuis ecclesie usus habet. Reperitur etiam latissima significatio pro qua uis excellentia. ver. gra. eum. aliquis relinquitur prin. & princeps moritur ante diem legati cedentem debetur successori. Ratio quia uidetur legatum esse dignitati significato sumpto ex hoc quod relictum est sub nomine dignitatis. Dignitas autem non moritur 12. q. 2. liberti. Sed cum relinquitur augustæ, & ipsa moritur ante diem legati cedentem, le-

gatum

gatum perit.l. quod principi. cum l.seq.ff. de leg.2.Ratio quia cũ dignitatem non ex se, sed ex augusto habeat non uidetur ei relinqui sub nomine dignitatis,sed sub nomine proprio relictum esset ei, ideo non debetur auguste succedendi, nisi quocunque alio medio probabili concludatur uoluntas testatoris esse talia. Ex his Bar.talẽ decidit quæstionem. Si relinquitur uicario episcopi eo mortuo ante diem, non debetur successori, cum uicarius non habeat dignitatem a se sed a solo episcopo.Et breuiter uoluntas disponentis debet inspici.Item ibi concedo domino Ioanni, uidetur concessum personæ, significato sumpto a nomine proprio. Si uero ponitur nomen appellatiuum tantum, uidetur relictum dignitati. Si uero ponitur utrunque proprium & appellatiuum dignitatis, tunc distinguitur. Nam si proprium præcedit, uidetur concedere personæ. Si appellatiuum dignitatis uel ecclesiæ præcedit,tunc dignitati concessum uidetur. hoc per Bar. in l.ciuib.ff.de reb.dubiis.

DILATIO est temporis in causa prorogatio. Et dilationum secundum Hostien.in sum. tit. de dilatio.§. 1. aliæ sunt citatoriæ, quæ dantur uocato ad causam, ad ueniendum ad iudicem ante lit.contesta.intra quas citatus se præparabit,ut ueniat in termino, & nihilominus post mortem, ut extra de offi. del. consuluit.de quibus.ff.de iudi.l.ad peremptorium. cum seq. usque ad l.de qua re. Et aliæ sunt restitutoriæ,quæ dantur his qui spoliari fuerunt seu sunt uel dantur ad appellandum quæ sunt 20. dierum uel ad restitutionem in integrum petẽdam,quæ olim intra annum utilẽ, quæ hodie intra quadriennium,cõtinuum dantur. ut C. de in integr. rest.l. fin. Aliæ sunt deliberatoriæ, quæ dantur reis ad deliberandum. de quibus C.de lit.contest.in auth. auferatur hodie canonizata 3.q.3. §.offeratur. Aliæ sunt reparatoriæ quæ dantur uolenti probare. de quib.in l.1. C.de dilatio. Aliæ sunt executoriæ, quæ dantur condemnato ad hoc quod satisfaciat. de his.l.2.C.de usu. Aliæ sunt reuocatoriæ, quæ dantur habentibus ius reuocandi domum, de quibus habetur lege secunda.§.legatis. ff.de iud. Aliæ sunt uacatoriæ siue feriales. ut in lege prima ff.de fe.& 25. quæstione 3. per totum.Aliæ sunt prosecutione, quæ dantur ad appellationem prosequendam de quibus in auth. ei qui appellat.C. de tempo.appel. Aliæ sunt saluatoriæ, ut penitentiales. Aliæ præceptoriæ, de appellatio. cap.præterea. Aliæ electoriæ, ut de conuer. coniuga.cap. ex. publico.ff.de adopt.l. mancipiorum. & de elect.ne pro defectu. Aliæ experitoriæ. ut extra de frig. & maleficia laudabilem. Aliæ exemptoriæ.ut qui matrimonium accusare possunt. cap.fi. & C. de ingen. manu.l.diffamari. Aliæ sunt repræsentatoriæ, ut de appellat.cap. personas, & cap. de secundo requir. & cap. sæpe de elect. dudum primæ & de renun. ueniẽs.Aliæ exceptoriæ scilicet ad proponendas exceptiones concessas a iure de excess. pastoralis hos modos & species latius prosequitur Hostien.ibidem & Spec.eodem. titu. & plures addit. Spec. uide ibidem, & gl.sum. 3. quæstio.2. declarat notabiliter quinque species iudiciarum uel dilationem Specu. autem enumerat quindecim ĩ ti.de dila.§.1.& Host.

in

in sum.eo.tit.§.i. Nam restitutorie inducie dabantur olim spoliatis, uel eiectis, ꝙ tandem restitutis. intra quas a iudiciorum strepitu quiescebant,& erant minores sexmensibus, nec maiores annos. 4. q. 2. eiestis. Vel uerius erant arbitrarie.c.si episcopus.ea quæstio. Et deliberatorie dantur ante lit. contest. Cum enim citatus uenit ad iudicem porrigitur ei libellus, quo oblato dantur a iudice inducie.20. dierum in quibus deliberat reus ut cedat uel contendat, siue iudicem recuset. Et talis exceptio dilatio est, ideo ante lit.contesta. proponenda de re iud.c.cum inter monasterium. Et exceptio recusatoria iudicis debet prima esse inter dilatorias qua omissa sit alie proponatur. ad ipsam redditi non potest nisi ex noua causa.Dantur etiam ante lit.contest. quæ paternales adiectiones induciarum dicuntur,ut 5.q.2.præsenti. Pręparatorie uero dantur post lit.contest.probare uolétibus intra quas præparent suas probationes quarum spacium moderandum est. ut dicit lex. 4.q.3.§. spatium. Et dantur tam actori quam reo & tantum semel. ut in. §. spatium præalleg. nisi casus emergat inopinatus.Iudicatorie autem dantur condemnatis, & sunt quatuor mensium,de re iudi.c.ad consulationem. Nec habent locum in causis criminalibus,in quibus executio non deffertur nisi in quatuor casibus,ut no.Gof.de iud.§.partib. Et not.quod in ciuilib. causis pro qualibet causa necessario datur una dilatio. In criminalibus uero tres sunt reo, & due actori. hic Gof.in sum.eod.tit.

DILATIO potest etiam sic describi secundum Bal.est tempus quod habet certum principium, & certum finem.Vel sic.Est tempus datum a lege uel iudice paribus ad ueniendũ. Et talis est duplex scilicet prima quę datur ab homine uel a iudice,secunda quę datur a iure uel a lege ut patet,in rub.de feriis.

DILAPIDARE est res uel bona prodigaliter & indifferenter erogare. secundum quod no. Archi. de rescri. statutum lib. 6. & de ele. quia sepe eo.tit.Et sic sumatur in l.si pro ea. C.mandati & ff.de mino.l. uerum. circa finem.

DILAPIDATIO que fit in bonis ex quibus coiecturis appareat.uide P. in c.licet hely.in 2.col.uersi.item.no. quod suspitio.de simo.

DILIGENTER uerbum exponitur secundum subiectam materiam,secundum Corsetum singulari incipiente uerbum diligenter.in litera. D. ubi refert dominum suum. Ita tenuisse. in c. super eo.de cri. fal. ubi dicit quod aliquando refertur ad oculum intellectus & ad subtilem modum inuestigandi. & optimo probatur secundum eum in c.quam graue &c.licet eo.tit.

DE litere est latere. Inde delitescere inchoatiuum,& utuntur multum oratores dicentes. Vnde tibi scribendi capessam exordia mea, sane rationes delitescunt. & habetur. in l.dies festos. C.de fer. ubi dicitur. Taceat apparitio, addoptatio delitescat.& ueniat a uerbo de litere, a de,& latere.

DIMINVTIO capitis. Require supra capitis diminutio.

DIPLOMA, atis. teste Seruio dicitur epistola uel scriptura ad alium missa,a uerbo gręce dipioo, quod est duplico inde diploma. i. duplicatio litere eo quod duplicetur. Iure consultus autem usus est pro itineris duplicatione.in l.cõtinuus.§. cuncta stilatus.ff.de uer. ob.quãuis du-

duplomate apud eum legatur.

DIOCESIS secundum Archidiac. de 1 escrip.statutum. lib.6. dicitur distinctio uel diuisio siue gubernatio quia diuisa & diuersa est ab ecclesia alterius episcopatus,& commissa gubernationi unius, ut pa et 6. q.i.episcopum, & 25.q.3. quicunque & c.licet & c. inter.& ibidem not.de tem.ord.c.eos.lib.6. Aliquando sumitur pro regione uel prouincia,& sic forte capitur.in l.præsides C.de offi.rec.prouin. Aliquando sumitur pro prouincia,etiam interdum sumitur pro parochia. Vide de hoc Archi. ibidem & 6. q.i. episcopum. & dicitur a dis quod est duo,& cessio.i.separatio, quia separat duas iurisdictiones. Et no quod appellatione diocesis non comprehenditur ciuitas,quia dignius sub minori comprehendi non debet, sed ciuitas dignior est dioecesi,sed appellatione ciuitatis bene diocesis comprehendit,ut not. in capitul. Rodulphus de rescrip. Et quod nomen ordinarius plura comprehendat quam nomen diocesanus,uide glos.2.cle. i.de uita & honest. cleri. & melius glo in uerbo diocesanus in clem. i. de iure patro.

DIOCESVS tota est parrochia episcopi,ut in c.parrochianos.de sepul. & in c.apostolice.de don. Panor.in c. quoniam.in 2.no.de dec.

DIPONDIVS est genus ponderis leuissimi ex duob. assib. compositi, ut dicit Beda super illud Lu. 12. Nonne quinque passare ueneunt dipondio,uel est as duplicatus,uide. licet 24.unice ut no. institu.de hæred. instit.§. & si plures unciæ. Et quod in numeri est unum,in ponderibus est as,quod duo habet dipondia,& dicuntur a dya quod est duo & pondus,quasi duplex pondus leuissimi ponderis.

DIRECTVM uerbum est quando significat illum cui relinquitur uel in quem disponitur,ut sua manu recipiantur.Sy. obliquum uerbum est quod significat ut de manu alterius accipiatur. Et commune uerbum est quod utranque significationem habet uerbi gratia directum uerbum est institutio, quia significat quod institutus sua & non alterius manu accipiat. ff. de hæred. instit. per totum. Idem in uerbo hæres esto eo. tit. & in uerbo accrescat, in tit.C.quando non peten. par petentibus accrescunt. Idem in uerbis accipit,l go, captat, quia sunt directe significantia obliquum uerbum est restituo.l.restituta, & per totum titulum ff.ad Trebell. Item ibi,uolo quod talem hæredem recipias quia tunc per fideicommissum pars hæreditatis est illa restituenda l.pater filium.§. fin. ff.de legat.3.Item ibi,rogo ut titium hæredem facias. l. ex facto in prin. ff. ad Trebell. nam per hoc uidetur uelle intelligere quod hæreditatem suam sibi restituat, & sic non directe hæredum illum facit. Idem in uerbo detur.l.fundi. trebatiani. ff.de usufru.legat. Et breuiter non ne uerbum significans quod quis de manu alterius accipiatur, est obliquum de communi uerbo, ut substituo, nam si paganus substituit filio impuberim quandocunque decesserit per uerbum substituo. hæc substitutio est fideicommissaria,ut no. in l.centurio. ff. de uulg. substitu. Si autem substituit filio si hæres non erit substitutus admittitur ex directo suo iure. Est ergo commune, quia habet utranque significationem. Et rationem quare non est directum, fit illud uerbum instituo ponit Bartol. in præal.l. centurio quia magis generale

tale,est nam in loco alterius qualitercunque positus, dicitur substitutus etiam in singularibus legatis,secus de uerbo instituto. Idem in his uerbis perueniat,pertineat, habeat, retineat,remaneat,reuertatur,deuoluatur,conuertatur,succedat.Et breuiter quodcunque uerbum significat sic utroque modo quod quis sua manu habebat,uel ab alia,dicitur commune ut no.Bar.in l.centurio præallegata.

DISCRETIO.i.differentia. C.qui test. fa.pos.l.discentis.& de sac.san.ecc. l.fi.in prin.

DISCRIMEN.i.damnum C.de fi. instr.l. 2. & dic ut ibi & extra de ele.ut quis duas lib. 6. Aliquando discrimen.i.differentia institu.de liberri. §.fin.& ibi no.Aliquando. i. periculum. ff. de iure.iur.l.prætor edixit.& C.de pœna iudi. qui male. iud.l.2.

DISPOSITIO debet large interpretari quantumcunque pœnalis sit, si aliter non possit habere effectum. Pa.in c.bone memorie.2.nu.6.de postula.prælat.

DISPOSITIO etiam penalis extenditur ad limites rationis expresse Pã. in c.i.quarta col.uersi. quod autem de re iudicata.

DISPOSITVM in uno utrum significet tantum illa uel etiam disposita in alio distingue , quia aut factum est denegando,in uno & quæritur an significet concesssionem in alio.Et econtra factum est de concedendo in uno, & quæritur an significet denegationem in alio. Secundo si dispositum in uno habet casum significatum a contrario sensu , an significet dispositionem contrariam in illo casu . Tertio si est dispositum in fauorem an significet dispositum in odium uel econtra . Quarto an dispositum in uno simpliciter significet retentionem in alio . Pro quo notandum quod debet regula fieri quod dispositum in uno significet tamen in illo,quia illud continet quod significat quandoque tamen significatum extenditur,prout.ex quouis modo significandi probabili concluditur.Vnde ad primum quæsitum respondetur dicendo quod dispositũ de negando in uno significat confessionem in alio &c. uerbi gratia testator dicit lego domum excepto tali instrumento, per hoc denegatum significatur in aliis instrumentum concessum. l. quæsitum.§. idem respondit.uer. denique.ff. de hære. Instit. Item in mutuo denegatur esse procuratorem , & pupillo testem significatur quod aliis cõceditur. Idem dic in omnibus edictis prohibitoriis.l.cum prætor. ff. de iudi.Nam quod de uno negatur de alio conceditur.20.distin.qualis 15.q. 3. c. eod.Similiter concessum in uno significat denegatum in alio,quia econtra quod de uno cõceditur,de alio negari uidetur.leg. cum ita legum.ff.de conui. & dem. Et notatus in c.nonne. de præsum. & l.quæsitum.§.i. ff. de fund. instr. & instru. leg. uerbi gratia , testator dixit sic,lego duas statuas marmoreas , & omne marmor. per hoc quod dicit duas statuas marmoreas uidetur denegare de aliis statuis nec compræhenduntur sub illis uerbis generalibus , & omne marmor, ut l.cum hæres.§.i.ff.de leg. 3.Item ubi collegium conceditur aliquibus aliis uidetur denegatum , ut in tit.de col.illi. C. Item ubi mulier pro bonis paraphernalibus (.i. bonis quæ tradit marito supra dotẽ , & non pro dote)sibi prouidet quod alique res pignori . obligate tunc alie res mariti non sunt sibi pignori

ri obligate,& tamen si sibi non prouideret, omnes essent sibi obligare pignori, & sic dispositio in uno, operatur denegationē in alio uel l. fi. C. de pac. Item ibi in secundo casu respondetur quod dispositum in uno si habet casum signatum a contrario sensu tunc significat dispositionem contrariam in illo casu u. g. debes mihi pecuniam pure iussu meo promisisti eam titio sub conditione si ex ea uenerit dispositum uidetur sub contraria dispositione. s. ut si non uenerit, eam mihi non debeas. Et ista dispositio contrarie contrario non tollitur casu istis uerbis dispositioni seu eorum significato expressa, seu aliquide ut. l. pecuniam. ff. si cert. petat. Item legatum ademptum sub cōditione sub contraria conditione datū esse intelligitur ut l. aliquando in fi. ff. de condi. & demō. ubi text. non dicit datū est, sed datum intelligitur facit quod no. gl. in l. apud antiquos sup uerbo coniecturā. §. de fur. Item ibi, dando dotē mulieri stipulor mihi reddi si per diuortium in matrimonium fuerit solutū hoc casu in casu contrario. s. si fuerit solutū ne per diuortiū, sed per mortem nihil uideor disponere: l. si cū dotem. ff. sol. mat. Item ibi conuenticulam illicitam fieri prohibemus extra ecclesiam. l. conuenticula. C. de epi. & cle. Non ideo sequitur ꝙ in ecclesia permittatur fieri quia cōtra rationem naturalem & ciuilem est, & sic hæc uerba extra ecclesiam ibi nihil operantur sed ibi ponuntur, quia de facto non fiebant in ecclesiis, sed in priuatis domib. Et sic lex prohibet morbū urgentē, quia ꝙ medicamenta morbis hoc exhibent iura negociis in aut. hæc constitutio. no. in consti. in prin. col. 8. facit. c. ut constitueret. l. di. Itē in tertio membro respondetur ꝙ in dispositio fauorem significatur ēt dispositū in lesionem, ut si contrahēdo tecū societatē dico paciscēdo ꝙ habeo duas partes lucri & tu tertiā, significatur alia dispō quod ēt habeo duas partes damni & tu tertiā insti. pro socio. §. illud & sic significatur dispositio retorsiua dispositi in lesionē disponentis seu paciscentis sui fauore. Ex hoc deciditur quæstio talis quod qui impetrauit gratiam ad præbendas integras non habet gratiam ad semipræbendas quia in semipræbendis nihil est dispositum.

ITEM iudei non possunt conueniri die sabbati & non possunt conueniri. C. de iude. l. die sabbato utrunque. s. non posse cōuenire, nec posse cōueniri, disponitur expresse, & significatur ex uerbis dispositionis, nec hoc dispositum quod nō posint conueniri, retorquetur in eorū lesionē qđ non possit cōueniri quia dispositio utrunque cōtinet ergo nihil significatur aliunde. Itē dicendum in dispositio in odium. s. quod etiam significet fauorem, ut aliquis est infamis, ecce odium & sequitur fauor, qđ non compellitur esse testis. Idē in delegato qui etiā non testificatur. Ad quartum membrum respondetur affirmatiꝰ & qđ dispositum in uno simpliciter, etiā significat extensionem in alio, ut q cōcedit alteri in fundo suo aquæ haustum, etiam intelligitur concedere seruitutem itineris aquæ haustum lege item. §. 1. ff. de serui. rustico. prędio.

DISTRIBVTIVVM dicitur quod distributionem significat & hoc diuersimode, prout diuersitas subiectę materie uel aliud medium probabile habet diuersificare. uer. gr. sic dicendo, quilibet fert lapidem sen-

sensus, est quod unusquisque per se insolidum fert lapidem. Ideo si testator dicat, quilibet hæredū meorum det titio decem, tunc quo sunt hæredes, toties titius habebit decem. l. si plurib. & ibi no. glo. ff. de leg. 2. S. autem testator ostendens duos uel tres cum digito, dicat q. libet uestrem hæres mihi esto, sensus est ꝙ quilibet sit hæres in parte non insolidum. l. hoc articulo. in te, nō in solidum. l. hoc articulo. in fi. de hær. inst. Nam materia subiecta non paritur de pluribus quemlibet solidum hæredem esse, cum impossibile sit cuilibet eandē hæreditatem insolidum attribui. Itē ibi quisquis mihi hæres erit det titio centum, siue unus solus hæres sit, siue plures, titio debentur centū solum. l. ab omnibus in prin. ff. de leg. 1. & l. si quis in fundi uocabulo. in fi. eo. tit. Et si in eodem casu hæredem dare titio, uel eximit eū a dando, adhuc centum debentur titio ab aliis. l. ab omnibus in prin. prælleg. Itē ibi quicunque primo ingressus fuerit castrum habebit centum, duo simul ingrediuntur. quilibet admittitur, quia hæc distributiua uerificatur in uno solo, & etiā in pluribus uel omnibus cō currentibus, quia primus est qui aliquis ante se non habet, & actus primi uerbi distribuitur cuilibet insolidum, ideo etiam actus secundi uerbi ergo quilibet qui primo ingreditur, habet centum. l. qui filium. §. 1. ff. de leg. 1. Sed si dicatur, quicunque ingressus fuerit primo habebit illū equum, uel hunc fundum, tunc pluribus simul ingrediētib. nullus debet habere in proprio significato uerbi, quia unum tantū requiret. Item ibi quicunque ceperit uexillum bohemorum habeat centum, duo simul capiunt, hi duo simul centum tantū habebunt, Ratio Bar. quia actus primi uerbi. s. capiendi uexillum, non competit cuilibet in solidum, ideo nec actus secundi. s. habēdi centū & est simila sicut cum duo simul portāt trabem, & nullus eorū per se. l. ita uulneratu. §. 1. ff. ad l. aquilinum.

DISCVSSOR require infra inspector.

DISSERTVS uel dissertor ē idē quod fandus & inde desertatio, & est ciuilis sapientia, ut C. de or. cog. qualis inde uenit superlatiuus disertissimus, ut C. de aduo. diuer. iudi. l. petitionem in iudicio.

DESPVNGERE uel distinguere est conferre data & accepta, ut in l. cognoscere. §. ff. de uerbo. significati.

DISPENDIVM dicitur damnum uel detrimentū. Aliter dicitur longum & inutile compendium uero breue & utile. de accu. c. qualiter & quando. 2. ad fi. & cap. dispendia de rescrip. lib. 6. in glo. 1. & cle. dispendiosam. de iudi. facit regula qđ ob gratiam de reg. iur. lib. 6. inde dispēdiosus. i. damnosus. cle. prealleg. de iudi. ubi concor. in gloss. Quandoque dispendium dicitur idem quod tediosum absque tamē utilitate, ut in iure. præall. c. dispendia. & c. qualiter.

DISPENSARE idē est quod dispone re unde dispensatores dicūtur eo ꝙ domum alicuius uel res dispo nunt, & ita accipitur in l. dispensatores. ff. de solu. Et dicitur dispēsare uidelicet rigorem iuris relaxare per eū qui hoc facere potest. Et si aliter fit nō est dispensare, sed dissipare. Dispensatio est iuris communis prouida relaxatio utilitate seu necessitate pensata, secundum Guil. in spe. tit. de dispen. Vel sic, ad rigoris iuris per eum ad quem spe-

spectat canonice facta relaxatio. 1. q. 7. nisi rigor. &c. se. Quandoque enim dispensatio sumitur improprie id est pro iuris declaratione, ut in c. quintaual. de iureiur. prout ponituram Spec. titu. de le. rub. de dispen. §. 1. Item secundum Io. An. (quem sequitur dominus Ant. de But.) dispensatio est quædam communis mensuratio ad singula & est de iure concessa propter impossibilitatem prouidendi de omnibus particularibus, sicut nauigantes quædam proprium, ut alio salua sint. 1. q. 7. dispensationes. Et traxit originem a Deo qui ex sola misericordia, & dispensatione uniuersa creauit, & ea subiecit huiusmodi instit. de re. diui. §. in pecudum. & dispēsatio est quadruplex scilicet semiplena ad minoris. in q. 1. si. quis hæretice. Plena ad sacerdotiū. 1. q. 2. conuenientib. Plenior ad episcopum 11. dist. nos consuetudinem. Et plenissima ad priuatū omnes ordines & dignitates. 20. q. 4. ipsa pietas, ut no. Io. And. in glo. c. præal. nos consuetudines. Itē no. quod dispensans habere debet intuitum boni uniuersi, cum omnis lex pro bono & publico sit inuenta. 4. distinct. erit autem lex. & intuitu rationis & causæ. Hinc est quod si dispensatio fiat absque intuitu rationis, dispensatio nō dicitur, ut not. in c. quia in tantum de præben. in glo. etiam non tutus est quo ad Deum, cum quo sine causa dispensatur, ut not. Bar. in capitu. non est de uo. & uo. reden. sa. 11. q. 3. is qui præest. & 24. q. 1. manet. Et debet tria mouere dispensantem, necessitas, utilitas, & euidens prærogatiue meritorum. q. 7. tali coniugio, & capit. exigunt. item dispensatio non conceditur cuique nisi habent lege concedere, & tollere, & sic per principem & papam, uel eorum authoritatem fieri potest. Et dicitur notanter quod dispensans debet respicere cōmodum uniuersi, quia alias uideretur dispensatio impossibilis titio. cū ius commune introductum sit pro bono publico. 4. distin. c. supra alleg. Et quod dispensatus priuatum dicatur, patet 4. distinct. priuilegia. & quod ius publicum præferendum sit priuato, patet cap. bonæ memoriæ, id est de postu. præla. Sic enim dispensatio fit etiam pro bono communi. Item non dicitur acceptio personarum quæ prohibetur. cap. nouit. de iud. & de reg. iur. in iudiciis lib. 6. Quoniam enim circa equales equalia, & circa inæquales seruantur inequalia, cum bonos non solum metu pœnarum, uerum etiam præmiorum exhortatione afficere debeamus. ff. de iusti. & iur. l. 1. ideo, bene conceditur uni quod alii denegatur. Item licet contra ius naturale non admittatur. capit. dispē satio 13. distinct. in prin. & ius commune fundetur super naturali ratione distin. 1. consuetudo tamen dispensans mouetur ratione particulari contra ius commune, quod nō potest omnibus particularibus prouidere, ergo dispensatur secundū naturalem equitatem, & rationabilitatem, nam qui pro aliis laborat præmiatur, & plura sentit commoda, qui plura habuit onera. ut in regula. Quæ sentit onus &c. de reg. iur. lib. 6.

DISPVTARE, est allegare, uidelicet intentionem suam per probationem in iudicium deductam ostendere, & eam pro uiribus asseuerare, & roborare, ut 11. quæstio. 3. aliorum & 23. quæstio. 8. conuenior. & de fid. instrumentorum,

inter dilectus.& de re iud. abbate sane l. 6. cum similibus. Quod autem.huiusmodi allegationes, & disputationes fieri debeant super testibus, & aliis actibus.patet in capitulo in causis de test. & in auth.eodem titu.§.quia cum similibus.

De hac mataria uide Specu. titu. de dispu.§.allegata.

DISTRAHERE, est uendere. ut ff. de contrahen.emptio.& uendi. l. si ita distrahitur. & l. rem alienam & l. quoties. eodem.titu. cum multis similibus.

DISTRACTIO, ponitur pro diuortio.in auctē.de nupt.§. nuptias. & ibi in glo. ff. de diuor. & rep. lege secunda. Et uide.C. & ff. de distractio. pignor. & C. de iure delibe.l.1.

DISTRIBVIT, non est uerum directū in substitutionibus Bar. in l. centurio. ff. de uulg. & pup. & est uerum quod dicit Bart. de uerbo distribuantur, quia est obliquum si est simpliciter prolatum,secus cum adiuncto, scilicet per fideicommissarios,seu executores, quia tūc est directum, ut ibidem per Bart. in uersicu. sed si quis testator dicit &c. melius per Bartol. in l. fundi trebatiani in fi. ff. de usufru. deleg. dum loquitur de uerbo dentur. De natura distributiui uide Bart.in l. stichum.§. stipulatio. ff. de uer.obli. & in l.si quis in fundi uocabulo.§.1.ff.de leg.1.& in l. qui filiabus. §. fina. eodem titu. Et quæ sint nomina distributiua. Bart.in l.hoc articulo. ff. de hære. di.instituen.

DISTRICTVS.idem est quod territorium. cle. ne romani de elect. & territorium dicitur a terendo l. pupillus.§. territorium.ff. de uerborum signi fi.

DIV ponitur pro biennio. ff. de re iudi.l.fina.& ff.loca.l.cum domini. Quandoque ponitur pro tribus mēsibus.12.dist in. lectis in gloss. Aliquando pro decem. insti.de li.obli. §.penult.& ff.qui & a qui. si cum fideicommissaria.§.aristo. Ponitur etiam aliis modis, ut ibi not. Aliquando pro triennio. ff.de ului. l. 1.quamuis aduersus. Aliquando ponitur pro anno. ff. de success. edi.1.§.largius.§.quibus. Aliquando momētum significat C.de aqui. pos. lege secunda. Item quando diu fieri intelligatur, uide extra de electio. quia propter. &c. offerri de libel. obli. cum multis iuribus.

DIVERTERE, est discedere diuortio.i.contractum matrimonium separare,unde dicitur, mulier diuertit se a uiro suo. ut l. 3. ff. de diuor.& l.si ita filia.eo.tit.

DIVINATIO, accipitur tripliciter. Primo pro scientia theologiæ, a quo theologi dicuntur diuini. Secundo pro scientia infusa a Deo, & sic accipitur Prouer. 16. Diuinatio in labiis regiis,in iudicio nō errabit os eius &c. Tertio pro sciētia magica, uel fallaci propheticatione uel prophetizatione, quia falsi prophetæ & magi, fingunt se præuidere, uel præscire futura, ut capitur in l.nemo C. de malemathem. &c. & sic dicitur diuinatio a diuino,nas, nare, id est uaticinari, uel futura prædicere. Genus autem diuinationis a Persis fertur esse allatum. Et diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Sunt autem duo genera diuinationis,cuius quidam quatuor dixerunt esse genera. Et habentur hæc omnia.26.quæst. 3.c. 1.in princ.

DIVORTIVM secundū Goff.& Hos. in summ. eod. titu. §. 1. inter uirum & mulierem legitime facta separa-

separatio. Et dicitur legitime, quia quos Deus coniunxit homo non separat, scilicet uiolenter, & absque ratione. Non enim homo separat, quos pœna damnat, quos reat? accusat, quos maleficium coarctat, 32.q.2. solet.& de consang. & affini. cap. de infidelibus. Et dicitur a diuersitate mentium quia illi qui matrimonium distrahunt in diuersas partes eunt. ut ff.eod. titu. l.1. & l.2. & ff.de uerb.significa.l.inter stuprum. §. diuor tium. & l. inter diuortium. Sic ergo dictum est a diuortiando, quia in ueritate diuersæ sunt mentes diuortiatorum, quæ prius erant coniunctæ unitorum, quare etiam repudium dici solet. ff.eo.ti.per totum. & C.de repu.

DIVVS, idem est quod sacer, uel diuinus.

DINALEM accipere.i.epistolã imperialem, per quam reuelata est quantitas, quæ solita erat dari in ordinatione pontificis.

DIES est duplex, naturalis,& artificialis. Naturalis est quæ more romano incipit a media nocte & altera sequenti media nocte finitur l.more.ff. de fer. Et significat prout quiuis significãdi modus declarat. Nam ibi hæredem instituo ex die tali, usque ad diem talem, dies nihil facit, quia tollitur dies,& dispositio remanet puta.l.hæreditas. de hæredi. insti. Similiter ibi constituo prædio tuo seruitutem a tali die usque ad talem diem. ff.de serui. l.4. Ratio quia hoc casu & præcedenti sic ciuiliter disponitur, ut nihil significet ipso iure, sed in effectu. Item ibi promitto tibi ascendere capitolium prima die qua mortuus ero, nihil significat, quia subiecta materia significare non dat. Sed ibi lego tibi fundum post decennium per hãc diei appositionem impeditur translatio domini, ut in l. sempronius.ff. de usufruc. lega. & tamen ibi promitto tibi decem post decennium, non impeditur obligatio.l.centesimis. ff. de uerborum oblibatio.& ita dies apposita significat ibi dominium impediri.hic autem non significat obligationem impediri, sed tantum executionem.Sed quæ sit ratio diuersitatis doct.se multũ inuoluerunt, potest tamen dici ita ratio, quia si impediretur obligatio nulla esset promisso uel legatum, nam ad id tempus trahi non potest. Secus in conditione quæ de sui natura retrotrahitur, sed dies certa non potest sic retrotrahi in domino, & sic dies optime impedit dominii translationem. Item ibi promitto tibi, qua die mihi placebit.ualet dispositio quia dies sed tempus potest poni in uoluntate obligantis, licet non ipse actus etiam dico incertus pro conditione habetur, ut in l.dies incertus.ff. de condi.& demon.

DIES quando apponitur ad aliquid faciendum non est opus interpellatione ad morum contrahendam Panor. in c.potuit. in 2.col. uersi. item no.de loca.

DICTICE sunt columnæ ecclesi. in quibus imagines patrum in suo cathalogo ponuntur. Vel sunt tabulæ scribendi, uel pingendi a dicto dicte.

DE D ANTE O.

DOCIBILIS proprie dicitur liber. sed docilis est homo doctrinalis. ponitur tamẽ unum pro relinquo. 22. distinction. qui episcopus in princip. Et Petrus in epistola. Erunt omnes dociles Dei 36. distin.§.ecce.

DOLONES, dicũtur flagella quedam

intra quorum uirgam latet pugio de quibus meminit iureconsult.in l. si.ex plagis.§.i. ff.ad l.aquil.

DOLVS malus secundum Hostien. eo. tit.in summ.& Goff. est calliditas,fallatio aut machinatio ad circumueniendum, decipiendum seu. fallendum alterum adhibita,ut ff. eod.tit.l.i.§. i. committitur caliditas talis in tacendo, uel dissimulando,unde Salo. Qui dissimulat iniuriam,callidus est Prouerb. 12. & potest poni exemplum in uenditore.qui si sciebat seruitutem deberi, uel rem alienam, uel alii obligatam esse,nec certificauit emptorem,tenetur ei, quia dolo malo uersatus est. De hoc de rescrip. capitul.super literis,& 15.quæstio. 2. præscriptum.Sed fallacia committitur in mentiendo, & falsum asserendo contra conscientiam. Vnde Augusti. Mendacium est falsa uocis significatio cum intentione fallendi.13.quæstio.secunda,ille ergo. Machinatio committitur ex parte uerborum. Nam machinatio est occulta insidiatio. Dicitur autem dolus malus ad differentiam doli boni,nam dolus bonus est quando aduersus latronum, uel inimicum quis machinatur multo fortius in hostem publicum.12.quæstio.secunda.utilem.& capit.quæritur. & 23. quęstio.8.ut pridem.ff.de leg.2.leg. cum pa er.§.titia ad fin.& talis dolus fraudem excludit.ff.de leg.2.prę alleg. Est tamen hosti fides seruanda fidem seruanti.23. q.i. nolli estimare. Sed frangenti fidem fides frangatur eidem.5.C.de pac.capitu. cum pronas in glo. Accur. Vnde ueteres dolum bonum uocabant solertiam,ut ff. eod.titu l.i.§.nō fuit. Vnde dicimus. Iste est bonæ indolis, quasi bonum dolum intus habens,id est ingenuum, & solertiam. Vnde & Salomon in iudicando meretricis bonum dolum adhibuit, id est ingenium. de præsump. cap. affert. Item dolus bonus fraudem excludit.præalleg. leg. cum pater. Item dolus fraus & simulatio sunt nomina reatuum,qui nunquam permittuntur a canone, & qui peccat non peccat de legis authoritate.23. quæstio. 4. quę peccat. Et utilis simulatio est de his, quæ ui uetus ue causa fiunt. Vide nil refert, armis contingat palma dolo ue.Nam dolus est uirtus quam quis i hoste requirit. Sed ne dum quis alienam perfidiam arguit propriam fidem soluat 22.quæstio.4. innocens. Et quomodo ex dolo detur actio doli quæ dicitur subsidiaria, cum nullum aliud remedium speret, de hoc uide Goffred. Et not. differentiam inter ista quinque nomina, dolus,lata culpa,leuis culpa,leuissima culpa,& casus fortuitus.Nam dolus est insidiosa,uel studiosa machinatio ad aliquem decipiendum. ut supra dictum est de dolo malo. uerbi gratia. Deposuisti pœnes me librum, & ego te dolose ad finē quod titium (quem scio furem esse,& qui uult furari librum tuum) in domum meam intrare facias, dimitto ostium apertum ut intret & furetur, ego teneor deposito subtracto, quia commisi dolum. Sed lata culpa est non intelligere quod omnes intelligunt quod nescire quod omnes faciunt quod maior pars.scit. Leuis culpa est desidia, uel negligentia. Sed leuissima culpa est quæ aliquo modo potuit præuideri. Et casus fortuitus est inopinatus rei euentus quia nullo diligenti potuit precaueri, ut inundatio,naufragium, ruina,incedium, tempestas incursus latronum, de quibus institu. quib. modis

modis contra. obli. §. item is cui, & ibi melius quam aliqua alia lex finali.C.de pigno. act. leg.qua fortuitis. Et quando dolum adhibet reus, intelligenda sunt uerba secundum quod actor intelligit, alias debent intelligi uerba in proprio,sensu,de spon. capitulo ex literis in text. & in glos.Item qui dolum obiicit dolum probabit leg. quoties.ff.de probationi. Hoc tamen fallit in pastore qui negat suo dolo uel negligentia quem perisse & custode carceris, argu. ff.de eden.leg.si quis.§.ulti. Item dolus est fraus, & non econuerso.ff.de pact.leg.iurisgentium.§.do lo. Sed contra ff. de re iudic.leg. fraudem ubi dicitur quod fraus non fit sine dolo.Solus. Fraus fit dupliciter. Vno modo de re cum consilio, & sic fraus nunquam fit sine dolo. Alio modo de re sine consilio, ut quando aliqui decipit aliquem re ipsa ignoranter & sic fit sine dolo.

DOLI capax est proximus pubertatis scilicet quando mas habet 12. annos & dimidium, tunc enim potest delinquere, prterquam in adulterio secundum Accur. Femina uero quando habet 11. & dimidium annos,ut not. ff.de regul. iur.l.pupillum. Augustin.uero dicit in epistola ad Renatum, quod puer dicitur doli capax cum est septem annorum quia tunc mentiri & uerum loqui potest. de hoc not. in c.omnes utriusque sexus de pæ. & remiss.

DOMICILIVM alicuius est ibi maiorem partem fortune siue constituit, uel magnam partem bonorum suorum, uel si ibi habet larem idest familium. ut C. de inco. & cen.leg.sine lib. 10. uel nihil ibi habet assidue tamen conuersatur, sola tamen domus non constituit domicilium sed magis ibi erit ubi summam rerum suarum constituit, unde rursus discessurus non sit, unde cum profectus fuerit peregrinari uidetur & ad quem locum cum redierit, peregrinari desinit de hoc Inn.de fo.comp. ex parte Abb. tamen non potest habere domicilium nisi in suo monasterio licet alii seculares clerici, & laici bene possint plura habere domicilia si diuersis locis se ista instruerint, ut non minus in uno quam in alio se collocasse uideantur. Potest etiam quis esse sine domicilio,secundum Goffre.de foro competent.Et quamuis Goffred. scripsit clericus ibi habet domicilium ubi larem constituit & non semper ubi ecclesiam secundum Archidia.tamen not.quod locus ubi clerici seu loca in quibus clerici tenetur ad residentiam, semper debent pro domicilis reputari.licet etiam aliqui contra dicant.& sic etiam not. Innocen. Hostien.de priui.cap.ex ore. Vide de hoc Archidiac. de rescript. statutum.lib.6.in glo.super uerbo actor & reus.

DOMESTICVS quis dicatur. uide Bart.in leg.i.in prin.ff.ad Sylleia.& in l.2.C.de testib.in l.præsenti.§. sane.C.de his qui ad ecclesiam confug.bo glo.3.q.5.in summa. Felyn. in c.cum oporteat col.3.uer.nec obstat.de accu.

DOMINIVM directum secũdum Azon. in summa de iure emphy. circa finem. dicitur habere ille qui possidet ciuiliter tanquam dominus, & illud dicitur dominium directum, quia solus dominus directus habet ciuilem possessionem,u nota.in leg.3.§. ex cõtrario. ff.de acquiren. posse. Vel ideo dicitur habere dominium directum

quia fine omni alia obligatione liberam potestatem habet rei qualiter non est in illo qui habet dominium utile,uel mixtum.

DOMINIVM merum forte idem est quod directum,licet de illo dominio & sequenti raro legatur, dicit tamen ꝙ illa duo dominia merũ & mixtum sunt potius duæ differentiæ quæ diuidunt hoc genus imperii, ut sic omni imperium aut sit merum aut mixtum. ut in l. imperium ff.de iurisd.om.iud.

DOMINIVM mixtum est illud quod partim conuenit cum directo dominio,& partium cum utili.

DOMINIVM utile secundum Azo.dicitur habere ille qui solum naturaliter possidet, & non ciuiliter, ut emphyteota usustructuarius et feudatarius, quod Ioã. nõ placet, ut 3.§.ex cõtrario ff. de acquir. poss. Sed quidã ut Azo. refert in sum. C.de iur. emphy.dicunt emphiteotam habere quandam ciuilem possess.& utilem rei uendicationem. ff.si ager uecti.c. 1. Et differt dominium a possessore.ut l. si quis. ff.de acquir. posses. in §. differentia. & ibi nota. Bar. quid sit dominium, & quotuplex. Et quanuis communiter dominium tradatur rei traditione, datur tamen casus quo dominium traditur sine rei traditione, saltem noua quando uidelicet quis prius habet rem aliquo titulo, scilicet pignori obligatam ex locato uel conducto, & creditor dicit debitori, placet ꝙ habeas pignus insolutum & alter respondeat, placet, ut not. in l. cum dominam.C.de pigno.

DOMINI recti erant quidam officiales defensores ciuitatum uel municipiorum.

DOMINI mores magistratus sic dicti, quia domini recti suffragio duorum eligebantur, unus constituebatur a plebe, aliter a maioribus.C.de iudiciis.

DOMVS sumitur quandoque agnatione.l.cum unus in prin.ff. de alimen. & ciba. lega. & ad similiter in prin. Item pro omnibus cohabitantibus in domo C. ne lic. pot. patr.li.præ.l.1.in fi.accipitur etiam pro omnib. gerentib. eadem signa uel arma. Etiam communiter domus est quæ constat ex parietibus, tecto & fundamento protegẽs nos a chaumatib. & imbribus. Si omnes de domo nobiliũ dicuntur, an bastardus cõpræhẽdatur. Et respõdetur quod capiendo pro agnatione,tunc nõ cõpræhenditur. Si pro descendentibus ex eodẽ sanguine tunc compræhenditur,ut l. pronuntiatio in leg.ff.de uerb.sig.Si capiatur pro habitatione, tunc attenditur an sic habens, uel ne. Similiter accipiendo pro portantib. idem signum.est uidendum an portet,uel ne,& dicit Bar.quod secundum communem modum lombardiæ dicẽdo omnes de domo intelliguntur omnes de eodẽ sanguine descendens, sed quando simpliciter fit mentio de domo,tunc capitur pro loco.De hoc uide Bar.l. tutele. ff.de capi.dimin.Nam appellatione domus secũdum Bar.non comprehenditur porticus nisi fiat extensio uocabuli. & sic statuta de domo non compræhendunt porticum. Alii contra in l.certa ff.de leg. i. in §. sed si quis ad opus.Stante ergo statuto quod puniatur repertus sine lumine ĩ nocte extra domum secundum illos non punietur repertus sub portico domus suæ.

DOMVM reuocare est dicere te non debere litem pati eo loco quo conueneris,sed ibi domum habes. Vnde legatus qui mittitur Romam, uel

uel uocatur a principe pro necessitate uel utilitate reipu.non tenebit tunc respondere, sed habet ius reuocandi domum De hoc uide quod legitur & not.de for. compe.c.ult. & de dilat.exposuit & ff.de iud.l.2.§. legatis.

DONATIO secundum Azo. in sum. C.de don. & secundum Host.l.sum. eo. tit.§. 1. est rei licite nullo iure cogenti mera liberalitate facta collocatio.ut ff.eo.tit.l.donari. Nam illicita rei donatio non tenetur, ut d. l.1.§.scilicet. Et dicitur donatio quasi donis gratis contractio.ut ff. de don.cau.mor.l.senalus.§. donatio. Donationis autem diuerse sunt species, prout not.Azo.& Host.ibidem.quis alia est inter uiuos. alia est causa mort. & hæc sunt duo genera donationum.ut inst.eo.titu.in princ. Item donationem inter uiuos alia ob causam interpositam, alia simpliciter. Et illatum simplicium alia est simplex pura & perfecta alia imperfecta seu conditionalis, & sub hac specie donationis ob causa forte cadunt donationes inter utrum & uxo..imo qñq. sunt simplices, & tunc regulariter sunt prohibiti propter causas quæ not. C.de don.ante nup.l.si ante medium ibi simplices.Interdû. enim donationes ille fiunt ob causam honestã & licitam, & sunt permisse ut in casibus qui sunt.ff. de don.inter uir. & uxo. l. si sponsus.§. concessa. usq. ad.§. si maritus.& quæ in illo.§ et consueuerunt notari per doct.f casus plures inter quos casus sunt alii qui in quib. etiam simplex donatio ualet. ideo dictum est supra regulariter. Et sponsalitia donatio semper in dubio ob causam futuri matrimonii præsumitur factu, ut not.in l.cum ueterẽ.C.de don. ante nup.Donationum etiam causa mor. tres sunt species.non tantum secundum ordinem regularem, sed etiam secundum ordinem alphabeti ut in tit. de don. propter nup. A quo iure uero descendat. ut de insti. in glo.de do. §. 1.

DONATIO ante nup. uel propter nup. secundum Azo. in sum. C.eo.ti. est illa quam facit sponsus, uel aliquis nomine eius. sponse uel alteri nomine sponse. & hæc donatio est ob causam. Forte tamen sic dicitur. l. fi. C. eo.titu.ubi hoc expresse habetur ꝙ non sit donatio simplex quia sicut sine matrimonio dos est nulla ita & donatio sine matrimonio nulla est. Hinc est quod illa donatio uocatur antipherna, quasi contraria donatio.Et dicitur ab anti quod est contra. & pherna donatio, ut ptæall.l.fi.C. eo.titu. Maritus enim ab uxore accipit dotem id est donationem ad matrimonium, sic ecõtrario ipse donat uxori propter nuptias, & ideo licet olim diceretur donatio ante nuptias, tamen qa hodie conceditur post nuptias, ideo hodie uocatus donatio propter nuptia, ut inst.de don.§.est & aliud genus & d.l.fi.

DONATIO cau.mor.secundum Azo. in sum.eod.ti.est cum quis uidit magis se habere quam eum cui donat subaudi tradende uel se obligando, nec hæc diffinitio. legatum contineat per uerba ibi.posita. Dicitur .n.attrahẽdo uel te obligãdo, ut nõ referantur ad testatorem. Differt aût hæc donatio. s. causa mortis a legato, iuxta ea quæ no.C.de don. §. 1.in fi.Host.autẽ eo.ti.in sum.§. 1. eam sic diffinit. Donatio causa mortis est timore mortis imminentis uel future alicuius prouide & liberaliter facta collatio. Et huius tres sunt species secundum Host.ti. de dona. in sum. quas ponit sub.§.

quot eius sub uersic. donationum. Non donationum causa mortis prima species est cum quis donat metu mortalitatis futuræ, & non instanti. Secunda est cum quis donat metu mortalitatis instantis, desperans omnino de conualescentia, & hæc donatio comparatur ei qui est inter uiuos. Tertia est quando magis uult se habere quam eum cui donat, & magis donatariũ quã suum hæredem. Prædictæ species possunt colligi ex l.senatus.§.mortis, iuncta.l.1.ff.eo.ti.& sunt expresse.in l.2.eo. tit.

DONATIO inter uir. & uxo.secundũ Azo.in sum.C eo.ti.est quæ fit constante matri. quæ secundum leges est prohibita ideo ne mutuo amore inuicem spoliarentur donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate abutentes, nec esset eis studium liberos potius educandi.& illa est ratio secundum Azo. quia sepe futurum esse ut matrimonia separarentur si non donarent hi qui possent, & matrimonia uenialia essent.Omnes prædicta habent eo.ti.l.1.& 2.Aliter tamen accipitur. de hoc uide Host. in sum.

DONATIO inter uiuos scd'm Azo.in sum.est quando rem quã dono, malo habere illum cui dono quam me. Hæc diffinitio colligi potest ex l.1. in prin. ff.de donat.Et hæc quinque causis potest reuocari in glo.inst.de don §.sciendum.

DONATIO inter parentes & liberos, secundum Azo. in sum.C.de don.inter uir. & uxo. omnia illa quæ dicuntur de do.inter u.r.& uxo. intelligitur etiam de donatione inter parentes & liberos. Hæc enim (ut no.C.eod.tit.l.donationes)iuris impossibilitate prohibite sunt, cum una & eadem persona iuris artificio æstimetur pater & filius genitor.& genitus, ut C.de imp.& aliis substi. l. fi. ad fi.Si enim alter alteri donat sibiipsi donare uidetur, & ideo nulla est donatio, in casibus puta in dote,& donatione propter nupt. ut ff. fam. ercis.Pomponius philadelphus. ff.de col.do per totum, quæ equis passibus ambulant.ut l.h.C.de don.ante nup.Item cum donat mobilia filiofamil.eunti in castra ut C.fam. erci.l.4.Item ualet remissio usufructus in rebus aduenticiis.ut C.de bo.l'b.c cum oportet.§.finautem res. Et de omnibus prædictis casibus. s.in quibus tenet hæc donatio est glo.no. C. de inof. dona l.1.in uerbo duabus.Item donatio facta in alimentum. Alias nõ tenet donatio. sed tamen si factum est in filium tanquam in extraneum uel collata in eũ supremo iudicio, cõfirmatur eodem modo & cum eadem determinatione qua confirmatur donatio facta inter coniuges, ut l.donationem præall.C.de dona. inter uir. & uxo.

DONATIO mera est eadem cum simplici. s.quando inter uiuos donatio fit, quæ etiam dicitur pura libertate fieri non causa secuta. Si uero fit ex causa præcedente. tũc dicitur remunratio potius quam donatio, ut C.de bon.liberto.l.cum oportet. §. cum autem.

DONATIO facta ob causam interpositam secundum Host. in sum eo.ti. §.q̃ eius species, est quædam donatio inter uiuos q̃ fit ob causam interpositam,& donat ut aliquid fiat uel non fiat, uel propter quid fit donatio secuta iuxta ea quæ habentur l.1.§.1. ff. de dona. ut etiam supra dictum est.

DONATIO perfecta & pura est species donationis simplicis & est q̃ã statim p̃ pura liberalitate transfertur dominium rei date de illa.C.

de

de dona.& ff.eo.tit.generaliter, per tot.& maxime ff.eo.tit.l.1.

DONATIO autem imperfecta siue cōditionalis uel sub modo est species donationis simplicis secundum Host.ibidem.Et est quando ita tim transfertur dominium rei date, & non nisi sub conditione, uel modo,uel in diem,ut dono tibi si rex iurauerit Italiam uel dono ita ꝙ tuum sit hinc ad annum uel aliquid huiusmodi. De ista materia require.C.de dona. quæ sub modo & con.

DONATIO simplex est quæ causam non habet & cum donans nullo casu uult ad se redire quod dedit uel daturum se promisit, ut ff.de donatio.l.1.

DONATIO sub modo comprehendit supra sua donatione perfecta uel imperfecta. Donatio sponsalitia secundum Azo. in sum.C. de donat. ante nup. §.sponsalitia,dicitur illa quæ a sponso sponsæ fit, uel econtra, licet raro accidit.C.ti.præal.l. a sponso.§..& si sponsa interueniente.ubi dicitur si sponsa interueniente uel non interueniente osculo. donationis ti. (quod raro accidit) fuerit aliquid sponso largita &cæt. Ratio, quia fœmininum genus auarissimum est in donando. ff. ad uel le.l.sed si in ego.in fi.ubi dicitur.Facili se mulier obligati quam alicui donet. Et ibi not. Accur. Hæc donatio fit intuitu mulierum, & ideo non potest dici uere propter nup donatio, sed simpliciter.Conditio autem inest,si steterit per donantē, ut C. de don.ante nup.l. cum ueterum sententia.

DONEC,ut no.Ioan.Cal.in commento decreta.post cessionem.de prob. significat diuersimode, prout quod uis medium probabile significare declarat, uerbi gratia, Lego filiæ decem donec nubat significat legatum esse annuum.l. legatum ff. de annu. leg. Ratio quia hæc dictio significat limitationem. Et ex hoc sequitur ꝙ testator uoluit facere multiplicationem, cuius sit limitatio ad tempus nubendi, ut ex tunc non debeatis, item ibi, lego filiæ fundum cornelianum,donec nubat, uel donec capitolium ascendat; non significat legatum annuū,quia subiecta materia non patitur, quæ non est multiplicabilis, sed tantum significat extinctionem adueniente tempore nuptus uel ascensionis capitolii. Item ibi donec inuentarium scribitur non licet creditoribus & legatariis hæredem conuenit.l. fi. §. donec.C. de iur. delib. quia subiecta materia hæc declarat. Nam inuentarium debet incipit & finiri intra certum tempus, ut in eadem l.dicitur. Item ibi,creditor facit debitori pactum de non petendo donec titius fiat consul significat imitationem exceptionis per euéntum, & sic etiam conditionem, at si titius fiat consul, finiatur exceptio pacti,si non sed moriatur antequam fiat consul, fiat perpetuo exceptio. l. sufficit.ff.de con di. & demon.Nam ex euentu incerto futuro significatur conditio l. itaq.ff.si cer.peta.idem ibi locus est conditioni furtiue donec dominum a domino recedat significat limitationē & ꝙ ipso iure dominio ab eo recedente non locus conditioni. l. siue §.tandiu ff.de condi.furt.Item promitto decem singulis annis donec titius consul fiat,titio existente cōsule adhuc obligatus sum ipso iure,sed petentem repellam,l. eum qui ita.§.qui ita. ff. de uerb. obl.Ratio quia non est in potestate disponentiū obligationē limitato tempore ut ipso iure finiatur tpe.Item lego fun

dum

dum donec titius fiat consul, ipso existente consule finitur legatum & dominium ipso iure.ad hęredum reuertitur l. fi.C.de leg.quia in potestate testatoris est facere legatum certo tempore finitur ipso iure, ut ibid. Item ibi. Dono tibi prædium donec titius, fiat consul, titio existente consule non finitur donatio ipso iure, nec reducitur dominium ad donātē. ar. l ea lege C.de cond. ab cām.Ratio quia non est in potestate cōntrahentium facere contractum finiri tēpore, uel dominiū trāsferri. Et sic de continualibus.

DOS secundum Azo.in sum. C. de iu. do. est quod datur a muliere mario. ut l. si rem estimatam.ff.de iur. do. uel ab eius parte, uel extraneo ut in §. accedit. l. unic.de rei uxo. actio. C. cum infinitis aliis in quibus dos semper marito datur,uel eius patri, ut l. fundus.ff. fami. ercisc. & l.maritus. & l. filia. §. hoc amplius, eo.tit.& hoc propter onera matrimonii, ut l.pro onerib. C. de iure. dot. ut perpetuo sit penes eum, ut l. 1.ff.de iur. dot. & durat quandiu durat matrimonium, nisi maritus uergat ad inopiam. Hoc ideo dicitur. quia dos soluto matrimo. debet redire ad uxorem uel eius hæredes,sicut donatio propter nupt. ad maritum uel hæredes. C. de pac.conuen. super do. l. pen. & in authen. de quali. & propter nup. do.ob.dicit quod bonum est argumen de dote, ad dona. propter nup. Fallit hoc in casibus, in glo. unica circa medium. in c. peruenit.de empt.& uend.Dicitur autem dos pherna, ut cauit glo. C.de dona.ante nup.l.fi. 1. donatio quæ propter matrimonium conceditur, & sine eo non pōt esse, ut præall.ff. de dona.ante nupt. ff. de iu. do. l. 3.'cum sim.nec propter matrimonium prohibetur, sicut prohibentur simplicis donationes. Et oportet ut dos sit quando matrimoniū est nedum de facto,sed de iure contractū, ut C. de cond. ob cau.l.1.& repetitur quando marrimonium stare non potest. cap. & si necesse. de do.inter ui.& uxo. Et redditur mulieri separatæ propter consanguinitatem.cap.nuper.& c.1.eo.ti.Diuiduntur autem secundum Azo. ubi supra dos in profectitiam (de qua habetur in l. profectitia. ff. de iure dot.) & in audentitiam. Quæ diuisio colligitur ex l. filie dote ibi nec dubium.C.de colla.

DOS aduentitia,secūdū Azo.est quæ non proficiscitur a parente, ut si extraneus dederit patri, ut paret in do.l.profectitia.§.si quis certam. ff. de iu.dot.Vel pater non tanquā pater,sed ut extraneus dedit, puta q̄a debeat filiæ,& de eius uoluntate dedit in dotem uiro,ut d.l.profectitia. §. fin.uer.cæterum.

DOS profectitia est quæ a patre,& tā quam a patre,uel ab auo,uel a pro auo paterno profecta est.s.de bonis eius,uel facto eius pro filia uel nepote eius,uel quam alias de mandato eorum constituit,uel præses,aut curator dedit de bonis alicuius eorum,si erat parens prodigus,uel furiosus. Nec refert an filia uel neptis sic in potestate constituta, uel emancipata. Non enim in potestatis, sed nomen parentis facit profectitiam. A parente ergo uidetur data si ipse dedit, uel iussit alium dare, uel præses, uel curator eius dedit, ut dictum est.Idem est si negotiorum gestor eius dederit, & ipse ratum habuerit, quæ omnia habentur in d.l.profectitia in pri. iun cto.§.1. & in fin.

DOTIS priuilegia sunt multa require. de hoc in sum. de priuil. do. &

Spe.

Spe.in trac.libel. tit.de dona. inter uir.& uxo.§.formatis,ubi not.

DOTIS promissio secundum Host. uel nuda pollicitatio secũdũ. Azo. eo.tit.fit per stipulationem, & etiã quandoque sine præcedenti interro gatione. Nã pollicitatio nihil aliud est quam offerenti promissio,ut no. eo.super rub.

Dotalitium.l.donatio propter nu.uel res paraphernales. i. ultra dotem date.doctor.in cap.ex parte de foro compet.&.in c.nuper de don.inter uir.& uxo.

DE D ANTE R.

DROMONES dicuntur qui præerãt nauibus ad seruandum traiectum maris, in hoc reipublice militantes,& mari transitum tenentes uel tuentes.C.de offi.præfec. prætorio aphir.l.2.unde etiam adhuc eorundem naues nomine uulgari promo nens appellantur.

DE D ANTE V.

DVBIVM siue obscurum uerbum in terpretandum est pro reo, nisi in quatuor casibus.s.quando agitur causa liberali. de inoffici. testa. de matrimonio, & de dote, ut de fide instru.inter dilectos, in glo.ult. & de re iudi.c.ult. Item dubia sunt in meliorem partem interpretanda.de reg iu.estote.In quibus ad cõem intelligentiam uerborum recurrendũ est c.ex literis.de spons. & tutior uia in dubiis est eligenda. de hom. ad audientiam.& de spons.iuuenis.

DVBIVM esse non dr̃ illud de quo est regula, licet sint aliq̃ casus spãles nisi de casibus spãlibus mentio facit Bar.in l.quoties.ff.qui cautio.

DVBIVS in fide est infidelis de he.ca pit. i.

DECENNARII dicuntur duces uel magistri ducentorum militum quo rum dignitatem dicimus substanti uo nomine ducennam.

DVCES factionum.i.malorum operũ ff.de appella.l.constitutiones.

DVDVM.i.ante.in aut.ut lib.de cete. §.quia propter.& hęc dictio aliquã do non respicit multum retro. in auth.de hær.& fal.§.si uero aut.& §.si uero nullus.& §.si uero nulla. Qñque dudum.i.cũ in auth.de non eligen.secun.rub.§.gregoria.

DVMmodo uide glos.in c.non potest de præben.lib.6.

DVELLVM dicitur singularis pugna quæ fit propter probationem alicu ius,ita ut qui uicerit probasse credatur. & uictus in probatione defecisse.& dicitur quasi duorum bellum factum ad probationem ueritatis, ac si per testes qui intentionem suam fundasset ut capi. 2. de pur.uul.quomodo autem si licitum uel non,no.glo.in l.quia actione.§. si quis.ff.ad l.acqui. ubi Dicitur.Si quis in collectatione uel pancratio,uel dum pugiles inter se certãt alius alium occiderit siquidem in publico certamine, cessit acquilia, quia glorie causa & non iniurie gratia damnum datum uidetur.Et duellum non debet fieri pro ecclesia,ut in c.de cler.puguan.in duel.Si tamẽ clericus faceret duellum & non sequeretur mors,uel membri detruncatio, posset ex sui episcopi dispensatione in susceptis ministrare, & & promoueri,ut in c.præalleg. Etiã de iure ciuili duellum non permittitur.l.cum filius. §.i.ff.de leg. 2. & ibi no.glo.fi. Et ibi dicit Bartol. se audiuisse ab imperatore quod antequã duellum permittatur,quin q. requiruntur.Primo quod ille qui prouocatur sit suspectus uel diffamatur.Scdo ꝙ non possit uera probatio haberi de eo de quo inculpatur. Tertio ꝙ prouocatus sit par uel maior prouocante, quia minori uel inferiori non licet ascende-

re ad

re ad superiorem, Quarto quod causa, sit personalis & non pecunialis. Quinto quod electa sit per duellum uia armorum & non uia strepitus iudicialis. Sed Ioan. de Imo. dicit quod reperit secundum leges feudorum in tribus casibus permissum esse duellum. Primus casus est in titulo de pace tenenda. §. si quis hominem in c.i. col. 10. Secundus casus est eadem institutione. §. si quis alium Tertius casus est etiam in eadem institutione § si quis miles ubi uidetur innuere quod in qualibet causa capitali potest fieri duellum licet gl. contra teneat de iure Lonbardorum quæ gl. remittit ad Gof. Bononien. qui fecit tractatum de pugna & duello. Et dicitur etiam duellum monomachia a monos qđ est onum & machia pugna. quasi pugna unica, & singularis, & ideo inter laicos prohibetur, quia in eo deus tentatur. 2. q 5 cap. monomachia. Nec ob. exemplum Dauit pugnantis cum Golia, quia priuilegia paucorum, non faciunt commu nem legem 26. q. 2. c. non exemplo, & in quæ raro fiunt miraculum est in anthen. de consulibus. §. i. circa medium col. 8.

DVELLVM fuit inuentum ex diabolica imaginatione, seu instigatione, ut homines se trucidarent, & sic insurgeret periculum animarum. Panor. in cap. i. in fi. de cle. pu. in duell.

DVPLICATIO est allegatio que datur reo ad infirmandum replicationem actoris, ut instit. de re. §. rursum. & no. in Spec. de exce. §. nũc de replicatione, uel secundum alios est elisio uel annihilatio replicationis & habet fieri a reo contra repli. acto.

DVPLICITAS prohibetur in sex casibus ut no. Arch. 18. q. 2. in nullo.

DVPLOMA, ut habetur. ff. de uerbo. ob. leg. continuus. §. cum ita est iter duplicatum, uel celeritas secundum glo. ibi nam tex. ibi exponit dicens. Neque duplomate. i. diebus ac noctibus & omni tempestate contempta iter continuare cogatur. q d. dũ ploma facit nam tex. ibi prohibet eum qui ephesi daturum se promiserit, nec cum duplomate cogiturũ. nec tam duplicate progredi, ut reprehensione dignus apparet. Vel ergo duploma dicitur ille qui duplata uritur dicta, uel est ille qui fortuito temporis euentus de duabus dietis facit unam.

DVNTAXAT. de hoc uide Arch. de rescrip. statutum. §. in nullus. li. 6. & de iueriur. c. i. eo. lib.

DVPLOIS uel dyplois est dupla uestis.

DVVMVIRI. i. magistratus municipii qui curie prȩsunt. C. de decu. l. duũuiris lib. 10. Vtrum sit magistratus uel non no. C. quo quisq. or. conue. l. fi. ita lib. 6.

## DE LITERA E.

E PRAEPOSITIO aliquando excludit extra de re. c. i. ibi emeritum. i. indignum, aliquando includit, ut in Lucano. Quæ rura dabuntur emeritis idest bene meritis.

EATENVS quot modis capiatur. uide Bar. in l. i. in princi. ff. de no. ope. nuncia.

EBRIETAS refertur ad superfluitatem potus, & est immoderatus usus uini & duo sunt effectus ebrietatis. Nam inducitur mentis exilium, & ꝓuocatio libidinis, & ideo olim patres abstinebant ab usu carnium & uini c. ab exordio & c. ante omnia 36. dist. ubi dicitur quod ebrietas est fomes omnium peccatorum. Pan. in c. a crapula de ui. & ho. cle. Ebrietas assidua est peccatum mortale. §. alias demum 25. distin.

ſtin. nam frequenter quis inebriatur,qui ſcienter & uoluntarie inebriatur. Abbas in ca.a crapula, & in c.1. de reliq. & c. ſane, in princ. ubi dicit etiam quod uix ebrioſi decedunt ſine peccato,& uide glo.in l.1.C.de reliq.& uene.ſanc.

EBRIETAS facit delictum mitius puniri Bar.in l. reſpiciendum. §.delinquunt.ff.de pe.

DE E ANTE C.

ECCLESIA ſcdm Archi.de ele.fundamenta lib 6. in prin.multis modis dicitur qñque dicit collectio ſancto rũ.6.22.q.1. nuptiarũ 22. q.4.recurrat.i fi.Secundo eſt catholicorũ uel fidelių collectio.q.de conſ.diſt.1. eccleſia & ſic ſumitur 3.q.4. engel trudan. Et no. ꝙ ſicut ex decreta. Iulii Papæ.c.2. ſumitur tunc eccleſia eſt nomen græcum.& dr̃ in latino conuocatio. propter hoc quod omnes ad ſe uocat. Et de expoſitio ne huius nominis eccleſia uide. & quærelã ne præla.6. ſu.ſub.an.cen. conce.in glo.ubi no.Nam ſinagoga eſt congregatio quæ proprie eſt iudeorũ. Sed conuocari proprie eſt utentium ratione.Congregari autem ſolent pecora, ut dr̃ Hug. Et dicitur catholica ideſt uniuerſalis quia per uniuerſum mundum eſt conſtituta, ita exponitur gloſſ.C. de ſum.tri.& fi cath.ſuper rub.Vel uniuerſalis dicitur.i. generalis in talem doctrinam ad inſtructionem uel adminiſtrationem,ut imp ræallega. c. Iulii Papæ. Vel dicitur eccleſia ſcdm græcos, ab eccleſiis, & eſt miſerans,quia ipſa plena miſeric. eſt. Nã nũquã claudit gremiũ ſuũ redeuntib. C.de ſum. tri.in epiſtola inter claras. quæ eſt Ioannis ſanctiſsimi Archiepiſcopi Romani ad Iuſtinanum Imperatorem,& incipit. Victor Iuſtinianus pius.& habet ſex colũnas,& de here.ſuper eo.lib.6. Tertio eſt collectio malignantiũ. pſalmus Odiui eccleſiam malignantium. Quarto eſt murorũ ambitus.Et uide glo. in uerbo matricem in cle.1. de ſen. excom.ubi concordantie. Et quandoq ue ſumitur ꝓ materiali eccleſia & eccleſiæ parietibus. Quinto eſt corpus Chriſti. Sexto prælatura eccleſiæ,Septimo obuentiones eccleſiaſtice prouenientes rõe eccleſiæ. Octauo epiſcopalis eccl. Et hanc deſponat eps qñ conſecratur. Nono uiri eccleſiaſti. 63. diſt.c.1. Decimo canonici matricis eccleſie 13. q.1.§. ul. undecimo maior pars capitul.56. diſt.apoſtolica Duodecimo ſignificat epiſcopũ tñ 7.q. 1.ſcire, Tertiodecimo eſt quæ licet eccleſia ꝓuincie cathedralis, non Romana. Nam appellatione eccleſia matricis intelligitur eccleſia cathedralis, ſed non Romana,ut in c.cum ſuper.de uſu palli.uide glo.in c. cũ clerici de uerb.ſign. & 10. q.1.c.1. Antiquo eccleſie cathedralis nomine etiam intelligitur epiſcopus & capitulum illius eccleſie, & non alii clerici. Et eccleſiarum bona ſunt dei, licet omnia ſint eius, hæc ſpecialius. Et earum res & perſone diuino & humano iure ab exactionibus ſecularium perſonarium ſunt immunes c.quanquam decem lib. 6. & eccleſia non debet ditari cum aliena iactura 54. diſt.generalis.de pe. ſuam.ff.de condi.indebit. l.nam hoc natura.

ECCLESIA collegiata quæ dicatur,& quomodo cognoſcatur,uide late per Abb. in c. nobis in 2.col. uer. in gl. in uerbo in conuẽtuali. de iure pa. & per Arch.in c.monaſterium 16.q. 7.uide ẽt aliquid per Car. in cle.2. de eta.& qualit.in q. 4.q. & per Felin. cap. accedentes. in 2. col. uerſi. dicit etiam Oidra.

de

de præscrip.

ECCLESIARVM appellatione in materia odiosa & penali non uenit hospitale, nisi sit reliogiosorũ. Dominicus de sanc. Gemi. in c.cupientes.§.1. de ele. in 6.l. 3. col. Fel. in c. de quarta in 6.col.uersi. quod omne hospitale de præscrip.

ECCE not. Paulus in commento c. tertio loco.de probatio.

ETIAM illa dictio implicat C.si tutor uel cura.l.etiam & l.fi.

ECVLEVS est genus tormenti ad modum crucis dispositum.C.de male fi.& mathe.l. & si excepta. in fi.de hoc 23.q.1.c.1.per Archi.

DE E ANTE D.

EDES secundum Azo. dicuntur edificia urbana, sicut uelle rusticana. ita exponitur. ff. de uet.significat. l.fundum.

EDERE actionem secundum Azo. in sum. de eden. est exprimere uel designare ius quo quis petit aliqd ab aliquo in iudicio. Fit autem editio actionum uel per libellum indici oblatum.s. ut per eum reo detur. & ipse deliberet uel in alia quem ipse descripsit, uel sine libello, dictãte authore uel sapiẽte suo quid tunc est dictaturus, aut quo re est usurus ff. eo. tit.l.1.§.edere.

EDITIO instrumentorum secundũ Host.in sum. de instru. §. an.instrumentum edi possit, & qualiter fiat põt dici copulatio uel communicatio facta coram iudice uel eo præsente, siue aduersarius sit præsens, siue non saltem cũ console, ut l.1.§.editiones ff.de edẽ.ubi de editione istrumẽtorũ in gl. ibidẽ.Nã edere est ostendere, & copiã describendi facere, ut no.in ca.1. de pba.

EDICTVM qñque idẽ est qđ mandatum principis. secũdum illud l. 2. Exiit edictũ a Cęsare Augusto Quandoq. idem est quod generale statutum principis unde . Edicunt reges, indicit festa sacerdos. Et differt a constitutione quia constitutio potest esse generalis uel specialis, ut l.1.ff de consti.prin. & sic accipitur.C. de edicto diui Adr. toll. & similib. Quandoq. idẽ est quod statutum uel mandatũ prætoris, sicut omnia prætoria edicta , ut edictum de albo scribendo, & de in ius uocando , & de huiusmodi , de quibus uide. Spec.de actu.seu,peti.proponendis.§.postremo.uer.nunc dicamus de edic.Et quædam alia differentia edictorum est diuisio, quia quædam sunt prohibitoria, ut edictũ de testibus & matrimonio quædam permissoria, ut de iureiu.

EDICTVM prohibitoriũ est illud in quo reguraliter omnis permittitur qui non prohibetur , ut in procuratoribus & in restibus.ff.de testi.l.1.& de transla.episco. c. inter corporalia.

EDICTVM permissorium secundum Io. Cal. de supplen. negl.præla.c. Romana lib.6. est illud quod reguraliter est prohibitorium , & tamen in certis casibus permittitur, ut in c.Romana.præal.

EDICTVM carbonianum.Require supra carbonianum.

EDICTVM diui Adriani , secundum Azo. in sum. C. de edict.diui Adria.tol. continebat quod si scriptus hæres postularet se mitti in possessionem , nõ aliter fieret missio nisi uigesima pars daretur reipublice . Et quia multe erant inter prætationes & distinctiones circa hoc edictum facte ideo hodie sublato hoc edicto , fit missio in possessionẽ rerum hæreditariarũ iuxte dispositionem quam ibi.disponit seu ponit Azo.& ideo ponitur unica rub.de edi. di. Adria.toll. in 6.libro.C.

Edi-

EDICTVM editium dicitur idem quod actio edilitia. Nam actio edilitia ab edicto edilitio descēdit, ut l. cū aiūt. §. he actiones iuncto §. edilitie in l. fi. ff. de edil. edic. de hoc require supra actio edilitia.

EDICTVM prætorium est quod prætor edicit iubendo, mandando, uel constituendo, ut facit in edicto. de dam. infect. ut l. ff. de dam. infec. l. prætor ait. & ff. nau. caup. sta. l. 1. & ne quid in flu. pu. l. 1. & in aliis pluribus. Forte pro eodem sumitur hic mandare & iubere, ut nota. ff. quod iussu l. 1. in glo. super uer. quēadmodum.

EDICTVM successorium secundum Azo. in sum C. eo. tit. est quo prouidetur creditoribus. Et dicit ibi glo. quod est quod prioribus non petentib. sequentibus petentibus permittitur. Fit. n. quandoque successio de gradu in gradum, & de capite in caput C. de suc. edicta. l. 1. nam illud edictum propter creditores inductum est. ff. ea. l. prima, ubi illa scripta quasi de uerbo ad uerbum posita sunt, & hoc ideo nec creditoribus longior mora fieret dum bona hæreditaria uacua sine domino diutius iacerent. Bene igitur putauit prætor præstituere tēpus his quibus bon. pos. detulit, & dare successionem inter eos, ut citius possent creditores scire utrum habeāt cū quibus congrediantur, an bona uacantia fisco delata sint, an potius ad bonorum pos. procedant quasi sine successore defuncti.

EDILIS olim dicebatur qui nō solum construebatur a plebe ad hoc ut præesset edib. ut ff. de orig. iur. l. 2. itemque ut esset, sed etiam prę fuit plebescitis. qui etiam aditus dicebatur a nomine edes, & a uerbo tueor ris, qua tuebatur edes ut in situ. de tut. §. tutores autem prospiciebat enim ne in ciuitate essent domus ruinose uel inordinate posite in præiudiciū reipublice. Deinde plebs sibi patres creauit, qui etiam plebem excederent. De numero patrum uide. ff. de orig. iu. l. 2. §. deinde cum placuissem.

EDILES Curules sunt constituti postquam placuit plebi, qui etiam curabant de edibus patrum & negotiationibus, uel etiam dicti sunt quia curam habebant edendorū animalium ut sana uenderentur, ut no. ff. de of. præfet. uigil. l. 1. in glo.

EDILIS cerealis dicitur a cere quia fuit annone idest frumento distribuendo. Item etiam dicitur præfectus annone de quibus edilibus in præal. l. 1. & l. 2. §. deinde. ff. de ori. iur. hic tamen proprie uel improprie de edo es. & nō de edibus edilis dicitur nec enim spectat ad eū cura edium sed eduliorum. Quandoq. est alterius administrationis nomen alii impositum per usurpationem eius, & quidam credunt uocari continue annone præfectum. Azo. tamen in sum. C. de offi præfe. anno. dicit quod annone & publice functiones a quo licet debebunt præstari, & tunc quando aliquis priuilegio uel præscriptione prætendebat excusationem præfectus annone de hoc ipso cognoscebat, alioquin imponebatur ei pœna triginta librarum auri.

EDVCARE, est ad uictum necessaria præstare. ff. de ali. leg. l. ult.

EDVLIVM. i. comestio. ff. de offic. procon. & leg. l. solant.

DE E ANTE F.

EFFETA. i. aperire de constitu. dist. 4. c. postea tanguntur.

EFFVSSIONIS uerbum abundantiā significat. 15. q. 1. reuertimini. 42. dis. sepe. uide glo. de sen. excomm. cap. cum illorum, in uerbo effusionem

nem sanguinis.

EFFVSIO, & eiectio requi. supra actio. de eff.

EFFEMINATI dicuntur quibus uirilia exciduntur, uel sodomitæ.

EFFRACTORES dicũtur qui siue diurni uel nocturni furandi causa solent domos effringere, ut ff. de effra. & exp. l. 1. & 2. uel qui carcerem uel aliud frangunt ut euadãt. & aliter puniendi sunt diurni & aliter nocturni, quia atrociores sunt, & acribus puniũtur, ut in c. si perfodiẽs de homi. & ff. ad l. aqui. l. 1.

DE E ANTE L.

ELECTIO secundum Io. Est alicuius personæ idoneæ ad dignitatem uel fraternitatẽ siue societatem seruata forma canonice facta uocatio, & hoc modo electio sumitur stricte, quamuis eligere ad multa se habeat ut ẽt no. Gof. in sum. eo. ti. §. 1. in princ. Vnde ad electionem tria requiruntur. s. authoritas, numerus, & zelus. Authoritas consideratur in dignitatibus & meritis uitæ, zelus consistit in animo, ut si ne carnali animo fiat, sed secundũ meritum personæ eligende. 7. q. 1. si ergo licet contra istam conditionam. sepius committatur electio de facto, non de iure. Vnde quadrupliciter eligi solent uel quatuor portis intrare solent uiri ecclesiastici. unde poeta. Quatuor ecclesias portis intratur ad omnes. Cæsaris, simonis sanguinis atque. Dei. Prima patet magnis. sed nũminis altera charis. Tertia, sed paucis quarta patere solet de numero patet. Dicit ergo electio fieri secundum ista tria habito respectu meriti ad meritum, zeli ad zelum, numeri ad numerum. Si tamen ex una parte sit dignitas, & zelus melior tam respectu eligentium quam electi, & ex alia parte numerus maior certe præualebit dignitas cũ zelo ipsi, numero. ut extra de ele. ec clesia uestra. Item differunt electio, collatio, & præsentatio, nam electio fit per collegium ad dignitates, & papa confirmat, & quo licet collegium debet eligere prælatum suum, nisi aliud sit de consuetudine uel priuilegio, ut extra de elec. & ele. pote. capitu. 1. collatio fit ad beneficium simplex, & pertinet de iure communi ad episcopum per totam diocesim cum consensu capituli, nisi aliud habet consuetudo uel priuilegium, & dat plenum ius, nec indiget confirmatione. Sed præsentatio pertinet ad patronum nec dat plenum ius præsentatio, sed requiritur institutio, & inuestitura episcopi ut per totum titu. de iur. patro.

ELECTIO debet esse communis consonans & canonica, ita quòd si unum deficiat, erit nitiosa. text. in c. nullus laicorum. iuncta. gl. 63. distin. Quæ autem dicatur electio canonica, uide Io. And. in c. non põt in uerbo canonice. de præben. li. 6. Spec. in tit. 2. §. uidendum restat. uer. nunquid nocet & debet fieri loco determinato alias est nulla, nisi causa subesset. c. uenerabilem. de elec. glo. in c. in nomine domini. in uerbo fieri. 23. dist.

ELEMENTA prima sunt quatuor, ex quibus omnia corpora constituuntur, quorum uiribus totus mundus gubernatur. s. terra frigida & siccissima, aqua humida & frigidissima, aer callidus & humidissimus, ignis siccus & calidissimus, primum melancolicum, secundum phlegmaticum uel fleugmaticũ tertium sanguineum, & quartum cholericum ut no. in gl. in proe. inst. super uerbo. prima elementa.

ELIMATVM. i. purgatum. C. de uete.

iure

iure enu.l.2.§.sed cũ prospeximus.

ELOGIVM idem est quo testamẽtum uel dicitur etiam eulogium ut infra dicetur.

ELOGIA .i. epistole.ff. de cust. reo. l. diuus.& de re.mili.l.3.in princ. Ali quando. i. generalis sermo de edil. edict.l. ediles.2.§.iumẽtorum. Quã doq.i.panis benedictus.1. q. 1. non licet.

DE E ANTE M.

EMANCIPATIO scdm Azo. eo.ti.est relaxatio patriæ ptãtis coram iudicio facta, & dicitur quasi extra manum idem ptãtem patria post quia quando filius extra manum patris ponitur.tunc emancipatus, ut in ti. C.de eman.li.

EMANCIPATVS dicitur filius uel nepos quia iugo & potestate uel manu patris uel aui est relaxatus,& sui iuris effectus quia emancipate est a potestate manu,& iure,patriæ potestatis dimittere uel liberare.Sed manumittere est seruum a seruitute eripere uel emittere seu sinere, & sic emancipatio pertinet ad liberos, & manumissio ad seruos. Et not. ꝙ Deus emãcipauit hominem dũ dedu cit ei liberũ arbitriũ, & sic sumus filii Dei emancipati c.nisi cum pridẽ. de renu.§. uerum ubi de ) ( hoc gl. Et not.ꝙ pater potest compelli a filio ad emancipationẽ eius quatuor casib.ut not. gloss. institu. de tute. §.& eadem.

EMANSOR dicitur qui diu uagus fuit extra castra, tandem rediens ad castro ut ff.de re mi. l. 3.§.eman sor. Et ponitur de pe.di.cap.pene. Vel dicitur qui imminente lite fugit extra castra, & pace reformata reddit.

EMBOLA felix appellatur, uel Romanorum iuuentus exercens. Vnde annus bissextilis dicitur embolismus uel embolismalis, quia crescit in uno die. De hoc.C.de sacro.eccle.l. iubemus in gl.

EMERGERE est aliquid subito euenire uel accidere. & sic forte accipitur.C.de admin. t ut. l. cum quæda uer.siue huiusmodi. Et non dicitur iam inter illa quæ fit quæstio emergens & incidens & quomodo differant,est gl.optima in c.1.de or. cogni. Et dicunt ibi doct. ꝙ incidens respicit negotium principale, & tangit merita eius siue sit acquisitum ante siue post lit. conte. Emergens uero tantum processum respicit, & tendit ad ipsum impediendum siue etiam ante siue post lit. contesta. oriatur & dicitur emergens id quod extrinsecus euenit, & nihil commune habet cum negotio principali. Scilicet incidens intrinsecus respicit negocium principale. Quamuis.n.utrunque oriatur ex circunstantiis, tamen in hoc interest quia incidens est ex circunstantiis causę uel negotii principalis & emergens ex circunstantiis iudicii uel processus unde, Incidens perimit, emergens iurgia differt. Et ad saluandam glossam prææallegatam quæ uidetur defficere in differentiam quam ponit, quia incidens ẽt in iudicio potest oriri scilicet opponendo pactum de non potendo, & emergens quandoque ante litem contestatam, ut si excipiatur de excommunicatione ante lit. contest. dicas quod incidens dicitur habere causam uetustiorem ad negotium principale, sed emergens dici tur de nouo oriri, quia tendit ad impugnandum, & ante processum de nouo factum esse non poterat, cum non posset impugnare non esse facit. cap. ad dissoluendum de spon. impu. & est glos. bona in l.ꝙ iussit. ff. de re iud. quædam exeplũ.incidens ut si actor di-

citur seruus, emergens ut testem nō admittendo. & ibi doct. plene notāt de hoc an pretor uel iudex possit re uocare interlocutoriam per quam quæstio incidens uel emergens. deci datur.

EMIOLA ex sescupla compositum ab emi. i. dimidium, & holon to tum quasi continens totum, & dimi dium & est usura. quæ continet to tum, & alterum eius patrem, ut si dē quatuor solidis accipiantur in fine anni sex.

EMERITI dicūtur milites ueteres qui iam sunt a militia soluti, ut in tit. ff. de uete. & mili. successione.

EMPTIO require supra contrahenda empt. & cōtrahitur postquam de pe titio cōuenerit ea mente, ut pretium soluatur. Nam si imaginaris & simi litudinē de pretio conueniret em ptio nulla esset, & contrahitur solo cōsensu, siue inter præsentes, siue in ter absentes per nuntiū, uel per epi stolā, ut probatur inst. e. ti. in prin. ff. eo. l. 1. §. ul. & l. 2. §. 1. & arreda tio est arg. emptio.

EMPTIO præsumitur facta ex pecu nia illius cuius nomine cātat instru mētum. Pan. in c. presbyter. in 2. no. de pecu. cle.

EMPTOR bonefidei dicitur esse q̃ aut ignorauit rem alienam, aut putauit eum, qui uendidit habere potestatē uendendi.

EMPTORIS secundum Azon. in sum. C. de iure emphyt. & secundum Gof. in sum. rub. de lo. cōdu. §. quid sit emphyteosis. dici emphyteosis grece est, melioratio latine. Ab ini tio. n. sterilia tantum per hunc con tractum concedebantur, ut is qui acciperet rem in meliorem statum deducere & sterilem fertilem red dere. Postea tamen premissum est de rebus fertilibus & fructuo sissimis emphyteoticari posse, ut C. de iure emphyteo. l. 1. in princi pio, & dicitur emphyteosis, uel emphyteoticus contractus ille, qui in meliorantionibus & in rebus so li tantum consistit. Ecclesiastica autem emphyteosis consistit in his immobilibus quę ad hoc cōgrua ui dentur economo & aliis guberna toribus, ut C. de sac. sanct. eccle. in aut. perpetua. & aut. leges quas. Et prout communiter dicitur tunc em phyteosis est media inter locatio nem & uenditionem. Et ita diffi nit Zeno Imperator, imo dicit di ctum contractum esse quodam ter tium genus ab emptione & loca tione separatum, ut l. 1. C. de iur. emphy. quæ est lex zezonis. Sed Hostien. suam diffinitionem secun dum hanc intellexit, ut puta quem admodum Hostien. dicit. & est hoc ideo quia decretalis potuit emphy teotam ponere sub titulo de loca. & condu. quia magis similis est emphyteosis locationi quam uen ditioni, cum dominium retineatur & aliquid certum annuatim recipia tur, uide Spec. de loc. & condu. §. nūc aliqua. inde emphyteoticus. ca pitulo cum adiectiuum. unde dici tur emphyteoticus contractus. em phyteotica concessio, & emphy teoticum instrumentum. Inde etiā emphyteotico eas. id est in em phyteosim concedere. Et est natu ra huius contractus ut soluatur pē sio sicut conuentum est nisi res ex toto pereat, item ꝙ licet domino authoritate sua emphyteotā & eius successorem expellere, si per trien nium cessauerit soluere pensionem, sed emphyteota ecclesiæ repelli po test, si per biennium non soluerit pensionem.

EMPHYTEOTA uel emphyteoticus dicitur ille qui agrum conduxit, uel accepit ad tempus colendum sub

certo.

certo prætio. Cuius contrariũ dominus Vuilardus tenuit, uidelicet ꝙ nũquam ad tempus, sed bene per petuo tempore conduxit quandiu uiuet hæreditario iure tenendum, & colendum sub certo pretio & certis conditionibus, prout inter ipsos contractum est per lege prima. C. de iure emphiteo. ibi perpetua stabilitate. ff. si ag. uectig. uel emphyteoti. de lege prima. §. qui in perpetuum, & dicit hoc expressum esse in lege prima. §. quæcunque. C. de fund. patri. uel perpetua scriptura interueniente, & consensu utriusque id est domini & emphyteota adhibito, in hoc scilicet ut statim dominus aliquid pro te accipiat scilicet quod inter eos conuenerit, uel pecuniam, uel aliam rem, puta prædium aliquod, uel simile, ut proprium sit domini, item ut hic emphyteota de cetero annis singulis uel duos Venetos, uel simile soluant in specie redditus, prout dicit Azo. in summ. C. de iur. emphy.

EMPHYTEOSIS perpetua est regulariter prohibita in rebus ecclesie, & dicitur perpetua, etiam si sit ad 30. ann. Panormit. in capitu. nulli in ulti. not. de rebus ecclesiæ alie.

EMPHYTEOMATA uel emponemata (alias emphitheomata) secundum Azonem eod. titu. sunt res meliorare & ita exponit text l. 3. C. eod. titu. uel meliorationes quibus ager labore sic retinentis melior efficitur.

EMPLEVMATA dominatur impositiones. unde emple grecæ est impositio latine. uel sunt superstitiones siue superabundantia. Item ex pleuma est enimens scriptura. Et dicit Ac. in l. tigni. ff. ad exhi. quo dempleumata sunt ornamenta uasorum uel ornatus aut uarietates colorum, ut ff. de ui. triti. & ole. leg. l. 3. §. 1.

I M O uero emblemata legendum est non emblometa, quod nihil est. Et dicitur emblema a græco uerbo emballo, quod est immitto, in sero, seu iniungo, uide Budeum. ff. ad exhibendum. l. tigni. Embleuma uero cuius author meminit, nusquam elgi.

E M O lumentum capitur pro sustentamento in dispositione contento, & onere sibi annexo, quia ex emolumento regulatur onus, ut ex uoluntate testatoris, uel quolibet alio medio disponente conclusum uidetur & materia subiecta patitur. uerbi gratia lego titio decem, & uolo quod dentur seio quindecim non tenet onus in quinque, & sic in excedenti quantitate. l. Imperator. §. 1. ff. de lega. 2. Ratio quia licet hæc sit uoluntas testatoris, tamen materia subiecta non patitur hoc significatum, scilicet onus esse sine emolumẽto uel circa emolumentum, quia a quo nõ honoror eundem nec honorare debeo. Item ibi lego decem tibi, ut des titio librum tuum qui ualet quindecim si acceptas decem teneris ad onus libri ualentibus quindecim l. Imperator, enim uero. ff. de leg. 3. Ratio quia significatum summitur ex uerbis testatoris, & acceptatione legati, nam per acceptationem uideris rem tuam tantum estimasse in qua oneratus es. Item ibi testator legat tibi decem & rogat ut stichum seruũ alienum qui ualet. 15. titio des. si acceptas legatũ non teneris titio ultra emolumentũ. l. generaliter. §. qui alienum. ff. de fideicom. hære. Ratio quia acceptans uerisimiliter igno-

rat ualorem rei aliene. item ibi. testator legat tibi fundum ualentem cêtum, si centū dederis hæredi alieno, si oneraris restitue fundum nō teneris ultra emolumentum. l. ciuitatibus. §. 1. ff. de lega. 1. Similiter si fundus legatus est titio, & oneratus est in dando alium fundum qui est maioris ualoris, non tenet onus ultra emolumentum præal leg. l. Imperator item ibi. testator legat mensam quæ est debitoris & creditoris, legatarius acceptat, & onus est debitoris, ultra emolumentum tenet onus, ut in l. cum pater. §. mense negotium. ff. de leg. 2. quia ex uniuersitate concurrit uoluntas testantis, & acceptatis. Vnde nota ꝙ minus emolumentum non patitur maius onus, sed tamē onus non censetur minus, quando uere uel ficte est equale, & sic diminuto emolumento diminuitur onus inquantum esset emolumento maius, & hoc uerum, nisi ubi potest culpa imputari habenti emolumentum. Sed tunc onus uidetur maius, quia equiparasse uidetur, & finaliter post multa dicta Bart. & doct. in l. plautius. ff. de condi. & demon. concluditur ꝙ emolumentum onus sibi iniunctum regulat, ut uoluntas disponentis uel acceptans declarat.

EMOLOGARI alias homologari est confirmari, ut dicimus ꝙ arbitrium emologatur id est confirmatur silentio decem dierum tacite uel expresse. secundum Goff. in sum. de arbi. §. effectus.

EMVNITAS secūdū Gof. in sum. eo. titu. est libertas concessa ecclesiis uel ecclesiasticis personis & rebus aliis ad eas spectantibus. Vel est priuilegium ecclesiastice libertatis uel personarum uel rerum ad eam pertinentium. Dicitur autem emunitas quasi extra muta. i. officia uel onera, a quibus ecclesiæ sunt immunes, ut eo. tit. c. eccl. unde locus consecratus. s. ecclesia habet emunitatem, id est libertatem ne nullus inde trahatur per uim. nisi in casibus. s. fugiēs ad ecclesiam sit publicus latro, uel nocturnus depopulator agrorum. i. deuastator fructum in agris. Etiam si in ipsa ecclesia commisit homicidium furtū uel maleficium quia frustra auxilium legis implorat qui cōmittit in legem de usur. quia frustra de ap. c. an sit C. de iure lib. l. sancimus. §. si uero uel dicitur quasi extra munia. i. munera. Non. n. ecclesia subit sordidam munera, ut calcis coquende, arene fodiēde, & similia de quibus uide Host. in sum. eo. ti.

EMISSARIVS uero dicitur qui faciliter salit super aquas uel per aquas & fossata.

EMVLATIO id est inuidia, & habet plures significatio, ut 43. dist. scimus.

DE E ANTE N.

ENCENIA erat festiuitas dedicationis templi, græce. n. Kainon, idest nouum.

ENERGVMINI sunt a demonibus obsessi uel qui in defectu lune patiuntur defectum mentis, not. de cō se. dist. 5. commi. dic.

ENIGMA. i. subtilis dubitatio. C. de le. l. fi. circa fin. & extra de relig. & ueue. san. c. 1. lib. 6. alibi exponitur. i. figura. C. de ue. iu. enu. l. 1. §. aliter sumitur in authen. de equali. do. §. 1. uer. ille autem.

ENIM i. certe, exponit glo. in auth. de nup. §. nuptias. & habetur hæc dictio. n. extra de resti. spo. ca. frequēs. §. illū aūt. in 6. & inst. de re. di. §. enim. & §. paruus. Aliquando exponitur enim. i. quia C. de cri. sacr. l. 5. Aliquando ponitur continuatiue

natiue cum superiore.ut ff.de.mil. test.l.neque enim.

ENORMIS lesio quãdo dicatur, glo. in c.cum illorum, de sen.excom.dicit quod stat arbitrio iudicis Fely. in c.cum illorũ col.4.uer.in ea glo. ibi relinquitur.

ENVCLEARE uetus ius.i.extra nucleũ obscuritatis ponere.Nã prout Azo dicit C. de. ue.iur. enu.sicut in nuce inuenitur quod est amarũ ita & in ueteri iure erant tot multitudines quod nemo eas habere uel legere poterat. Nam sicut in nucleo dura testa inuenitur,ita ibi dure & inique sententie erant.Item sicut nucleus cum inutili pelli cu la tegitur & latet,ita & in illa multitudine tãta & sublata superfluitate antique & necessariis & utilibus collectis prout melius fieri potuit, ius uetus enucleatum est. Nam melius est pauca & idonea effundere quam multis inutilibus homines prægrauari,ut C.eo. titu. l.2.§. sed & si quid. itẽ dicitur uetus. quia ab Vrbe Roma condita & a Romuleis temporibus usque ad tẽpora Iustiniani fere per mille quadringentos annos cõfuse sta tutũ obtinuit.ut C. de ue.iur. enu. l.1.§.1.ibi reperimus autem &c.

ENVNCIATYM uerbum de se tantũ significat quantum sonat.s.enuntiationem eius quod est uel quod nõ est, sicut nũcius dicitur quia refert uolũtatẽ domini sui.s. quod uelit, & qd si uelit, ut in l.& licet.ff.de consti. pec. Quandoque tamen uerbis enunciatiuis significatur dispositio, quando hoc significari concluditur ex quouis probabili significato, uerbi gratia. Creditor dicit debitori suo quem scit esse debitorem, confiteor te non teneri uel debere. Hæc sunt uerba enunciatiua tantum & falsum enũciãt, quia uerum est ipsum teneri, & ideo hæc uerba ueram liberationem inducunt.l. tale pactum.ff.de pac. Ratio est uoluntas proferentis, ex fauore liberationis.secus si ignoranter proferret, item ibi testator legauit multa uxori, & dixit se non dubitare quæcunque acceperit uxor, liberis communibus restituturam. Hæc uera non dubitare,non sunt dispositiua sed enunciatiua quia enunciant uoluntatẽ mulieris, & eius factũ futurum in rebus sibi latis, tamẽ accipiuntur pro fideicõmisso, & sic significant dispositionẽ, ut in l.unum ex familia.§.fi. ff.de leg.2. Ratio quia hoc importat uoluntas testatoris ex significato amoris ad liberos, & ex infirmitate enunciationis dicit se non dubitare, item ibi. in iudicio confiteor me tibi deberet decem significatur dispositio,quia per hoc uerbum obligor soluere, licet ante non essem obligatus l..unica.C. confes. Ratio, quia hoc importat præceptum iudicis de soluendo expressum uel tacitum,licet.n.express se non præcipiat habetur tamẽ pro præcepto, & ex confessione sufficienter probatur debitum, & sic lex hoc disponit etiam præter uoluntatem obligari propter necessitatem iudicii. item ibi extra iudicium confiteor me tibi debere decem & ex causa mutui,per hæc uerba non significatur dispositio, sed est tñ enũciatio ex qua oritur sufficiens probatio debiti. ff. depo.l. publica.§.fi. Ratio, quia, hoc tñ significant uerba,nec potest aliunde concludi. Alia dispositio. Nam obligatio faciliter infertur sicut liberatio. item ibi, extra iudicium confiteor me tibi debere centum, non exprimendo causam, hic tantũ est enũciatio,sed ex ea nõ infer-

tur sufficiens probatio debiti l. cũ de indebito. §.fi. ff.de proba.quia non sufficienter concluditur, cum nõ appareat de quo debito. De uerbis enunciatiuis uide plene Bart.in l.ex hac scriptura ff. de do.

DE E ANTE O.

E O ipso, ista uerba important absq. alia sententia. Fel. in c.Rodulphus 22.coll. alias col.19. uers.quoties. de rescrip.

DE E ANTE P.

EPIDEMITICI dicuntur qui habebant sub se mensuratores qui mensurabant hostia, & ineminenti loco describebant nomina eorum qui ibi habebant hospitari.

EPITOGIVM est uestis uel tabardus superior cleric. Et dicitur ab epi. i.supra,tego,quasi superius tegens not.in gl. in cle.2. de uita & hone. cleric.

EPITIMVM est suspẽsio unius septimanę uel est quædã increpatio uel genus pene, secundum Io.An.in gl. 21.q.4.omnis iactura.

EPITIMIO.i. uoluntate testatore.ff. de tut.& cur.da.ab his l.scire oportet.§. sed & si quis.

EPISCOPVS dicitur ab epi,qđ est supra & scopus uel scopẽ intendere quasi supra intendens, quia habet curam superintendendo super omnes laicos & clericos sibi commissos ut 8.q.1. qui episcopatum 21. dist.clericos, ubi etiam interpretatur speculator, eo quod speculetur subiectorum mores & uitam cuius officium consistit in confessione chrismatis, chrismatione frõtis collatione ordinum consecratione ecclesiarum altarium ut de sen.excõ .c. quia periculosum li.6. in gl.1. Sed quare papa nominat se ipsum?Nota quãuis in ecclesia Dei sint dignitates episcopatu maiores tamen quia in ecclesia sunt nouem ordines præal. c.cleros & 23. dist. episcopus & c. seq. licet secundum theologos solum sint septem ordines, qui episcopatum & psalmistratum omittunt & inter illos nouem episcopatus est maior, ideo papa nõ dignitate.s. ab ordine maiori uolens uocat se episcopum,secundum Io. An. in prin.l.6 Et episcopus eligendus debet hẽre has cõditiones. unde. Anni triginta sacer ordo, pura uoluntas. Et morũ grauitas, sapientia spõsa parentis, Cõcurrens, fama, decus,hæc dant pontificatum, ut de elec cum in cũctis, Et uide Gof.de temp.ord.qui per longum declarat regulas apostolicas. Et episcopus est pater ecclesiæ.95.dist.esto. & etiam procurator de don. c. 2.10 q.2.ca fel.12. q.2.sine exceptione.Et tenetur reddere rationem pro animabus sibi commissis si male custodierit oues suas de re iud.c.pen.

EPISCOPI appellatio ĩ materia odiosa ualde exorbitanti intelligitur solum de cõsecrato. Fel. in c.eam te.in 4.col.uel nouissime autem de præscri.

EPISCOPALIS audientia est iurisdictio ipsius episcopi quam habet in suos clericos quãdoq. ex necessitate,ut si clericus cõueniatur ciuiliter uel pro crimine ecclesiastico,ut in auten.de manda.prin.§. si uero canonicum, & in c.si.quis cõtra.de for. com. Quandoq. ex uoluntate, ut C.de epis.aud. l.si quis ex consensu.s. de causa pecuniaria non criminali, ut ff. de reb.l.non distinguimus. §.item iulianus. & hoc cum eligitur ut arbiter.Sed & ut iudex ordinarius eligi potest ut C. eo.ti.episcopale.& ff.de iud. l.1. Aliquando etiã desideratur ex necessitate in quibusdam negotiis quo non omnino formam iudicii

habent

habent,ut in alienatione rei ecclesiasticę,ut in auten.de alie.& emph. §.per eos uero.&.§.ab illis & in ti. de anna.exce.l.ut perfectius & C.de episco.aud.l.si præsens.

EPISTOLA decretalis Require supra decretalis epistola.

EPISTOLA diui Adr.secundum Gui. in Spe.de renun.uer.in primis ergo. sub.§. finitis,locum habet inter fideiussores, mandatores & constitutores,item inter tutores. & est ille epistolæ officium quod quamuis aliqui sint insolidum obligati tamē per eius beneficium, si omnes partes sint soluendo tempore litis possunt postulare ut diuiditur actio inter eos ut unusquisque pro uirili portione(alias actione) cōueniatur. Alioquin nisi dicto beneficio iuuarentur posset creditor quem mallet insolidum conuenire.ut C. de constit.pe.leg.fin.insti.de fideiu.§.si plures.& ff.de fideiuss.l.inter fideiu..& leg.si dubitetur. Si ergo huic beneficio fuerit renuntiatum potest creditor quem maluerint conuenire. Quando autem renuntietur huic beneficio,uide ibidem.

EPITAPHIVM est scriptura siue titulus in lapidibus sepulchrorum sculptus.

DE E ANTE Q.

EQVESTRIS dignitas erat in his qui Romam custodiebant,nam & hi habentur pro absentibus reipublicæ cā. Et dicit. Accur.quod aliqui erāt ꝑsidentes,quia simplex militia nō est dignitas.De hoc uide eo.titu.in rub.C.l.12.

EQVITVS dicitur custor equorum.

EQVITVM alias equirium est grex equorum,secundum Accur.in l.quid ergo.ff.de usufr.& quemadmodum quis utatur.

EQVVLI.i.pulli equorū uel patrui eq insti.de re.diui.§.in pecudum.

EQVITAS est conuenientia rerum quæ cuncta coequiparat,& in paribus rationibus paria iure uel iudicia desiderat,ut C.ad l.fal.l.u.g.Mutuasti mihi centum aureos mutuo, non equum est quod isti. numerationi conueniat solutio secundum eandem qualitatem & quantitatem ut.ff.si cer.pet.leg.mutuum.Item dedi tibi damnum centum aureorum, dignum iustum & equum est ut secundum eadem quantitate damnum tibi resarciam. Equitas etiam dicitur quædam mitigatio temperans,iuris scripti rigorem. Et in quibus, casibus talis equitas præferatur rigori iuris,no.Io.An. extra de transa.c.fi.

EQVITAS nihil aliud est quam naturalis secundum Bald in leg.3. C. de do.promis.& uide eundem Bald. in l.1.in 3.oppo.ff.de iusti.& iur. & an æquitas pręferatur rigori. uide omnino.d.Ia.post.alios.in l.placuit C.de iud.

EQVANIMITER.i.equo animo.

EQVVS calcitrosus dicitur qui ē solitus calce ferire.

DE E ANTE R.

ERARIVM est repositorium pecuniæ ab hære.dictum.

ERGAGABI dicuntur operarii laborantes in stationibus suis,et dicitur ab erga.ꝗ est opera & gabor ꝗ ē labor Rectius tñ legas ergo labi.

ERGASTERIA sunt stationes operarii, & dicitur ab ergo.l.opera uel opus,& sterīō statio, quasi operarū statio.ut no.C.de epi.& cle.l.2.

ERGASTALA dicuntur carceres uel presiones, & dicitur ab aer. quod est lis,& stolon missio.

ERGO no. Io.An.de sum.tri. damnamus in prin.

ERIPERE est de manibus auferre per raptum.

ERMAPHRODITVS est quilibet qui

habet utrunq. sexum. An autem ad testificandum exhiberi possit, qualitas sexus inualescentis demonstrabit, si enim calore durante pro uiro se gesserit recipitur in testem, alias no. 4. q. 3 c. i. post medium, Item ta is ponitur inter infames & nō potest esse aduocatus. 3 q. 7. infamis. Rectius autem scribitur per aspirationem hermaphroditus.

ERRO est pusillus fugitiuus, qui non quidem fugit, sed ex consuetudine quædam aberrare solet, & frequenter sine causa uagatur, tēporibusq. in rebus nugatoriis consumptis, tandem licet sero redit ad domum, ut leg. quis sit fugitiuus. §. erronem. ff. de ædi. edic. Sed utrum erro faciet furtum sui sicut seruus fugitiuus & an sit in usu capillis. Primum dubium est disputabile ut in glos. i. de ser. fug. quæ dicit in fin. ꝙ aliqui sunt contra, ut sunt Fran. Accur. Martia. Sil. &c. Sed Cato secus tenet ibi ꝙ sibi. Ratio prima quia erro habet animum lucrandi usum sui. Secunda ratio sua, quia licet nō sit furtum odiosum uel pœnale, est tamen furum fauorabile & rationabile, præiudicetur domino. Ad secūdum dubium similiter respondetur quod sic, notatur plenius per doct. in d. l. i. super glo. 2.

ERRARE est aliud pro alio putare 38. dis. quamuis 22. q. 3. in quibus. in fi. & no. Io. And. in cle. i. de iud. super uer. certa scientia. Et nota quod errans non semper decipitur. ut si seruus dicit liberam quam credit ancillam, cum eius conditio melioretur, ergo ratione talis erroris compos’et diuortium petere uxore consentiente secundum Goffr. de coniu. seruo. §. si liber. ubi alii aliter dicunt & forte ideo quia sicut ignorantia opponitur scientiæ sic error consensui ut in glos. in cle. præallegata.

ERROR est quando aliquid aliter cōtingit uel aliud est quā creditur uel putatur de quo c. præal. in fi ubi dicit Aug. in enchiridon ꝙ in qbus rebus nihil interest ad capessendum regnum Dei utrum credant, an nō & utrū uera putentur an falsa, in his errare, a i d pro al o putare, non est arbitrandum peccatum aut si est. nimium esse atq. leuissimum etiam error cōis excusat, & facit iuris, ut in d. l. barbarius. ff. de of. præsi.

ERROR aduocati in facto pōt redargui usque ad sententiam.

ERROR calculi secundū Azo. in sum. eo. tit. est error computationis Veteres enim computabāt per lapillos qui calculi uocabātur pro eo quod pedibus quādoq. calcantur licet nō impune, unde Perusius, Hunc macrine diem numera melior lapillo, qa pro bono die ponebant bonum lapillum. Quandoque etiam calculus ponit pro cognitione, ut. C. de iud. l. rem a. nouam. Etiam quandoque pro sententia C. de app. l. si act. ibi deteriorem calculum, quia causa calcatur. i. terminatur per sententiam est gl. in l. unica. C. de errore calcul.

ERROR quadruplex est conditionis personæ, fortunę, qualitatis, & quis eorum matrimonium impediat. declara. Panor. in c. proposuit: de coniug. serue.

ERROR intollerabilis est error a iure reprobatus. Et nota quod error sumitur pro facto, siue si error iuris siue facti, quia licet sit iuris in quantum est error facti tamen est cum sit in alio quā in ueritate uerbi gratia titius uir honestus petiit a me pecuniā sibi mutuari dixi mutuat, assignando sibi diem, illa die uenit alter titius uilis qui assimilabat illi in factis, dicens se esse illum

lum,& per hoc sibi tradit, & mutuo. ibi est error in quo impeditur dominii translatio.l.si quia uxori.§.cum titio.ff.de fer.quia significatum sumptum est ex errore in per sona.nec tradens consentit in illum qui tradit saltem scienter ergo sibi non tradit iure. Item ibi titio amico meo tradit rē ex causa donationis,quem credo sane mentis esse cum sit furiosus. impeditur translatio dominii.leg.quæ meo.§.si furioso ff.de acqui.po. quia furio sus non aquirit dominium, cum non habeat sensum & sic error tradentis mihi operatur, quia quantumcunque uellet consentire transferre,non tamen transfertur. Item ibi,filiusfa.asserens se patremfamilias. Vel seruus libertum petit a me sibi mutuari.& mutuo, & non impeditur translatio domini leg.si quis uxoris præalle.§.seruus.& l.falsus.§.si quis.ff.de fur.quia error est in qualitate significante non cō sensum transferendi licet aliqui cō tra. Sed si trado. ff.uetus credens C.non transfertur diuinum leg. si me in uacuam in prin. ff. de acquir. poss.quia res quæ tradit,non intenditur,ergo non transfertur, & res quæ transferri intenditur non traditur.Secus si in nomine error sit, ut trado tibi fundum cornelianum sub nomine semproniani,credens sic uocari certe non impedit translatio dominii, quia consensus est in re dominii eius translatione, & sic de aliis suo modo.

ERVTACESA dicuntur omnia quę cedunt & eruuntur.

ERVTACESA apud peritiores dicuntur non eruta.uide But.ff.de actio. emp.l.fundi.§.ruta cesa.

DE E ANTE S.

ESOPVS est humilis herba & medicinalis,cuius radix petre inherere dicitur & purgat pulmonem inflatum ut not.glos.ibi asperges me domine esopo &c.per Archi.l.distin.cum exaudiero.

HYSOPS omnino scribendum est per aspiratione cum y & gemino si media longa.

ESTAS quot menses capiat.Ba.in l.i.§.i.ff.nequid in flu.pub.

ESTIVALIA sunt ocreæ.s. calceamenta de corio,quibus etiā aliqui,utuntur interdum in estate,& fiunt optima apud sanctum Seuerinum, ut dicit Ioan.An.in cle.in agro de statu mona.

ESTIMATIO significat taxationem, prout subiecta materia uel quod uis aliud significare declarat. u. g. Res traditur estimata, hoc addito quod reddatur æstimatio,& nō res, ex hoc significatur emptio & uenditio,ut in l.quoties.ff.de iure do. ubi dicitur res estimata data uiro in dotem si empta, uir agere potest ex empto contra uxorem, de hoc instit.de emp.& uendi. in prin. & leg.æstimate ff.solu.mat.& l.plerasque in princi.ff.de iur.dotr. iuncta leg.necessaria.in prin.ff. de peri. & cond.rei uen. Sed ubi res datur æstimata hoc pacto & res reddatur,& non æstimatio,tunc non est emptio.sed significatur ꝙ re perempta uel diminuta attendat æstimatio facta leg.si inter C. de iure dot. Nec periculum diminutionis uel peremptionis sit recipientis, nisi sit in culpa,quia cum rem traditam teneatur reddere periculum debet esse domini rei sed in casu præcedent. periculum uel deterioratio rei transit in recipientem.ut l. æstimate præal.Item ibi res datur æsti mata in dotem hoc pacto ꝙ reddatur res.uel æstimatio tunc significat transire periculum peremptionis,sed non deteriorationis leg. ple

rubque

runque.§.si.cum l.eo.ff de iur. do. Et hoc ex natura contractus & alternatiue. Nam natura dotis est quod dominum transit in matrimoniū,& sic periculum est suum. Sed ex natura alternatiue alterum horum suffi cit,aut rem reddi,aut æstimationem iuxta regulam, in alternatiuis de reg.iur.lib.6.Sed res petempta reddi non potest quæ si redditur, non est reddenda æstimatio.

DE E ANTE T.

ETAS legitima semper intelligitur de natura,legis non de ea quæ per principis beneficium impletur ut C. de his qui.ue.eta.impe.l.ult.

ETAS pupillaris est minor 14. annis in masculis in femina. 12. ff.de uer. signi.l.pupillus.

ETAS pubertatis diuersimode, accipitur. Nam in nuptis contrahendis etas pubertatis est in masculo 14.anno.& fœmina.12.annor.ut institu.de nup.in prin.cum ibi not. Non autem item tempus requiritur,sed alimenta requiruntur usque ad pubertatem, quæ debentur masculo ad 14.ad fœmina autem usq. ad 14. ff.de alim. & cib.l. mela ait in principio.

ETATIS uenia est priuilegium quod impetrat minor a principe habeatur pro maiore impetrat eam masculus maior 20.annis fœmina autem maior.18.ut l.c. de his qui ue. eta.impe. Maturior enim est sexus fœminarum hac ratione ut no.Accur.in glo.& 2.l.2.præal.quia mala herba cito crescit. & citius est subdola mulier & auar.ff.ad uelle.l.sed si ego in fi.

NAM regula naturalis est.Quanto lōgius res habet esse,tanto tardius ad perfectionem deuenit, & econtra, quando breuis esse habet,tanto matura ad perfectionem deuenit.patet hoc in plantis & brutis,Sed uir longius habet esse quam mulier, ideo tardius ad perfectionem diuenit q̄ mulier,& ideo mulier citius subdola & sagacior efficiunt.

ETAS quibus modis probatur, & cui incumbit onus probandi etatem gl. melior de iure in c. presbyter. 28. dis.& ibi Arch.Domi.de S. Gemin. Spe.in ti.de act.in prin.Io.An.regula infamibus.de reg.iur. in 6. Saly. leg.si maiorem C. de in integ. rest. mino.Bal.in leg.de ætate ff.de min. adde Fel.in cap. in præsentia. in 15. col.per glos.in uerbo.fol. tamen de proba.

ETAS uirilis diuersimode secundū canones & leges interpretatur. l.3.ff.de mi.leg.fin.C.de his qui ue. eta. impe. & illa diuersificatio est quia diuersos habent effectus glos. in c.episcopus in uerbo antequam. 78.distin.

ESTI idem est quod quamuis de sim. & si quæstiones.de offi.iu.or.c.& si ab apostolico.in clemen.de iureiu. & si Christus.

ETIAM require supra ecce.

ET, hæc coniunctio licet proprie copulet.ff.de condi.in leg.si hæredi,tamen aliquando sumitur pro uel. ff.de uerb.sig. sæpe cum similibus. Aliquando repetet qualitates præcedentes.ff.de fun. instru. & instru. le.l.Seio.§. caio. Aliquando pro. i. ut cap.2.de spon. Et etiam no.in c. 2.de rescri.ubi de hoc. Vnde hæc dictio & coniungit principaliter simul & successiue, prout infertur significato tunc hoc dictante, & secundum quod uoluntas disponentis quouis medio significare declarat.nam quandoque est cōiunctiua rerum principaliter,quarum tamen una est altera successoria,ut dicendo.Lego fundum & eius instrumentum.Principaliter.n.significat instrumentum legatū, licet sit Accessoriū

ad

ad fundum, & extincto fundo lega to non extinguitur legatum instru menti. Secus est in ꝑpositione cū, que coniungit accessorie facit. l. cui fundus ff. de fun.instr. & instr. leg. Posset tamen ēt faciliter trahi ad coniungendum accessorie ꝑ uo luntate disponentis qui exprimit & pro cum, Significat etiam ibi suc cessiue, filiū meū uel nepotē hære des institiuo nā intelligitur ꝙ filius admittatur, & eo deficiente nepos l.gallus.§.si.ff. de lib.& posth.Ra tio quia non simul admittitur cū filio, & hoc ex ordinata charitate seu naturali affectione. arg.l.natu raliter C. de instit.& subst.sub con ditione factis.l. Lucius.ff.de hære. instit. ubi disiunctiua resoluitur in cōiunctiuā, pp uoluntatē quæ con cluditur ex charitate. fa.l. cum fra ter.§. cū pater.ff. de leg.2. Idem in cōtractibus si qs emit redditus uel fundi ꝑ se,lib. & nepotibus. ib.n. & coniungit successiue.s.ꝙ primo pater solus admittatur,post liberi, deinde his deficientibus nepotes.

ETATES sunt sex, quibus generatio & status hominis finitur. 35.q.4. c.1.& Io.An. in prin.lib.6.Alii po nunt séptem ætates hominis simi liter septem mūdi.unde Infans in de puer adolescen. post Iuuenis, uir. Dicitur inde senex, & post ea decrepitus fit. Annos prima tenet septem, post altera bis tot, Terna quater septem, sed quadra ginta iuuentus. Sed si porrigitur ad septuaginta,senectus ex tunc de crepitus in certo tempore durans. Item nota uersus de ætatibus mun di. Primus Adam, iustusque Noe magnus pater Abraam. Et post hæc Moyses, Dauid natusque re demptor. Septima fine caret, locat requieque beatos.

E T cætera quandoque scribitur ex tense pro duabus dictionibus, si disponi secundum quod relatiuum sequitur. si saltē aliquod sequitur, ut dicendo & cætera quē sunt scri benda. alias respicit omnia quæ præmissa sunt, Quandoque scribi tur abbreuiate ut &c. & si oēs com prehendit clausulas consuetas ap poni in tali contractu.De hoc tra ditur in l. gallus in prin.ff.de libe. & post. & no.in c. qm cōtra falsam de prob.uide supra in litera C.

DE E ANTE V.

EVCHARISTIA græce dicitur panis & calicis sacramentum & latine bona gratia interpretatur & quid melius corpore & sanguine domi ni nostri Iesu Christi.1.q.1.multi.

EVESTIGIO.i. statim uel continuo, ut.1.c.unico.de sta. mo.lib.6.

EVLOGIVM idem est quo testamen tū,ut in c. nos quidem.de test.& in l.iubemus. C. de test.& l.quædam eulogio. C. de iure. deli.ita expo nit Bal tol. de test. Apud nos autē aliter accipitur,ut ff. de re.mil.l.de sertorem. circa prin. Dicitur ab eu quod est bonum, & logos sermo, quasi &c. uel secundum Host. ab eu quod est flebile,& logos sermo, quia ut plurimum fit in extre mis,& est nota doloris. Etiam eu logia dicuntur xenia, quæ olim portabantur metropolitanis ad cō cilium prouinciale, ut 18.dist. cap. de eulogia. ubi sed glo. eulogia dicuntur munera quæ deferunt sub diti suis prælatis.

EVIDENS est quod semper palam est, & euidenter apparet. 1.q.1.ut euidenter.

EVIDENTIA ff.de contrahē.emptio. l.ea quæ. & quod est in euidenti, nulla potest tergiuersatione celari. de coha. cleri. & mulier cap.ult. de offic. ordina.si canonici.§.cæte rum lib.6.

Eunuchi

EVNVCHI secundum Azo. in sum. C.eo. tit. dicunt spadones tantum, & non castrati. Homines autem barbari extra solum Romani Imperii possunt eunuchi fieri. & facti eunuchi possunt uendi, & quolibet modo alienari. Si uero facti sunt eunuchi in romani solo non poterũt vendi, sed confiscabuntur si dominis patientibus hoc fuerit factum, sed qui fecerit eunucho, pœnam capitis subibit.

EVINCERE, est aliquid ab aliquo extorquere uel eripere, uel per sententiam iudicis acquirere. Res ẽt euicta dicitur cum est amissa.

EVICTIO secundum Azo. in sum. C. de euic. secundum quosdam ita diffinitur. Euictio est rei empte uel ex alia iusta causa accepte per iudicis sententiam abductio (uel ut puto) alio euincente causæ amissio nec enim semper est necessarium rem abduci ut uideatur euicta ut. ff. eo. tit. leg. euicta. §. i. Et euictionis cautio solet præstari a uenditore ipsi emptori ad hoc ut si quis ab emptore rem emptam tanquam suam petat dicens eam sibi esse obligatam. aut aliquis ius in ea habere empto recursum & regressum habeat ad uenditorem, cui denuntiare hoc tenetur & uenditor debet assistere & defendere emptorem in causa euictionis. Et dicitur euictionis alicuius rei in causam alterius abducte per iudicem acquisitio. Vide supra cautio de euic.

DE E ANTE X.

EXACTIO. i. petitio, nam exigere est rem ab alio petere.

EXAVTORARE est militem cingulo, uel clericum ordinibus spoliare, ut in l. qui cum uno. §. non omnes. ff. de re milit. Vel est statutũ alicui uel authoritatem auferre. Et qnque habet fieri expresse, quandoque tacite, uel si princeps uel dux belli militi in exercitu delinquenti calcaria absciderit, talis dicitur tacite exautoratus dato quod nihil exprimatur. Expresse, ut si dux exercitus militem fugitiuum exautorauerit. Item potest habere locum in clericos, quia exautorare ẽt idem sonat quod degradare.

EXCANDESCERE est subdito irasci habendo similitudinem inter feruorem & estuantis ferri candorem.

EXCEPTIO est rei defensio, per quam se reus defendit & tuetur ab actore secundum Azon. in summ. C. e. ti. Quandoque ponitur large & improprie pro omni defensione, prout reo competit etiam si nulla actori competit actio, tunc quidam uocant eam exceptionem facti, ut quando sine actione qui calumniose petit. Sed Azo uocat eam exceptionem intentionis. Et de exceptio. intentionis, quæ sint not. ff. eod. titu. l. i. in princ & leg. 2. §. illud C. de transact. & talis non potest de iure experiri quia nemo potest experiri sine actione, & cum tunc nulla sit actio, nulla potest dici actionis exclusio, sed dicitur contra intentionem actoris defensio, ut quando quis se in aliquo instrumento obligat ad aliquid sine exceptione iuris uel factis, sensu est contra hoc nullam faciat defensionem de iure uel de facto. Differunt tamen exceptio & defensio. Nam defensio proprie dicitur quæ ipso iure actionem tollit ut solutio quæ est eius quod debetur redditio, & acceptilatione omnis obligatio tollitur institu. quib. mo. obl. tol. in prin. §. & item per acceptilationem. Item renunciatio dicitur defensio cap. super hæc. de renun. concordat glo. in cap. i. de lit. contesta. libr. 6. ubi no. ex glo. pe. quod omnis exceptio

ptio peremptoria quæ perimit literas & gratiam, opponitur ante & post lit.conte. C. de exceptio.L ul. & no.Host.& Inn.in c. constitutus de rescr. Item large dicitur etiam exceptio replicatio, quæ datur actori, omnis. n. replicatio est exceptio, ut ff.eo.tit.l.2.§.replicationis, & sicut se habet excepto ad actionem, sic replicatio ad exceptionem, secundum Gof. de proba. in sum. Stricte uero & proprie exceptio ponitur pro illa defensione quæ competit reo contra actionem competentem, in eum, & sic dñr actionis exclusio, & hæc est exceptio iuris, ut petis a me debitum, & ergo excipio quod remisisti mihi, uel quod fecisti mecum pactum de non petendo, uel quod non uenit dies præfixus, & sumitur utraque exceptio ff.eo.ti.l.2. primo responso.& §.replicationis, quod exceptio sit actionis exclusio, habetur extra de electio c.dudum super uer.irritari. in gl. Exceptio autem diuiditur ĩ plura genera, quia aliæ sunt temporales & dilatorie, alie perpetue & peremptorio, ut ff. eo. tit.l.1.§.exceptiões.Alie sunt odiose, ut macedonie. Alie fauorabiles, ut Velleianæ. Hæc diuisio colligitur ex l. si exceptionem. ff. de condit. inde. Item alie sunt in rem alie in personam.ut ff.eo. tit.l.1.§. exceptione, præallega. item secundum Host.& Specul. alie sunt anomale, alie mixte, & multas alias dĩuisiones dicti doct. prosequuntur uide eas.

EXCEPTIO dilatoria ẽ quę causam dicti fert, ut insti.eo.§.appellantur & istarum est multiplex diuisio, de qua aliquantulum notatur in l. exceptioné.C.de proba est enim quædã dilatoria solutionis, quæ sapit istã naturam ꝙ respicit actionem nimis tempestiue intentam, & debet opponi ante lit.contesta. sed probatio eius fit post.lit. contesta. c.inter monachos de re iud. Quædam est dilatoria iudicii.quæ opponitur proprie ad impediendum iudicium ante lit.contesta. & probatur tanquam prejudicialis, & expedienda uenit ante lit. contes. Et idem dicendum est de replicatione eiusdem. Quędã est declinatoria fori, ut ibi.notatur. Item colligitur hæc diuisio ex l.3. in fi.ff.eo.tit.ui de de hoc Spe.eo.ti.Et no. ꝙ declinatorie iudicii sunt in initio proponende, & sunt ille quæ contra iurisdictionem iudicis opponuntur. Rõ, ne si eis scienter omiss. quis ad alia procedatur, uideatur quis in iudicem consentire C. de excep. l. ult.no.Goff.de dilatio.§.sũt & alie in fin. Sunt etiam iste probande in initio, ut prius sciatur de iurisdictione iudicis antequam proceda tur ad ulteriora hñt tñ etiã locum post sententiã, si ex ignorantia omittetur de sen. & re iudi. ad probandum C.si a non compe. iudi. l. ult. Etiam dilatorie proponende & probande sunt ante lit. contest. c.inter monachos præall. & c. pastoral.de excep.C.de proba. l. pen. Dilatoris solutiones sunt prçponẽde similiter in initio cause id est ante lit.contestat. & probando postquam actor suam intentionem fundauerit. Sed peremptorias probabit reus postquam actor suam intẽtionẽ probarit. De hoc uide Gof. de prob.§.restat.

EXCEPTIO pemptoria scđm Spe.uocatur sic qa actioné uel inten. agẽtis primi scđm Io An.c.1.de li.conte.lib.6.seu ius ledit, ut institu. de ppe.& tẽpo.ac.§.ppetuum, ut pactũ de non petendo in ppetuũ & iusiurandũ de non agendo uel accusando,

do, uidelicet petebant a te centum & tu excepisti quod pepigit tecum de non petendo in perpetuum, uel iuraui non agere uel accusare, quæ ipso iure tollũt naturalem obli. ut ff. de iu. iu. l. fi. circa prin. quod doctores intelligunt esse uerum de uolũtaria & conuentionali, secus autem de necessaria. Ciuilem autẽ ipso iure non tollunt, sed ope exceptionis elidunt. Et secundum Azo. semper obstant hec agenti, etiam si cessauerit agere per mille annos.

EXCEPTIO perpetua est quæ perpetuum habet effectum, ut cum pe tis a me debitum & excipio quod tu remisisti. Hæc exceptio perpetua dici potest, & perpetuo competit quandocunque actor agit, quia exceptio non competit nisi quis agat. ff. de exce. l. exceptio.

EXCEPTIO temporalis est quæ ad tempus, utilis est, ut cum petis debitum, & excipio quod tu fecisti pactum mecum de non peten. Hæc exceptio usque ad annum utilis est postea uero non de qua de re sci. c. plerunqne de of. or. c. pastoralis in fin. & ff. eodem titu. l. exceptiones. §. temporales & hæc etiam dilatoria dicitur, quia differt & prorogat causam non autem aufert. Aliud exemplum, conueniente coram iudice non tuo, & tu excipis te non esset de foro eius. Vide glo. in uerbo excusari. c. si autem de rescrip.

EXCEPTIO anomala. est quæ non sequitur nomen aliarum quia potest opponi ante li. conte. & post. & in lit. contest. ut exceptio excommunicationis & alie. s. de quibus dubitatur an sint perpetue, an tẽporales, ut exceptio matrimonii, & exceptio nõ numerate pecu. & non numerate dotis, ut no. inst. de exce. §. appellantur & plures alie secundũ Host. & Spe. eo. titu. ut except. quæ cõpetit fideiussorib. ex epistola diui Adriani contra creditoris ut no. inst. de fideiuss. §. si plures.

EXCEPTIO rei iudicate non potest opponi quando fit super eadem re, & quando est eadem re. & quando est ex eadem causa & eadem persona.

EXCEPTIO doli est quadruplex ut no. Accur. in gl. l. qui se debere ff. de condi. ob. cau da cau. non se.

EXEMPTIO proprie est ubi aliqua cõuentualis ecclesia canonicorum secularium uel regularium monachorum, uel monialium immediate subest pape. Harũ exemptionum alia uniuersales, alia particularis. Vniuersalis est quæ cum, uniuersitate iuris spectat ad papã, ita quod metropolitano aut dioce sano nihil iuris manet in eadem. Particularis est quæ pro parte in certis casibus ab eorum iurisdictione eximitur, & alias ꝑtinet ad eosdẽ. u. g. si forte aliqua ecclesia quã tum ad hoc est exempta ut nullus archiepiscopus, uel episcopus possint in ea diuina suspendere, sicut in sua diocesi, & alias exhibeat reuerentiã & honorẽ. itẽ exẽptionis monasteriũ due sũt species. Quædam. n. monasteria non recognoscunt superiorem, nisi papam, alia sunt ordinum exemptorũ ut monasteria Cisterciensium &c. quæ non corrigit ordinarius loci sed abbas uel prior eorum gl. est in clẽ. attendentes de sta. mo. Item exemptionum alia personalis, alia localis. Personalis est ubi archiepiscopus eximitur, ut a nullo etiam a legato sedis apostolice, nec etiam a iudice de legato excommunicari uel interdici ualeat aut suspendi. Sed localis sed quæ loco hoc est ecclesie datur.

Exem-

EXEMPLARE dicitur illa substitutio, quæ fit filio furioso seu mente capto in euentu mortis in furore, seu non sana mente, & dicitur exemplaris, quia admittitur fieri prædictis, sicut pupillus fit, quia sicut hoc propter eta. sibi per testamentum prouidere neque fiat, sic etiam prædicti propter furorem. dementiam, seu defectum mentis rebus suis superesse non possunt. instit. de pu. sub. §. 1. in princip. In multis tamen differt a pupillari, ut infra dicetur de substitutionibus. Significat autem hæc substitutio diuersimode, ut significatum ex eius uerbis, uel alias undecunque sumptum significare probat. Significat enim primo, uel eius uerba significant seipsam, scilicet quid filio cui facta est substitutio mortuo in furore, uel dementia, substitutus admittatur, ut. §. instit. de pupil. substit. Significat ulterius tacitam uulgarem argu. l. iam hoc iure. ff. de uul. & pup. substi. §. 1. insti. eo. tit. præa. ratio. sicut enim in primo significato considerantur proprietas uerborum eius, sic in secundo significato consideratur identitas personarum, ut quod per substitutionem testator filio prouidetur sic, nisi aliud appareat significat etiam hæc substitutio pupilla. uer. gra. facta est furioso impuberi, si in furore decesserit, sensus est quod si decedat in etate pupillari, tunc significat exemplare, quia facta impuberi. licet furioso. & ualet pupillaris tantum, quia uerba hoc significant, & quia defectus naturalis potius extenditur quam accidentalis. l. 3. §. 1. de tut. & hoc quando illa concurrunt, quæ requiruntur in pupillari, quia filius est in potestate patris, & sic de aliis. Si autem non concurrunt, tunc intra tempus pubertatis ualet ut exemplarius, postea non, propter limitationem illam. si etate pupillari decesserit. Si autem factum est sine temporis limitatione, tunc ualet simpliciter, seu pro omni tempore ut exemplaris. Significant ulterius hæc uerba filio furioso substituo, subaudi. id est si filius furiosus in furore decesserit, & requiritur quod sit furor tempore mortis. ut in. §. 1. inst. de pupil. substitu. præal. & l. ex facto. §. 1. ff. eod. titu. licet alias per ista uerba Titio furioso lego talem qualitatem, sufficiat ad esse tempore dispositionis, ut in l. mela, in prin. ff. de ali. & cib. lega. quia. opponitur causæ demonstrationis. Ratio utriusque quia significatum sumptum est ex affectione, qua significatur ei prouideri cui prouidetur, cũ eo modo, quo potest modo in primo casu melius prouidetur ei recipiendo a uerba in illo sensu. Sed secundo casu melius prouidetur furioso recipiendo uerba demonstratiue tantum, quod est proprium eorum significatum. Significant ulterius quod existente conditione substitionis, substitutus admittatur uolens, uel inuitus secundum qualitatem personæ substituti. Si enim est substitutus filius furiosus, qui erat in eius potestate tempore mortis est necessarius uel uoluntarius, ut in §. instit. de hæredem quali. & differen.

EXCOMMVNICATIO, est extra communionem ecclesiæ separatio, uel censura ecclesiastica excludens a communione fidelium. 11. q. 3. c. nihil &. §. euidenter, uel est eterne mortis damnatio 11. q. 3. nemo episcoporum. & c. nullam ergo festinare debemus, ut mortuus Christo

sepa-

separatus per excommunicationem redintegretur, & reconcilietur Christo per absolutionem. Maioribus.enim malis debet sincera charitas subuenire l. di ut constituere tur.Et gl.in c.præsenti.eo.titu.li.6. uel si generaliter, est qualibet licita communione, uel legitimo actu separatio, uel a sacramentis exclusio. Species excommunicationis infinite possunt esse, quia tot quot sunt species communionis... Due tamen sunt species eius quæ præcipue secundum canonistas communiter usitantur, scilicet maior & minor.de utraque illarum habetur. 3.q.4. engeltrudam. Nam una excommunicatio quæ maior est dicitur anathena, & excludit ab ingressu ecclesiæ, & a communione fidelium, & a sacramentis, hæc uocatur maior, & fertur cum solennitate, de qua etiam datur præcedens descriptio cum diceba tur. Est a qualibet licita communione hominum,uel legitimo actu, & sacramentorum separatio. Vnde & Adam excommunicatus fuit ab esu ligni. in §. euidenter præal. q. 3. & de sen.excommu. si quem in glo. 3. Alia dicitur minor, & illa tantum separat a sacramentis, & est duplex, una per præceptum a iure, uel per sententiam ab homine. Alia separata a communione fidelium non sacramentorum. 5. q.2. præsenti secundum Goff. & de cleri.excommu.mi.§. item sciendum.Est enim quædam excommunicatio iuris a quo absoluit episcopus, nisi absolutio sit summo pontifici reseruata. de sen. excommu. nuper. Alia hominis, ut episcopi, uel sui uicarii, uel dele. de offi. or. cum ab ecclesiarum. de maio. & obe.c.unico.l.b.5. in glo. Et no ta quod excommunicatio est medicinalis, non mortalis, disciplinans non eradicans dum is quem lata fuerit,non contemnar esse.capit.l. 1. eo. tit. lib.6. Etiam excommunicatio dicitur mucro episcopi. 16. q. 2. cap. uisis in fi. ubi dicitur felici mucrone episcopi sacerdotum piacula resecentur.& 24. q.3.corripian tur. Item dicitur anatema improprie ob ana. i. sui sum.& thema figura olim in frontibus damnatorum impressa, & sic quasi anathema dicitur, & hæc maior quæ dicitur,duplex est. Quædam siue solennitate. Alia solennis quando 12. episcopi uel præsbyteri candelas in terram proiiciunt,& pedibus cal cant, & non differt ab alia, nisi in substantia, quia maior est terror, & confusio. De his duabus in ca. cum non ab homine de iudi. & excommunnicatus amplius, & sepius excommunicari potest, de treu. & pa. cap. 1. Item excommunicatio possunt participare, & communicare familia & uxor & liberi, quia sunt a canone exempti. de sen. excommo. quod in dubiis. Et participans in loquela, quo ad cor rectionem non est excommunicatus.eo. ti.porro. nec prædicatores uel alii recipiendo eleemosinas. eo. ti. cum pro uoluntate,uel prædicando, seu monendo.eod.tit. respondeo.Et not.casum in quo quis est excommunicatus, uel excommunicatur sine peccato mortali in cap. literas. de restitu. spolia. ubi mulier uolẽs reddere dubitum propter conscientiam consanguinitatis (in quo bene facit) tamen excommunicatur, & sic excluditur ab ecclesia militante, non tantum triumphante. cap.inquisitionis da sen.. excommu. quamuis alias non nisi pro peccato mortali sit quis excommunicandus.cap. nemo epi-

episcopotum. 11. q. 3. Et not. per 18. constitutiones cler. comprehēsi sunt. i. casus (quorum sexdecim reseruati sunt Papæ) quibus quis ipso iure excommunicationem incurrit expresse, & per duas tacite. Vide glos. in uerbo excommunicationis, in clem. 1. de senten. excommunica. ubi enumerantur loca istorum casuum, item excommunicatio maior contrahitur in decem & octo casibus, secundum Goff. in sum. de senten. excommu. §. contrahitur. Item excommunicatus nihil dare debet pro sua absolutione. c. ad aures de simo. Si tamen pro manifesta offensa est excommunicatus primo debet satisfacere, & postea absolui de uerbo. signifi. ex parte. Sed pone statutum episcopi est ꝙ quilibet excommunicatus antequam absoluatur debet soluere decem pro quolibet mense, utrum ualeat statutum. Respondetur quod non in c. ad nostram & c. nemo. de simo. licet in contrarium determinet Hostien. & Ioann. And. in c. ad aures præalle.

EXCOMMVNICATIONIS appellatione intelligit de maiori ita ex. gl. in c. pen. de sen. excō. Adde quòd ui detur dicendum contrarium, quia in priorib. mitior pœna est infligenda. Host. in d. c. pen. dicit quod ex quo excommunicatio est medicinalis in his quæ concernunt animam est capienda pars tutior, & idem tenet Abb. in d. cap. pen. Et ibi dem uide Fely. & contra istam solutionem docto. uidetur tex. in cōtrarium, in cap. pia de excep. in 6. ubi dicitur ꝙ si opponitur in iudicio ꝙ aliquis sit excommunicatus oportet quod exprimatur species excommunicationis si intelligeretur de maiori, hoc non est necessarium, uide per Fel. latè in d. c. pen. uer. 3. requiritur.

EXCONSVL est qui desit eē cōsul. simile. no. de questore & ex questore. insti. in prohemio. §. cum hoc.

EXCVSATIO est alicuius iuste causæ allegatio in defensioné uel supportationé alicuius ne cogatur cōparere in iudicio. de quo i l. 2. ff. si. quis. cautionibus, & in ti. de ua. & execu. munerum.

EXCVSATIO tuto. fit ex uariis causis, & quædā innitur equitati. Quidam enim excusantur ad tempus scilicet qui causa recip. abesse ceperint reuersi ad nouam tutelam intra annum non uocantur, sed ueterum coguntur statim recipere, ut insti. de excu. tut. uel cu. §. item qui reipub. Est & alia excusatio à tutela, quæ dicitur excusatio ueteranorū, qui excusantur a tutela si sint a militia dimissi honesta causa interueniente & iusta, puta propter infirmitaté, uel aliam causam. Sed illa quæ alio modo fit non uocatur honesta, sed causaria, ut ff. de his qui no. infa. l. 2. §. ignominie. Et perpetuo excusantur qui soluūtur a militia post 20. annos. Sed ad tēpus qui intra 20. annos, & hoc diuersimode tenetur quia si in tra quinque, nulla sibi uendicant immunitatem. Si uero post quinque ann. solutus fuerit, habet immunitaté unius anni. post octo annos habet immunitatem biennii. post 12. triennii, post 17. quadriennii post 20. annos habet excusationem perpetuam. Est & alia tutele excusatio eorū qui numero liberorū se excusant, ut Romę liberorum trium. C. eo. ti. l. 1. cū concor. in Italia quatuor in prouincia quinq;. Et est & excusatio eorū qui morbo excusantur, ut ceci, surdi, muti, furiosi, & ꝑpetue ualetudine

M de-

detenti.C.de excu.l.uete.l.unica.

EXERCITOR dicitur is quem quo tidianus questus & utilitas nauis ptinet, magister uero nauis dicitur cui tota nauis, & anchora commissa est. Require supra actio exercitoria, ubi de hoc.

EXCVSATIO eorum qui etate excusantur, ut maior.70.ann.l.unica prę all.& insti.de excus.tuto. uel curato.§.item maior.

EXCVSATIO eorum qui numero tutelarum excusantur. l. qui habent tria onera tutele. i.tres honores tutele scdm Azo. quæ oĩa habetur. C. sub his ti. in rubro & in nigro. uide de hoc Azo.ibid.in sum.

EXCVSATOR secũdum Azo. & Spe. eo.ti.est qui uenit ad proponẽdum causas absentie alicuius qui non poterat simul ratione sui uel cause procuratorẽ constituere, ut in causis criminalibus in quibus licet procurator non interueniat (ut in l.1.ff.de pub. iud. §. rei) excusatur tamen allegatis causis absentie, & bene admittitur, ut l. absens. ff. de procu.uel uocatos erat ut personaliter compareret.

EXECVTOR secundum Spe.eo.tit.est officialis per quem litis executio uel ipsius cause præparatio iubente iudice suo expedit, uel secundũ Azo. proprie est ille qui discussa causa sniam executioni mandat. Vocatur ẽt in iure apparitor. Require supra Apparitores. Alias ẽt uocatur in iure diuersimode. De istis modis est glo. nọ. C. de excu. rei iudi.l.fit ut proponis quã prosequitur.Spe.in ti. de cita.§.sequitur prope prin.Item appellatione executoris intelligitur delegatus c. sciscitatus,de rescrip.& cap. si contra.de fo. competen.unde executores sunt illi ꝑ quos iudex sententiã suam exequitur & rẽ iudicatã mancipiat effectu, & mandat executioni.Et duplex est executor. s. merus & mixtus. Executor merus dicitur quando per nuntium non est de mã data aliqua cognitio, sed tantum cause executio, & talis non debet audire exceptiones, ut C. de execu. rei iudi. l. fi. ut proponis, præ alleg. cap. de cetero. de re iudi. & ff.de iud.l.prætor,& de tali loquitur c.pastora.§. quia uero de offic. deleg. ubi bona gl. de executione duplici secundum Host. eũ tenetur admittere exceptionẽ excõmunicationis, alias applicari potest. De hoc uide Archid. de excep. pia lib. 6. Vel sic.Executor merus est qui non potest de fraude interposita cognoscere, nec ab illa appellatur nisi modum executionis excedat.ff.de ap. & rel. l. ab executore & de re iud. qui ad consultationem in fi.& 2.q 6.sub illo. §. sunt quorum, & §. ab executore 1. c. si uerum & §.seq. Sed a mixto executore bene appellatur si non admittit legitimam excep. uel alias partes grauauerit de ap. cap. dilectus c. ult. debitus, sed executor, mixtus est qui habet cognitionẽ. cause annexam, ut in c. nouit, de appe.& de iudi.c.de cetero præ alle.de offi.deleg. pastoralis in glo. ut cum Papa mandat alicui restitui rem suam, uel alicui dari beneficium &c.talis debet recipere legitimas exceptiones, quantuncunque scribatur sibi absolute a Papa ut de offi. dele. ex parte. de rescri. c.si quando,& c.cum adeo 25.q. 3. & c.si non.

EXCEPTIO est actionis uel intentionis exclusio,secundum Pau.in rub. de excep.in 2. col. uersicu. quæro quid dicit. Adde quod communiter tenetur quod exceptio proprie est illa quæ excludit actionẽ

actoris de quo uide per Bald. in l. 1.col.22.uer.7.C.qui accusa.nō pos. & per Felyn.in d. rubr.de excep. in princi.

EXCEPTIONVM uariæ sunt species, & uariis temporib. opponende. Alia n.est dilatoria,alia peremptoria, alia media siue mixta.dilatoria diuiditur in dilatoriam iudicii, & dilatoriam solutiones. Dilatoria iudici in prin.actus est proponenda. c.inter monasterium. de sen. & re iud.& l.fin.C.de excep.nisi illa exce. ad ei de nouo peruenit. cap. in nostra,de proc. &c. pa.de exce.uel nisi de nouo competente ceperit. c. insinuante,de of.iud.dele.l. non distinguemus. §.cum quidam.ff. de rece. arb.&c.si quis episcoporum. 3. qō. 6.Dilatoria autem solutionis debet ante lit.conte.obiici, sed probari debet postquam actor intentionē suā fundauerit. l. si quidem. C.de exceptio. & l.exceptionem. C. de prob. Peremptoria dicitur,quæ pōt opponi & probari quandocunque dummodo ante sententiam opponatur, ut l.peremptorias.C. senten.rescin. nō pos.& l.pscriptiones.C. de exce. Media aūt uel mixta dr̄ quæ in hoc habet similitudinē cū perēptoria,ꝙ post litē cōtestatā pōt obiici, sed in hoc habet dissimilitudinē cū dilatoria, quia pōt qn̄cunq. ante sn̄iam obiici c.per tuas, qui matri. accu. pos.sed in hoc habet simlitudinem cū dilatoria quia ante lit. contest. pōt obiici.c. exceptionē extra de ex cep.Sunt & alie exceptiones anomale quæ etiā post sn̄iam obiiciuntur ut exceptio uelleiani macedoniani, armate militie, & similes de quib. agitur a uell.ad mace.ff.& l.1.C.de iu.& fac.igno.

EXEMPTVS dicitur qui a suo iudice siue iurisdictione ordinarii subductus est,&c.

EXECRARI est abominari uel detestari,& ꝓprie attribuitur delictis,dicēdo hoc dictum est execrabile.

EXEMPLA non sunt semper immitanda, sed exemplum Pape est nobis sequendum 16.q.3.licet dist.9.cap.sane. ubi gloss.1.cap.de quib. dist.20. Quod per exempla sit iudicandum cum ius deficit,intelligitur de exemplis publice uel autentice persone ut principis uel apostolorum,& de exemplis plurium, & non paucorū, uide ibid.

EXEMPLIS ueteris testamenti licite iudicamus,maxime si sint diuina,ut in c.qual iter & qn̄.2.de accus.Deus omnipotens 2.q.1.Panor.in c.afferte.in 1. no. de præsump.

EXHEAREDATIO est alicuius a sua substantia uel hæreditate exclusio, & alterius seu alieni institutio ueluti cū parētes exhæredāt filios, & scribunt alienos hæredes in testamento. ita acciditur inst. de exhær. lib. per to. Et sic exhæredare est filium constituere aliena substantia uel hæreditate paterna.& debet fieri causa incerta & probata. Et propter quas & quot causas per filiū, & econtra filius patre possit exhæredare. no.glo.in c.quintauallis de iu. iu.& uide.Bar.in l.filio ptō.ff.de iniusto ru.& irri.te.

EXERO.i.peto.sic ponitur exeratur.i. petatur.l.ut uerborum quæ est fi.C. qui admit. ad bo. pos. ibi.glo.pen. uel est idem ꝙ aperiatur ut petenti.

EXESTVARE est feruere, bullire, uel calescere, ut est glo.in clemen. dudum.de sepul.

EXHIBERE est rem in publicum deducere seu ostendere, ut copiam habeat aduersarius rem suam tāgendi & eam sic uisam si sibi sua uidetur, uendicandi. de hoc. ff. ad exhiben. l. 3. & de lib. homi. exhiben. l. 3. & l. ait prætor. Require su-

pra actio.ad exhibendum.

EXILIVM triplex no.Archid.45.dist. cum beatus in fi.

EXIMERE est quoquo modo auferre puta si quis nō rapuerit quemquā, sed moram fecerit quominus in ius ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur, & datur in eum qui ut exemerit actio in factum, quæ non id continet quod in ueritate est, sed quanti ea res ab actore estimata est, de qua cōtrouersia est.

EXPENSE sunt sumptus uoluntarii. & non necessarii, & dicitur expensa quasi extra pensas & debitum facta. Sed impense sunt utiles & necessarie, a uerbo impendere dicte, unum tamen multoties pro alio ponitur, ut l.iuliarius.in fin.ff.de minor.ubi expense pro necessariis & utilib.dumtaxat ponūtur prout ibi not. Etiam impense pro uoluntariis ponuntur, non solum utilibus & necessariis. ff. de uerbo. sig.l.impense. quamuis differentia prædicta contrarium dicat. Et expense differunt a damnis unde iuramentū factum super unum non extenditur ad alterum nam expense fiunt causa litis, damna uero ex discordia proueniunt, ut destructio domus, & similia, de iureiur.c.nostra in tex.& in glo.

EXPILATORES secundum Azon. in sum.C.& ff.de crimi.expila.hære.hi sunt qui ex reb.uacatis hæreditatis aliquid surripiunt & expilant. de pe.dist.1.aut facta. Require supra actio expi.her.

EXPERIRI quandoque ponitur pro respondere seu defendere, ut extra de iud. c.1.de procur.cap.qui generaliter.lib. 6. Quandoque pro agere ut de causa pos.& proprie c. pastoralis.

EXPLICATIO est allegatio quæ supplicationem infirmat, unde replicatio est allegatio contra exceptionem & adiuuat actorem, & supplicatio est allegatio quæ replicationem infirmat, & reum adiuuat. Sed explicatio est allegatio infirmans supplicationē, & sic pro actore contra reum.

EXPONERE.i.contra se ponere.

EXPONI autem dicuntur infantes serui liberi, & languidi, si sine cura dimittuntur, uel eis alimenta negantur a parentibus, a dominis uel a patronis, ut in cap.unico. de infan. & langui.exponere enim aliqui solent relegato pietatis officio infantes uel languidos ante ecclesias ut eos alii miseratione moto colligant.78.distinctio. si expositus.

EXPOSITVS infans a patre uel ab alio eo consentiente uel ratum habente, hoc ipso a patria potestate liberatur, & sic paria sunt patrem exponere, uel alium eo sciente & non nomine patris, uel etiam non nomine patris, & patre postea factum ratum habente. Abb. in cap. 1. de infantibus expo. numero 2.

EXISTERE proprie est ab inuito extorquere, ff. de le. 3.l. fideicommissa. §.si rem licet, quandoque exigere dicatur quis etiam a sponte soluente, ut C.de sur.l.falsus.

EXPRESSVM quomodo dupliciter sumatur, not.ff.de uulg.& pu.subst.l.1.in prin. & de præben. si episcopus in glo.certas.lib.6.

EXPRESSA pupillaris substitutio require infra substitutio.

EXORCISTE grecæ latine dicuntur adiurantes.30.dist.cleros.

EXTIMARE est alicuius rei certum precium dare, & est idem quod taxare uel certum prætium diffinire & determinare.

Ex-

EXTRAORDINARIVM remediū qđ ob aliquē causam extra uel ultra cursum solitum alicui datur, ut restitutio minori leso uel absenti causa iusta necessaria, uel probabili ad quæ remedia nunquam reccurrendum est quandiu remedio ordinario locus est ad quod potest haberi recursus.

EXTRAORDINARIVM iudi. est coram delegato, uel quando non proceditur in figura iudiciis, sed ex officio iud. in modum inquisitionis uel denunciationis, uide tex. iuncta glo. in cap. quoniam contra de probation.

EXTRA no. Archid. de præscire. statutum lib. 6. §. 3.

EXTRA ordinem quid importet, uide Bar. in l. i. ff. de fur. & Bal.

EXTERMINATE est quasi extra terminos uite uel iurisditionis sue ponere cle. uni. de iure iu. & de hær. ex cōicamus. §. moueantur &. §. seq. ponitur etiam pro deponere, descolari, in exilium mittere.

EXTVNC tps extremum significat. ff. de condi. & demon. l. si is. §. si ita.

EX, no. Arc. 4. q. 5. quisque, & plenius. Io. Cal. in c. uestra de cohabita. clerico. & mulier, Ioan. No. de hære. ex cusamus libr. 6. etiam Archidia. de præben. cum in illis eod. lib. & Pan. in c. in literis. de resti. spo. etiam no. C. de legi. l. non dubium, & quandoque in compositione stat aug. mentatiue pro ualde ut exequare. i. ualde aquare ut l. i. ff. de l. ubi dicitur per omnia exequata sunt l ga ta fideicommissis.

EXPLOSA id est exclusa. c. inquisitioni de sen. excom.

EXTORRES. i. immunes uel insontes de sen. excom. contingit. & distin. 19. nullis fas est. ubi dicitur sed ex torris a sancto fiat ministerio. & ea. d. capi. ita dominus. §. in omnem terram ubi dicitur ut extorrem. i. alienum ministerii diuini intelligere se esse. &c. & habetur. C. de custo. reo. in l. i. de his quæ est l. fi. & de pe. dist. 2. item proinde ubi dicitur nudari facultatibus propriis & patriæ sue extorres fieri etiam 11. quęst. i. conspirationum. Quod author hic citat ex. 19. dist. capit. nullis fas est extorris fiat &c. in libris quibusdam legitur exors. id quod eandem pœnæ significationem habet cum dictione extoris. hoc præcipue loco cum exorrem cum intelligamus, qui extra fortem (hoc est partem) sit, cui contrarium est consors hoc est particeps.

EX questor est qui publice pecunie cō gregande, conseruande, & qu æreude officium habebat, sed hanc administrationem deposuit, uel dicitur ille qui quęstoris deposuit administrationem, ut not. insti. l. pen. §. cū hoc c. in gl, uide supra. ex consul. & infra quæstores.

## DE F ANTE A.

FABER lignarius dicitur non solum qui ligna dolat. sed generaliter omnia qui edificat. ff. de uerb. sig. fere. §. fabros.

FABER non debet mallare iuxta scholas doctoris, & potest cogi ad uendendum suam domum, ut not. Bar. cap. alii in l. i. ff. sol. ma. & gl. & do. in l. prima. C. de libro urbis Ro. libr. 11.

FABRICENSES dicebantur qui erant deputati armis faciendis, reparandis, uel uendendis, ut l. i. de fab. lib. 11. C. Io. an. in cap. si iudex. de sen. excom. lib. 6. dicit quod fabricensis dicitur qui publica arma facit, idque in publicis fabricis, & non alibi, & dat primicerio ut reponat in publicis armamentis quo-

rum brachia stigmate figurantur, ut no.in l.stigmata.C.eodem tit. require.infra stig.

FABRILES opere.ff.de præscri.uerb. leg.pen. & de op.lib.l.fabriles. Et quæ sint fab.& que obsequiales. & que artificiales uide.C.de condi.in. l.non sortem.§.si libertus.

FABVLA est quæ nec uera nec uerisimilia continet.in prohe.insti.§.2.super ue.rabulis.& l.antiqui.ff.si pars hæred.peta.

GENER idest cõsanguineus. in aut. de incest. nup. in prin.

GRNERALI sermone persona loquentis intelligitur excepta de iureiu. petitio. ubi concor. in gl. Et intelligitur de hoc regulariter. qui fallit interdum ubi obligatio uel pactum pręcedit quod inducit equitatem quandam includentem etiã personam loquentis, ut si recepissem. 10. a te promisissem tibi dare turrim contra omnes homines, tunc teneor etiam dare contra me. ex pacto. de hoc in c. de forma. 22. q. 5. quandoque etiam generali sermone nec familia loquenti si intelligitur.

GENERALIS locutio generaliter est intelligẽda. ff. de off præf. l. præses. 19. dist. c. ff. quod met. cau. l. metum aũt. §. animaduertendum. licet generale uerbum non sit semper generaliter intelligendum, de iureiu. c. ad nostram in gl. ult.

GENERALITER dicitur quod immo et finite intelligendum est, de con su. lepro. c. quoniam in glo. super uerbo infinita. & 19. dist. si Romanorũ. ff de pub. l. pretio.

GENERALIA uerba sunt ad ciuilem modum referenda. ff. de serui. urb. accessorie apposita restringuntur ad suum principale l. præditis prin. ff. de leg. 3.

GENERALIS allegatio quando sufficiat & quãdo non. in c. uestra de coha. clerici, nam qñq. sufficit. 42. dist. c. si quis despicit. §. hinc etiam ubi alleg Ioann. Euangelista in epistola sua sine quota. similiter habet in c. uestra præalleg. Aliter dicitur quod alibi legitur. Sed quod non sufficiat generalis allegatio facit cle. constitutionem de elec. & 2. q. 1. in primis. instit. de pe. te. lit. in fi. Finaliter dicitur ꝙ sufficit generaliter allegare coram principe, quia princeps censetur omnia iura habere in scrinio pectoris sui l. omnium testamentorum uersi. sicut igitur in fi C de testi. secus uero coram aliis uel si princeps allegat decisiua promulgando, tunc sufficit ei generaliter allegare de cau. po. c. 1. de no. ope. nun. c. 1. Si autem allegat super uerbo in iudicium deducto, tunc specialiter debet allegare & specificare legem si est peregrina quia licet princeps uirtualiter omnia iura in mente habeat, non tamen formaliter, ut not. in ca. 1. de consti. lib. 6.

lib. 6. Quando enim constat de lege, sufficit generalis allegatio. alias est necessaria specialis. Debet enim sic allegari ꝙ iudex reddatur clarus, & nihil obscurum remaneat 28.q.1.sic enim in fi.

GENERALIS clausula significat eius significatum probare uel significare, probat, & tunc non pertinet ad expresse nominata. ff. de uerb. sig.l.doli.uerbi g. testator filios instituit, & inuicem substituit, & post filium exheredauit quæ exheredatio uel clausula non reuertitur ad institutionem, imo ad substitutionem, ut in l.1.in fin.C.de lib. præte. uel exhere. Item ibi pater unam filiam instituit, & filium exheredauit, deinde alium filium substituit exheredatio refertur ad solum gradum institutionis, ut l. 3.§.filius ff.eo.titu.

GENITIVVS importat dominium, Fely.in c.quia gu. de iud. in princ. non tñ semper importat dominiũ, & aliquando denotat nudam detentionem ex communi usu loquẽdi, ut sunt isti simplices detentores depositarii, commodatarii, & coloni, qui solent appellare possessionem suam quam colunt. de quo uide bo.glo.in l.2.ff. de orig. iur. adde tamen ꝙ genitiuus ex propria & stricta significatione uerborũ denotat dominiũ, & ideo genitiuus positus in statutis debet intelligi in dominio uero. Abb. in c.1.de postu.præla.in 7. col. uersi. uide tamen ad principale & per Bar.in l.1.§.potestatis. ff. de pecu. & in l.parui.ff. nau. cau. sta. & in rub.de no.ope.nun.

GENITALIS feritas.i. a genere prouenies inst.si quad.pau.fec. di.§.1.

GENITORES nostri dicuntur nostri priores maiores in authen. de mand.princ.§.1.

GEMME secundum Pompo. in l. & si non sunt.§.fi.ff.de auro & argento leg. sunt perlucide materiæ, ue luti smaragdi, chrysoliti, ametisti lapida autem sunt contrariæ naturæ gemmis.

GENVS est quod prædicatur de pluribus differentibus specie. inst. de iur.nat.gen. & ciui.§. constat uer. & blebiscitum. Et quando iuriscõ. dat doctrinam, tunc capit genus ut logici, & ibi ponuntur exempla nota.l.2.§.1.ff. si cer. pet. ubi capitur species pro genere, unde uocabulum genus non sumitur ipsa dictione, sed pro significato p ipsam & significant diuersimode, prout significatum ex ea sumptum & quodlibet aliud mediũ significare declarat, uerbi gratia, testator legat uel quis promittit ens substantiam, uel rem siue animal, nullum est legatum, uel nulla promissio. l.cum post. §. generali. ff. de iure dot. & no.in l. legato generaliter. ff.de lega. 1. ratio quia ens & substantia significant generalissime. Et hæc dictio animal licet non significet ita generaliter, tamen adhuc significat multum generaliter & in tantum, quod dicere totum genus comprehendit in legato uel promissione est dicere legatum uel promissionem continere impossibile, etiam dando muscam, uel uermem liberaretur, hæres uel promissor, quod tamen nullius est ualiditatis, unde dicitur, generis obligatio perire non potest. l. in ratione.§.2.ff.ad l.falci. Sed tamen si diues ruralis diceret in testõ uel donatione inter uiuos, ego dono bubulco meo unum animal, intelligeretur de uno boue ad arandũ, uel de uno asino si hæc erat qualitas personæ cui donat. Nã qualitas personarũ, & præcipue illarum

quibus relinquitur dat intellectum uerbis, & sic summitur communis modus intelligenda uerba prædicta secus in genere generalissimo, quia non est ibi modus intelligendi qui significet aliquod utile & idem in alio genere subalterno, in quo non esset modus cōis aliquod utile significando, ut dicendo lego rē corporale uel incorporalē, quia nihil comprehenditur sicut nec in generalissimo. Item ibi testator legat uel quis promittit domum in genere, & nullam habet domum, non tenet legat uel promissum secus si habet in patrimonio l. si domus, ff. de leg. 2. Ratio primi, quia generaliter significat quod non apparet de qua re uoluit intelligere. Ratio secundi, quia de rebus propriis quis solet disponere, & sic significatum generis restringitur per significatum hoc quod habet in patrimonio. Similiter si quis legat uel promittit fundum in genere, nulla est promissio uel legatum l. si domus præal. siue in patrimonio, siue non secundū Bar. Item ibi testator legat rem in genere, significatur quod hæres soluendo faciat rem accipientis. l. si domus. §. de euictis. ff. de lega. 2. Ratio quia natura legati est quod res transferantur in legatarium, & efficiatur sua propria, nisi alias restringatur. Item ibi testator legat unum de seruis qui cum eo commorantur, sunt alieni hæres unum tradit liberatur, nec tenetur de euictione. Ratio quia significatum sumptum ex hoc genere subalterno habet instat speciei l. in ratione. §. diligenter. ff. ad l. fal. cum decem. §. stichum. in fi. ff. de solu. Item ibi quis promittit uel legat hominem significat quòd nullus certus est in obligatione, sed homo in genere, prout quælibet respicis l. meuius. §. duobus testamentis. ibi, ordinis compendio. de leg. 2. Vnde iste stant simul promitto tibi hominem, & nullum hominem tibi promitto, sicut & iste simul stant, semper fuit homo (scilicet a tempore Adam) & nullus homo fuit semper, quia nullus determinatus semper uixit. Nam dicendo promitto tibi hominem dictio hominem supponit confuse, tantum, & dicendo nullum homine tibi promitto supponit determinate. i. illum & illum & sic de aliis non promitto. Finaliter ergo genus deductum in legato uel in obligatione significat nil ibi iste uel esse prout ipso genere medio uel alia quamuis significatione concluditur, & genere deductio in obligatione uel legato, electio est eius cui datur.

GERONTOCONION, locus est ubi hi qui ob senectutem uires amiserunt aluntur & curantur de quo meminit imperator in l. illud. §. 1. & ibi glo. C. de sacros. eccle.

GENVS & populus idē sunt, & ideo quod faciunt populum, tot faciunt gentem. l. omnes populi. de iusti. & iu. & inst. de iur. nat. gen. & ciui. §. omnes populi x autem faciunt populum ut est glo. in §. 1. de elec. uide Bar. in l. pen. §. in decurioni. ff. quod quisque iuris, & in l. prætor. ff. ut no. rap.

GERVNDIVM, sumitur ꝓ eo quod per hanc dictionem significatur, & significat cō ditionem, declarationē modū uel quod suum significatum uel aliud aliunde sumptū significare probat. u. g. duo sunt instituti, & unus alteri substitutus, si unus repudiat partē suam, adeundo partē alterius deficientis, ex substitutione pars per ipsum repudiata sibi queritur, hoc gerundiū adeunde

de exponit cõditionaliter.ſ. ſi adie rit.l.ſi tu. ex parte & ibi not. ff. de acq.uel amit.hære.Item ibi uim facit qui poſsident ē nõ permittit uti arbitrio ſuo,ſiue ædificãdo, ſiue arãdo uel ferendo, uel quicquid aliud in faciend.l.uim facit.ff.de ui & ui ſignificat declaratione illorum uerborũ, & non poteſt ſignificare conditionẽ, quia refertur ad uerbum præſentis temporis quod eſt facit, Nec eſt ibi aliqua diſpoſitio q̃ poteſt ſuſpendi per hæc gerundia edificando arando &c Sed ibi lego ad monumentum, faciendũ, ſignificat modum.l.quibus diebus §. fi. ff. de cond. & demon. Et differentiam inter conditionem & modum uide gl.2.c.uerum de cond. app. unde. Scito ꝙ ut modus eſt, ſi conditio, quia cauſa.Item ibi lego pro decendo talẽ diſcipulum ſignificat conditionem, quia moris eſt prius docẽre quã ſalarium ſolui.l. nec ſemel. ff.quando di.leg.ced.

DE G ANTE I.

GIFFARE, ideſt ſigna rebus a ſe uel ab alio poſſeſsis imponere no. l. 1. & ibi glo. C. nemini licere ſine iu. aut ſi reb.&c.

Gyneciarii ſunt qui pannos imperiales texũt inſerẽdo ſericũ & aurũ.

GYNECIVM eſt locus ubi hæc fiunt, & dicitur a gynos quod eſt nudũ, quia nudo pãno ueſtitur aurum,ut C.de mur.& gyn.lib 11.

DE G ANTE L.

GLANDIS noĩe oẽs fructus continentur.ff.de glan.legen.l.unica.

GLEBA eſt quædam ſpecies terræ,generaliter tamen ſumitur pro ſolo uel terra culta.Require ſupra aſcriptitius glebe.

GLOS dicitur uxor fratris ff. l. non facile.§.affin.ff.de grad.

DE G ANTE N.

GNARVS,id eſt ſapiens uel prouidus, cui opponitur ignarus quod inde uenit.i.inſipien s.

GVLIARDI id ẽ buffones,ioculatores iidem ſunt.

DE G ANTE R.

GRADVS ſecundum Gof. & Hoſt. in ſum.de conſan. & affi.eſt quædã habitudo ſiue diſtantia perſonarum adinuicem conſanguinitate & affinitate ſibi coniunctarũ facta collatione ad cõem paren ẽ.uel eſt unius perſonæ diſtantia ad aliam in linea conſanguinitatis, ut l. 1. cum ſeq. §.1.uſq. ad affinitatis.& l.non facile.eo.ti.ff.qa diuerſimode contingit diuerſos eſſe gradus,ut patet in toto ti.præal.& in §.affinitatis. in l.non facile præal.

GRAPHIA,id eſt ſcriptura.gl.in l. fi. quis de decu.lib.10.C.

GRATIA ap̃lica perfecta,dicitur quãdo ſuper eã confecte ſunt licere, & ante literas habetur canonicus titulus Rom.conſ.456.

GRATIA duplex eſt,operans & cooperans ut eſt gl. in uerbo cooperante gratia cle. 1. de magi. Et gratia eſt habitus qui fundatur in uoluntate in eſſentia.animæ.gloſſ. in cle. 1.de ſum.tri.

GRANARIA ſunt loca in quibus grana ſeu fructus cõponunt ſic.accipitur.ff.de act.emp.l.granaria.

GRANGIA habetur in fin. de cenſi.

GRAVIS habetur de teſt.cap.licet ex quadam in glo.4.

GRAVES perſonæ dñatur quæ non ſunt leues, puta homo bonæ famę & opinionis & antiquus homo gl. in c.licet ex quadã in uerbo granes.de teſt. quã gl. dicit ibid. Abb. facere ad ſtatura quæ in multis caſibus requirunt homines graues.

GRAVAMEN eſt mediata cã appellationis.c. omnes oppreſſu.2. q. 6. c. ad noſtrã.& c. ſuggeſtũ de appell. Abb.in c.ſuper eo.lib.6.eo.titu.

GRAS-

GRASSATORES idē sunt qđ dietari de huius dictionis exspositione uide ꝙ no.ff.de pœn.l.capital.§.grassatio.Require supra dictarii.

GRASSARI dicitur latrocinari uel crudeliter agere. Inde grassor grassaris.i.nitor ad malum.inst.in glo. de suc.tuto.§.nouissime.

GRATIANVS est nomen proprium illius qui composuit decretum, & fuit ab eo editum anno Domini. 1151.ut 2.q.6.§.forma.

GRANDEVVS dicitur annorum.29. uel quia hæc ætas uirilis est ut no. 87.dist. quicunq. per c. episcopus. eadem dist. Quandoq. dicitur grandeuus.i.senex.1.Reg.4.

GREX est collectio pluriū animalium. s. decem ouium quinque porcorū,ut no.inst.de rer. di. §. sed si gregis.require supra congrega.

DE G ANTE V.

GVIDAGIA dicuntur quæ dantur alicui producto uel conducto ꝑ terra alicuius ut securius uadat. Sed gabellæ dantur de contractibus ut de emptione per emptorem.Et tangit Bal.in rub.C.de reb.cre.est casus in debet in fin. ff. de ædi. edic. & possunt abradi uel deleri de ciuitate tex. est & non alibi in l. eorum.ff.de pœn.statuitur cōiter ꝑ Italiam ꝙ de quolibet contractu debet solui gabella . Sed pone duo forenses contrahunt Senis , an debeant soluere gabellam secundum statutum ut contrahunt? Regula est ꝙ non,quia statutum non ligat forenses , quia extra territorium ius dicenti &c. c.ut animarum , de const. lib.6.cum a nobis de senten. excom.l.fi.ff. de iurisdi. omn. iud. Sed contrariū est uerum secundum Bal.l.1.de contrahen. emp. rationē allegat,quia gabella uenit in continentia contractus ergo sicut ratione contractus possunt conueniri in loco ubi cōtraxerunt, ita ad id quod in contractu deuenit. hæres absens.ff. de iud. & ita.consequenter ad gabellam & hypothecam. gl. singularis in authenti.ut diffe. iudi. §. hoc considerantes in uerbo hypothecam col. 9.& in l.2.ad fin.ff.manda.Et dicit Ludou.de Roma in singularibus suis. quòd dicit ea a Bal.

GVARDIA ea sunt quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini constituentis.

GVARDIO dr̄ ille cui talis custodia est commissa, uel dicitur guardianus qui est superior inter fratres minores custodiens cōuentū.

GVARENTARE.i. defendere in usi. feu. de de le corr.c.sunt pares.

GVLA est mater luxuriæ, quia uenter & genitalia sunt uicina.c. cum autem 44.dist. & c. nihil. de consecr.dist.n.6.

DE H ANTE A.

HABERE significat diuersimode prout suum proprium significatum uel signatum, uel aliud quoduis medium significare declarat . u.g.Res tua est penes me , & promittis mihi stipulare eandem habere licet significat quod dominium istius rei transfertur in me. l. stipulatio.§.habere.ff.de uer.ob. & sic rei possesse sine traditione dominium quæritur possidenti. §. interdum. insti. de re. di. Item ibi , res tua non est penes me , promittis habere licere, significat ꝙ dominium transfertur per traditionem.l.in traditionibus. C. de pact. Itē ibi promittis rem alienam habere licere , perseuerante aliena. nulla est stipulatio. l.stipulatio.§. quæsitum.eo.tit. quia in re aliena promissor non pōt constiuere ius dn̄i. Si autem efficiatur promissoris

foris ualet stipulatio, ut ibidem, quia tunc potest facere uel consti tuere ius dominii. Item ibi uendo tibi rē alienā, & promitto tibi habere licere significat habere iure possessionis.l. habere. ff. de uerbo. sig.& hoc natura cōtractus emptione de cuius natura est quod sufficit rem tradere qñ res aliena est uendita.l.exempto.ff.de actio.emp.

HABERE actionem est minus quā habere rē, & hoc est quod dr̃.Melius est pignori incūbere quam in personā agere.ff. de re iudi.l. minus.

HABERE, tenere, possidere, quando hæc tria uerba ponūtur in aliquo instrumento sic debent exponi scilicet quod recipiens habeat de iure teneat naturaliter & de facto possideat ciuiliter & de iure, quia ciuilis possessio est causa quærendi dominium, licet aliquando possessio sit tantum naturalis non ciuilis, ut illa quā habet uasallus.

HABITARE quis dr̃ in loco ubi hēt familiā, licet ipse non sit præsens.Fel. in c.qm̃ in prin.de offi.ordi.uer.dicitur autem habitare.

HABITATIO est seruitus personalis habitando consistens, & construitur in domo aliena, ut not.ff. de usu & ha.l.1.in glo. cum pactionibus & stipulationibus, ut. ff.de usufru. iuncta l.1. ff. de usu & ha. uel in ult.col. differt tamen ab usu & usufr. quia illa iura amittuntur non utendo, uel capitis diminutione. ut ff.si usufr. l.pe.sicut habitatio aūt non nisi morte finitur,ut l. si habitare. ff. de usu & ha. Itē pōt inhabitator aliis uendere, uel locare ius quod habet,ut l.quod antiquitus.C. de u sufr.sicut & fructuarius & non usurarius,ut ff. de usu & habi.l. sed neque uide sup hoc Azo.in sum.C.de usu & habi.

HABITVS qualis est, quis gestat talis præsumitur. tex. & ibi Abb. in c. si uero. 2. de sen. excom.& c. in audientia.eo ti.t.faciat.ad hoc c. iudex laicus. eo.tit. li.6. & in c.ex parte. de priui. lib. 6. & l.itē apud labeonem. §. si quis uirgines.ff.de iniuriis.

HAC qñque denotat non exclusionē sed inclusionem, ut in c. ego enim eps de iureiu. & sic sumitur in iuramentis dicēdo Ab hac hora.significat enim præsens tempus cum futuro.de hoc per Io. An.in c.1.de ordi.ab episc.qui resig.episc.

HARENE sunt loca ubi foditur harena l.sed & hi.de publ.

HASTARI dñr qui rem proponunt uenalem hasta supposita, & dicuntur a nomine hasta,quod idē est ꝙ uenditio,ut not. C. de fi.instr.& de iur.haste fisc.in rub.lib.10.

HASTARI, est rem proponi uenalem hasta supposita.ita enim olim fuit consuetudo.

HAVSTVS, est in ius hauriendi aquā de puteo uicini. cui eo inuito iure seruitutis ascribitur.

DE H ANTE E.

HAEREDITAS, est successio in uniuersum ius quod defunctus habuit. ut ff. de uerbo. sig.l.nihil aliud est hæreditas,& l.bonorum.eo.ti.

HAEREDITAS adita est illa, de qua hæres se intromisit authoritate p̄toris,imo authoritas prætoris non est necessaria, sed sola uolūtas sufficit, ut insti.de hære.qua.& diffe. §. itē extraneus. secus in petitione bo.poss. ut ibi no.& de aditione & repudiatione hæreditatis no.in l. qui se patris. C. unde lib.ubi dñs Cato saccus sic concludit.Aut debens succedere protulit uerba præsentis temporis indicatiui modi. aut futuri temporis.si præsentis tēporis, aut sine infinitiuo,aut cū infinitiuo,si sine, aut affirmatiue,ut adeo,

adeo,& inducit aditionem hæreditatis,& repudiatio inducit repudiationem. Aut negatiue.s.non adeo, non sum hæres, & secundum gl. & Saly.non inducitur repudiatio nisi interrogatio præcesserit, uel terminus præfixus sit,tunc.n. inducitur. Si cum infinitiuo etiam affirmatiue scilicet uolo adire uolo esse hæres, & inducitur aditio. Aut negatiue, & tunc aut uolūtas proponitur negotiationi,ut uolo non esse hæres, & inducitur repudiato.Similis si dicit, nolo amplius, nolo unquam adire,præponendo negationem uoluntati, adiunctis talibus aduerbiis temporis inducitur repudiatio. Secus si dicat nolo nunc adire hæreditatē. Nam si non inducitur quia intelligitur secundum natura aduerbii. De his est gl.in l.2.§.obseruari. C. de iura.cal.l.plurimum. ff.de acqui.hæ.l.pro hæreditate. §. i.& l.1.eo. tit.gl.in l.si eam. C. qui accu. non pos. Aut nullum aduerbium.i.nolo adire tunc si terminus est præfixus inducitur repudiatio l.omnes.ff.ad Trebel.Si nō est præfixus. tunc tantum cadit coniecturationis, uel præsumptio propter mentis ambiguitatem, ut usque ad annum possit deliberare. Si futuri temporis aut negatiua, ut non adibo,& est repudiatio,quia substantia additionis negetur ex tunc pro ut alias & semper in secula seculorum.Aut affirmatiua, ut adibo. & non induc tur aditio de præsenti secundum Cato. non obstante quod uidetur quod statim adeat, eo qđ contrariorum ead. est disciplina.ff. de procur.l. Pomponius.§.si stipuler. Nam adibo, & non adibo,non sunt opposita uel contraria, quia non adibo, negat totū tps, sed adibo,solum tempus futurū dicit, & excludit p̄sens & sic est plus in negatione quā in affirmatione, & est dare medium inter ista. Hæc Cato. Item ad probandū hæreditatis aditionem post longā distinctionē conclusit quandam notabilem doctrinam in ista singulari quæstione.Pone,Ago contra hæredem debitoris mei ipse negat se hærede,coram iudice conuinco eum habere anulum signatorium defuncti ille uidens se ad deprehensum,dicit.Furatus sum anulum de manibus domini dum esset in agone.Quæritur an sit conuictus ut hæres, uel an debeat puniri ut fur?Cato respōdet. Si ille erat suus hæres. i. filius.&c.tunc conuictus est hæres.Si erat extraneus tūc ut fur.l.si seruum. §. prætor.& l. si extraneum.ff de acqui.hære. Ratio quia ipso iure filius est hæres, sed extraneus non antequam adeat hæreditatem.

HAEREDITARIA actio.Require supra actio hæreditaria.

HAEREDITAS decurionum,nauiculariorum,& chortalium militum,& fabricensium secundum Az.in sum. C.eod.tit. in rub.& l.ul. dicitur in qua quoddam speciale ius obseruatur,de quo notatur ibidem.

HAERES est ille q̄ succedit in uniuersum ius defuncti.l.cum hæres.ff.de diuer.& temp.præscri.uel est dominus hæreditatis,qui fiat aditione in uoluntariis §.fi.institu.de hær.qua.& diffi.sed in necessariis defertur ipso iure hæreditas.

HAEREDEM instituere est aliquem post mortem suā loco sui in omnibus bonis dominum constituere. Nam dr̄ hæres ab hæros.i.dominus sibi.n.succedunt uniuersa bona defuncti, & ad eum commoda, & incommoda hæreditaria redeunt. Et possunt institui hæredes generaliter omnes & accipere quicquid a testatore eis relinquitur, siue sine

filii

filii, siue extranei siue liberi, siue serui testatoris uel alieni, siue patresfamilias siue impuberes, siue persona priuata, siue ecclesia, siue uniuersitas, his exceptis qui non possunt institui hæredes. s. deportatus propter delictum in insulam siue bannitus perpetuo damnatus in metallum fodiendum. C. de hæredi. insti. l. 1. collegium illicitum, non approbatum ut l. collegiũ tit. a lle. incestuosus natus ex dãnato coitu. sci licet spurius. Testatoris seruus accusatus de adulterio cum domina sua cõmisso, & ab illa domina insti tui non potest. Hæreticus, apostata mulier conuolans ad secundas nuptas intra tempus luctus. i. in annũ post mortẽ primi uiri, ut C. de secun. nup. l. 1. & hoc de iure ciuili. Qui scienter contraxit cum aliqua muliere ignorante secũdas nuptias esse illicitas, non potest ad illa institui &c. & sunt diuersi hæredes. Nam hæredes alii sui & necessarii alii necessarii, tantum, alii uoluntarii alii legitimi, alii legatarii, alii testanti, alii fideicommissi.

HAERES ab intestato est ille qui succedit in ius defuncti sine omni testamento. ut insti. de hære. quæ ab intest. defe.

HAERES fidecommissarius est cui ex fideicommisso relicta est hæreditas danda illi cui testator dispo suit, dicendo sic. Fidei tue committo ut hoc des illi. Et not. quod illa sunt disparat sed forte pro tanto dicitur hæres fideicommissarius quia fideicom. loco hęredes habetur, ut insti. de fideicom. hære. §. restitu. de fideicom. hære. §. restituta. ut quo directe & immediate ex testamento nihil capere potest qua lis est spurius saltem. capiat ex fideicom. Sed ipse uere non est hæres, cum ut rogatus a testatore hæreditatem adire & postea restituere, licet restitutione factu post semper hæres maneat, ut d. §. restituta. Duo ergo hæres insolidũ esse non possunt. ut. ff. commo. l. fi. ut certo. §. si duobus, licet aliqui dicant contrariũ, uidelicet ꝙ ille cui testator dari uel restitui hæreditatem dispo suit, ut manifeste colligitur ex §. sed etiã inst. de fideicõ. hæ licet uerba ibi posita uideantur innuere oppositum, si suspiciantur.

HAERES legatarius est qui legatum accepit, uel cui legatum factum est, ut l. quoties. ff. de hęre. insti.

HAERES legitimus est qui ex lege 12. tabu. aut ex iuris constitutione etiã sine testamento succedit defuncto, ut sunt agnati proximi, insti. de legi. ag. suc. in prin.

HAERES necessarius est seruus hæres institutus in testamentum domini sui ab eo qui facultas suas habet suspectus ne posuit ex ipsis satisfieri creditoribus quibus est obligatus adeo ꝙ non credit alienum hæreditatem suam adire, si hæredem eũ instituere, qui seruus hæres factus, ideo necessarius hr̃ hæres, quia siue uelit siue nolit cogitur suã hæreditatem adire, ut satisfaciat credi toribus. ut inst. de hęre. qua. & dif. §. 1. & hoc uerum nisi illi seruo debeatur fideicõmissaria libertus. l. is qui soluendo. ff. de hær. inst. aut hoc eo non faciente. s. non adeunte hęreditatem eius nomine potius quã dñi defuncti res hęreditarie uendantur defunctus contumelia quadam uel iniuria afficiatur, dicẽdo ꝙ res eius uenderetur.

HAERES suus dicitur filius qui est in potestate patris tempore mortis ipsius patris.

HAERES domesticus dicitur qui est ĩ potestate morientis tpe mortis dũ cum alius nõ precedit. Filio enim super-

ſuperſtite, & in poteſtate patris exiſtente, nepos ex eo qui in poteſtate aut eſt, ſuus hæres non eſt inſtit.de hære.quali.& diffe.§.ſui.

HAERES ſubſtitutus dicitur qui alii hæredi inſtituto ſubſtituitur. u. g. ſi teſtator ita dicat ille hæres eſto qui ſi non uelit uel non posſit hæres iſte eſto & ſubſtitutus & hoc ſiue ſecundo ſiue tertio uel quarto loco, alio in loco inſtituto deficiente ſubſtituta. Nam ſecundus dicitur omnis qui poſt primum ſequitur, etiam ſi dicimus ſic ff.de uulg. ſubſti.in princ.prout no.Hoſtien.in ſum.de teſta.§. quid ſi ſit perfectus ubi dicitur inſtitutio.

HAEREDES ſui & legitimi ſecundũ Azo.tit.de ſuis & legitimis hæredibus appellantur qui in poteſtate morientis fuerunt, ut filius filia, nepos nepotis, ex nepote natus ex filio pronatus pronata, ſeu pronepos proneptis, legitimi, & naturales, uel etiam legitimi tantum, ut adoptiui.

HAEREDES teſtamentarii dñr qui ex teſtamento hæredes ſcripti ſunt.

HAEREDES tutorum licet non ſint tutores tenẽtur tñ in quibuſdã quaſi tutores inchoationis. ſ.p defectũ omiſſum, ut ff.de hær.inſt.l.i.

HAEREDITAS ſumitur loco bonorum quando dicitur in contractu inter uiuos ut ſi quis dicat, dono tibi hæreditatem meam no. Bar. in l.quandoque.§.ſeruum.ff. de leg.i. Item hæreditas uenit appellatione rerũ, nã ſi bona relinquũtur ſub appellatione rerum continetur tota hær.no.Bar.licet C.de pac.

HAERCISCO, ideſt diuido, inde dicitur familiæ erciſcun.i.iudicium hæreditatis diuidende. Require ſupra actio familiæ erciſ.

HAEREMITA dicitur perſona eccleſiaſtica.gl.a do.ĩ l.2.ff.de in ius uo. doct.& glo.in c.qui uere.16.quæ. i. Pan.in c.monaſterium de elec.dicit ꝙ non gaudet priuilegio eccleſiaſtico reſpectu perſone uel fori. & uide eundem Abb.in c.2.plene. n.3. de foro compe.& gl.in c. nulla ratione.93.diſt.

Imo uero eremita ſcribendum eſt ſine h, ſignificatque proprie eremi hoc eſt deſerti habitatorem, eremus enim deſertum interpretatur.

HAERESIarcha eſt qui falſam de fide opinionẽ gignit. uel primo inuenit ſicut Arrius. Vuielef.& alii conſimiles.

HAERESIS græce ab electione dicitur, eo quod quicunque una opinionem hæreticam uel diſciplinam ſibi elegerit putat eam eſſe meliorem, ut 24.q.3.hæreſis alias dicitur quaſi diuiſio.

HAERETICVS dr̃ errans in fide. unde quicũque in fide dubitauerit friuola adheſione hæreticus cenſetur ut in cap.i.de hæreticis. Etiam pro hæretico habetur qui ſcienter hæreticum non reuocat, ſic e.ti. c.2. Et ſecundum Aug. dicitur qui certam opinionẽ nouã & peruerſam gignit uel ſequitur gratia alicuius temporalis commodi uel alicuius gloriæ principatus. Dicĩt gignit ut aliquis hæreſiarcha, ut Arrius, Sabellius &c. Dicitur, & ſequitur, qui errorẽ illum imitatur prout hæc leguntur 23.quæ.3.hæreticus. Dicitur hæreticus qui peruertit ſacramenta eccleſie, ſicut ſimoniacus.i.q.i. eos. itẽ ſacrę ſcripture peruerſus intellector.24.quæſt.3. hæreſis, ubi dicitur. Quicunque ſcripturam aliter intelligit quã ſenſus ſpiritus ſancti flagitat. a quo ſcripta eſt licet ab eccleſia non receſſerit, tñ hæreticus appellari poteſt &c. Itẽ omnis excõicatus.4.q.i.quod autem. Itẽ Romanæ eccleſiæ publicus iniuriator. 22.di.

22.dist.omnis.Item qui alter sentit de articulis fidei quam Rom. eccl. 23.q.1.hæc est fides.

HAERETICVS est priuatus omnib.iurib.& bonis & est excommunicatus ut in c.excõicamus.de hære.Pan.in c.cum non liceat.in 2.col.uer.& hæc est ratio, de præscrip.

HERMAPHRODITVS Require sub litera.F.

HAERVS uel heros græce idem est quod dominus latine.

DE H ANTE I.

HIC,hæc, hoc,an & quãdo sint demõstratiua Bar. in l. 1. in prima oppo. de oper.no. nuncia. & in prima constitutuione C. & in l.meuius §.duobus ff.de leg.2.& plene de istis. in l. 1.§. huius studii.ff.de iust.& iur. Alex.& Iac.& Bar.in l.1 uer.itẽ oppo.ff.de pecu.Quandoq.faciunt simplicem relationem uel demonstrationem.16.dist.c.1.

HYMNVS angelicus est gloria ĩ excelsis de celeb.miss.c.consiliũ & de elec. quod sicut.

HIRCOSVS dicitur qui os olet,ut l. qui clauum. §.is.cui.ff.de edic.

DE M ANTE O.

HODIE hæc dictio non importat dilationem.l.liber homo.§.1.ff. de uer. obl.& l.prętor.§.pręterea.& §. post se.ff.de iniur. & facit dispositionẽ. præsentem, ut idem notatur.

HOMAGIVM est idem quod fidelitas tamen Specul. eod.tit. in li. de feu. ponit illam differentiam quod Homagium est de his quæ ad temporalia pertinent , & ideo pro spiritualibus indignum est ut quis Homagium facere compellatur. Fidelitas tamen pro spiritualibus præstatur, quia prælati bene præstant fidelitatem ut in cap.antiqua.de pri ui. uel sic potest describ.homagium est quidam attrictio seruitutis liberi homin facta domino per pactionem uel petitionem siue stipulationem, promittente libero homine domino suo fidelitatem , a constituente se hominem uel uasallum suum. Et sic in aliquibus partibus hoc modo ille qui facit homagium corã domino suo flectit genua sua tenẽdo manus suas coniunctas simpliciter inter manus domini iusiurandum de fidelitate præstans, & mutuo se ĩ signum fidelitatis osculantur , cuius forma ponitur in lib. cu.de no.fi. for.cad.est & alia scilicet post rub.illam defor.c.Ad idem facit de iureiur.cap.ego n.& 64.dis. cum duo. & Hostien. ponit eam in sum.de feud.§. quid si fidelitas , & qualiter sit facienda. ex dictis homagium describi potest secundum formam ꝙ est quãdo aliquid flexis genibus iunctis manibus in manus domini positis aliquid pronuttit , quod pro spiritibus fieri non debet de quo act.ueniens de simo. ex diligenti.de exces.præal.graue.de re iudi.c. fi.

EST autem homagium multiplex secundũ Spec.ubi supra quoddam est legium. quoddã est non legitimũ , quoddam edictale, quoddã decretale &c. de quibus infra.

HOMAGIVM decretale est . Nam hæres domini mei qui illo feudi ex consuetudine posset infeudari. & per consequens in homagium succedere, debet intra certum tẽpus me in dñm agnoscere,& fidelitatem mihi præstare , & ego teneor eum ratione eis feudi in hominem recipere , & in recipiendo uideor sibi ius feudi decernere , pp quod dici potest homagium decretale,sic etiã bonorum possessio decretalis,& quod ius mihi tribuit sicut & talis bonorum possessio l. si nullu s sit proximior. Et ideo in curia Francie semper recipiũtur fidelitates & homagia

gia alterius saluo iure. Quod autem in Italia & alibi uocatur uasallicium in Francia uocatur homagiū &c.etiam dicitur homagium cap. ueritatis de iu.iu. Differūt tamen, quia homagium est quando iuratur alicui fidelitas nomine excepto, sed uasallitiam superiore excepto scilicet imperatore. De hoc optima glos. in uerbo homoque ligius cle. pastoralis, de re iud. ubi etiam dicitur quod quis non potest esse ligius duorum, sed bene ligius, unius & uasallus alterius, uel uasallus plurimū, & sic homagium, potest dici hominis ligium.

HOMAGIVM edictale est sicut bonorum possessio edictalis. Vnde secundum Specu. ibidem homagium edictale uel hæreditarium est quod quis habet eo ipso quod est hęres, nam eo ipso quod adit hæreditatē hominis mei, personam eius repræsentat, & uidetur hominis homagium subisse, & tale homagium potest finiri, tempore, si domino placebit, quia si domino non placet, non finiretur, etiam si uasallus uellet bonis feudalibus cedere, imo ageret contra ipsam, ut eum in dominum agnosceret, & hoc ex contumelia sua, unde puniri debet ne inuitus consequatur immunitatem, quod esse non debet. pro quo ff. de nego. gesto. l. siue hæreditaria. Et ideo possum eum cogere ut subeat homagium decretale & etiam quod plus tribuat ei in effectu quā edictale.

HOMAGIVM, legium, est secundum Spec. ibidem, quod fit imperatori uel regi nullius alterius fidelitate salua. illud autem quod fit aliis, nō dicitur legium, quia ut uel iuratur salua imperatoria, uel regia fidelitate. multi enim putant homagium legium esse quando uasallus mittit manus suas inter manus domini, & sibi homagium facit & fidelitatem promittit, & ab eo ad osculum recipitur, quod non est uerum ut etiam ibidem dicit Specu. sed ut ipse dicit tunc alii ponunt quod duplex est homagium, homagium legum, in quo nullus recipit quantum. Et uerba, sed quantum ad mentem. Et aliqui qui supremam & generalem habent authoritatem & iurisditionem, puta imperator uel rex intelliguntur excepti &cæt. Item ubi ponitur legium supra, & infra, habent aliqui legum. homagium non legium est quando, aliquid excipitur, puta facio tibi homagium excepta fidelitate ad quam domino meo tali legio teneor, uel saluo quod possum cum uoluero dominū legium mihi constituere, uel saluo quod uolo tibi contra talem iurare. Sed dictum primum est uerius secundum Spec. licet hoc ultimo designatū cōmunis usus approbet. Et secundum ultimum modum sequitur per totum & illo utitur Spe. de homagio legio, uide supra feudum legum.

HOMO legius ligius secundum Spec. ibidem dicitur quasi suo domino ligatus, uel quasi legalitatem continens. Vnde tex. Sicilie est homo ligius Romani iudicis, ut clem pastoralis de re iudi. præalleg. post medium in §. rursus ubi glos. not. Et omnis homo ligius est uasallus & non econtra.

HOMO est nobilissima omnium creaturam ut ff. de edi. edic. l. iustiniane. Abbas post Ioan. And. in cap. si quis de fur. nume. 3. ubi dicit. in eod. attenditur renerentia diuinę pulchritudinis l. si quis in metallum. C. de pe. & cap. ad audientiam, de cri. fal.

Hom-

HOMICIDIVM dicitur hominis occisio ab homine facta, & dicitur quasi hominis cedium ab homo, & cedo secundum Gof.in sum. eo. tit.& Hostien.& Io.An.& Specu.& est duplex scilicet uoluntariū.& casuale. Vnde casuale non est impu tandum quo ad ordinem susceptionem & omnes casu non præuidit, & operam rei licite dedit. c. quidam c.Ioan.cap.sicut eod. titu. Etiam comuniter homicidium facto, consilio, præcepto, & defensione cap.sicut eo.ti.ubi gl.no.& homicidii causam dominus, homicida pari pœna sunt feriendi eod. ti. suscepimus. & c.tua nos ille enim est homicida qui consilium præbet,& qui fratrem odit uel ei detrahit.de pœn.dist.1. periculose. & c. homicidiorum. Fit etiam homicidium spirituale ex quadā iuris fictione spiritualiter octo modis. Primo per fratrū detractores eos odientes iniquitatem oppressionē, & iniustitiā facientes, fratrib.male persuadentes &c. & c. homicidorum præall. c. omnis iniquitas. & cap.noli.ea dist. Et generaliter iniquus motus ad nocendum fratri in homicidii genere deputatur. Item homicida dicetur qui tempore necessitatis.proximis alimenta negat 76. dist. pasce. Corporale homicidiū est hominis peremptio corporaliter. Et fit dupliciter. s. lingua, & facto. lingua tripliciter. præcepto,consilio,& defensione.l. siquis uiduam & c. periculose. præalleg. Facto quadrupliciter,iustitia, necessitate,casu,& uoluntate.

HONESTVS dicitur qui nihil babet turpitudinis secundum Isi. 2. Ety. & dicitur honoris status, & de illa honestate uide Gof.Host. & Spe cu.in rub.de uit.& hon.cle.

HONESTAS iustitiæ publicæ.i. constitutiones ecclesiæ sacre pp' publicam honestatē, iudicauit. n. ecclesia esse honestū ut nūquā cōsanguineus duceret sponsam consanguinei sui usui uel mortui, secundum Archid.de sponsa.c.1. de hac honestate uide in c ad audientiam, & c. sponsam. de spon. & matri. ubi per doct. Honestas magis consideratur q̄ rei ueritas mrīmonio. contrahē. Pan.in c.iuuenis. in 2.no. de spon.

HONORARIA dicūtur premia legatorum seu aduocatorū.l.1.§. in honorariis.ff. de uac. et extraordina. cogni.Require infra legatus.

HORTAMVR aliquando importat mādatum necessitatis, & per ipsum confertur iurisdictio c.quia iudicante,de rescri.& c.1.de testa.et c. hortamur 3.q.11.Idem de uerbo rogamus 11.q.3 rog.

HOSTIARIVS olim in ueteri testamento idem erat quod ianitor, ut 34.dist.cleros.

HOSPES dicitē qui recipit & recipitur ff.de exercit.ac.l. 1. §. magistri. in glo. dicitur uector & ad legem rho. de iac.l. 3.tertio responso.

HOSPITALIVM rectores qui præficiuntur quomodo se tenere debeant,no. bene in clem. quia contingit.de relig.domi.

HOSPITALARII & conuersi alicuius monasterii nō sunt persone materiales.Panor. in c. dudum. in 2. no.de deci.

DE H ANTE V.

HVMANVS.i.secularis.dist.ca.12. q. 2. qui diuinis & humanis. de testa. cū omnis. Item idem est q̄ humi mlis 50.dist.eos 22.q. 1. si quis dederit. & habetur in regula. semel Deo de reg.iur.lib.6.

HVMILITAS seu humiliatio not. Archi.12.q. 2.cum humilitatis. Vnde humilitas est uirtus qua homo uerissima cognitione sibi uilescit. de

qua gl. optima in uerbo humilitatis & est gl. fi.in cle.1.de rel.domi. quæ multa per pulcra ponit de humilitate. Vnde melior est in malis factis humilis cōcessio quā in bonis superba gloriatio.10.q.in iustū. in fi.Itē humilitas humilib.nō pro desset, si contumacibus non docere de post.præla.c.1.in fi.

HVMILIORES personæ dicuntur pauperes.l. 1. illicitas. §. ne potentiores.ff.de offic. præsi. & dicitur humilis quasi homo ac cliuis, secundum Isid. not. Arch. in c. quoniam episcopus 23.dist.

HVMILIATI sunt quidam religiosi,qui fuerunt condemnati ab ecclesia per Lucium Papam qui noluerunt iurare,postea temporis Clementis recepti sunt ab ecclesia quia se correxerunt, & iurant quando expedit not. in cap.olim causam de restitu.spo.

DE I ANTE A.

IACTVS. Require infra lex rhodias de iactu.

IACTVRA est damnum uel periculū quod quis patitur quando imminente tempestate proiiciuntur bona in mare ad exonerandum naues,& ita proprie, sed larga potest capi pro quocunque damno alicui per uiolentiam illato undecunq; proueniat. Vel dicitur lesio facta cum lapide uel ligno.Require ēt infra lex rhodia.

IACTVRA & damnum differūt, quia iacturam scienter & ultro patimur ut patet in iactura quæ fit per tempestatem maris, ut titu. ad. l. rhodiam de iac. & c. dispensationes 1.q. 7. damnum uero insolito & nobis in scientibus fit cap.in primis 2.q.1.& l.1. ff. ad l. aql. & no. per Ar. in c.quia sepe.de ele. in 6. in 2.colum.

IACINTHVS lapis ē ꝑtiosior alias, C.nulli lic.in fre.l.unica lib.11.

IAM hæc dictio denotat perfectionē actus & continuationem Bart. in l. celsus.C.de usucap. & in l. 1. ff. de aqua quoti.& esti.& text.in constitu.C.uer. omne tam consti. & ibi Bald.& in passione domini: Cū iam fero factum esset.

IAM quandoque ponitur,ut interrogatiue.ff.ad l.aquil.l.si ꝗ̄s chū.Quandoque retro tempus significat & continuum.de acqui. re. do.l. nonnunquam.§.thesaurus.

ITEM quandoque sumitur de futuro & præterito, secundum subiectā materiam,ut l.quamuis.ff.de fur.& ibi not.

IANVARIVS est mensis ideo sic dictus quia est principium & ianua totius anni,ut not. per Archid. extra de rescri.cap. si propter. 3. colum. in glo.debet hoc intelligi.

DE I ANTE B.

IBIDA est de schorto natus alia nomina illegitimorum require infra. Manser,spurius,anser,nothus.

DE I ANTE C.

ICONOMVS dicitur ille cui ecclesiastica res gubernanda mādatur,ut C. de sacro sanct. eccle. l. iubemus circa princip.90.distin. enim quibusdam,& glo. 3. c. imperatorem de iura. cal. ubi non differentiam per doc.inter iconomum syndicum pro curatorem,& actorem quia ibi ling. in lata significatione idem significant.De quo due glo.notabiles una in capit.si quis erga 2 . q. 7. alia in c.quoniam 16.q.7.& habetur 10. q. 2.si iconomus.

ICONOMVS per œ diphthongō scribendum est non per i nec per y significat autem proprie curatorem domus, hinc & deconomica Aristotelis.

DE

DE I ANTE D.

IDCIRCO & ideo sunt dictiones causa Bar. in l. demonstrati.§. quod aut.ff.de condi.& demon.

ID est,est dictio expositiua.ff.ad leg. aqui.l. itē mela.§. legis & de spōsa.cap. primo uide late.de hoc dictione per Bar. in lege prima.ff.ad legem aquil.

IDIOTA est græcum, & est idem quod imperitus,secundum Isid.lib. 10. ut est laicus qui literas nescit, ut in auth. quomodo opor.episco. §. 1. quandoque dicitur ille qui ostendit se scire cum nesciat, unde uersus. Vir bene uestitus, pro uestibus esse peritus. Creditur a mille quamuis idiota sit ille & dicitur ab idus id est, diuisio, & ota id est litera, quasi aliter diuisus, ita dicit Io.An. in addi..ad Spe. in tit.de arbitrio.§. restat.uer. sic item ferende sunt.

IDONEI proprie dicuntur qui possunt & uolunt in ecclesiis deserui re de præben. super in ordinata. Et dicuntur idonei qui sunt moribus honestate, & literarum scientia decorati, de insti.cap.in ecclesia.in glo. 4. etiam sunt prouidi,& circunspecti.

IDONEVs tutor dicitur qui est soluendo quatenus sunt facultates pupilli l. 2.§. idoneos & ibi Bart.ff. ad tertu. & p̄sumitur quilibet idoneus nisi quo ad facultates Bar.in l.si uero. §.quo pro rei. ff. qui satis.cog. Item ista dictio non solum est declaratiua, sed etiam expositiua.not.Bart.in l.quæ situm.§.pe.ff. de fide instru.

DE I ANTE E.

IEROCINIVM est locus ubi aluntur pauperes,secundum quod accipitur. C.de sac. san. eccle.l. illud.

IERETOCOMIM est locus ubi senes & ualitudinarii, & propter senectutem tantum infirmi homines curantur glo.in cap.tributū.§. sancimus 23. q.9. hinc dicitur gl. in c. 3.de re. domi. Ponitur.in prothoc.cagerotho, bepho, orphano.xenon.Infirmus, uetulus, puer, ox phanus,& peregrinus.

DE I ANTE G.

IGNARVS est q. ignorat,uel ignoratur, secundum Isid.l. 10.unde ignorans ignorabitur. & 38.dist.qui ea dicitur. Qui ea qui dei sunt nesciunt a Deo nesciuntur.

IGNAVVS idē est quod ignarus uie, id est, rōnis uite secundū Isid.ibi.

IGNORANTIA est de facto uel de iure nihil scio, nec mihi aliqd suspicior. secundum Azo. in sum. C.de iuris & fact.

IGNORARE proprie est nescire quod aliquis debet scire. Nescire autem est cōmunis quam ignorare. Vnde proprie omnis qui ignorat nescit, & non econtra. ut not. ff.de iur.& fac.igno. super rub. Et in hac materia quatuor sunt quæ uidentur idem, sunt tamen diuersa scilicet ignorantia, nescientia, error & titubatio. Primum sumitur in mala parte, quia scilicet dicit scire, & ignorat, unde dicitur qui ignorabitur. de renuncia. capitu.nisi cum pridem. Nescire autem in bona & mala parte. Nam omnis ignorans nescit. sed non conuertitur,ut dictū est. Error aūt est cum aliud est quā credam. Quod aūt aliud sit errare quā ignorare, patet cum dicit lex, si potest possessio acquiri ignoranti. ergo & errāti. ff. de acquir. possess.l.si me in uacuam.§.1.Titubatio uero est cum hincinde diuersa uel cōtraria scire uideo,nec alicui earum magis aīmū applico. C. de condi. indeb.l. fina. Et ignorantia diuiditur ex parte materie

circa quam est, quia alia est ignorantia iuris, alia facti, & hatũ una probabili, alia non. Ignorãtia facti est ut si nesciam illum decessisse qui mihi cognatus est, uel aliquod simile. Et ignorantia facti alia est facti differentia ad salutem uel ad officium. & hæc excusat, ut 1. ad Corintho. 10. Omne quod in macello uẽditur mãducare nihil interrogantes propter conscientiam. Alia est facti necessarii ad officium ut in presbytero quod sit facta manum impositio, & hæc nõ excusat. Alia est necessarii facti ad salutem ut quod Christus passus est, & hæc etiã non excusat inhabentib. usum rationis. Item ignorãtia facti alia est proprii facti, alia alieni, Si proprii aut ergo quis dat operam rei illicite, & tunc nõ excusat, aut rei licite. & tunc aut habuit indebitã diligentiam, & sic non excusat a toto, sed a tanto. Si uero debitã habuit excusat a toto. Si uero sit facti alieni, aut est ignorãtia probabilis scilicet ad quam non requiritur & si nimis diligens, aut curiosus inquirendo, uel etiam quod sit nimis negligens, & hæc excusat, aut est crassa & supina, ut cũ quis ignorat ea quæ sunt publice facta coram populo. & tunc non excusat. ut not. Bernardus in cap. requisiuit. de ord. ab epi. qui resigna. epi. & cap. 1. de postu. de cler. excommu. mi. cap. apostolice. & de con. ut animarum lib. 6.

ITEM ignorantia alia est simplex, ut cum quis tenetur scire quod nescit, & facit ad hoc quod sciat, sed non quicquid potest. Vel secundũ aliquos potest dici simplex ignorãtia quæ priuat scientiam, nec ponit debitum sciendi, nec contemptum sciendi, & hoc est in his qui nõ habent usum rationis. Alia est crassa, ut cum quis negligit scire quod tenetur scire, nec tamẽ uult scire. Alia est affectata, ut cum quis negligit illud quod tenetur scire, et placet ei nescire, ibi prima excusat a tanto, sed non a toto, secunda adhuc excusat, sed minus quam prima. Tertia uero non excusat, sed accusat. Item ignorantia alia est uincibilis, alia inuincibilis. Inuincibilis autem est introducta præter omnem culpam, aut per culpam præambula. Si primo modo, aut simpliciter priuat cognitionem. ut in his qui carent omnĩ usu rationis, & hæc excusat a toto. aut non tollit omnino rationis usum, & tunc nõ excusat a toto, ut in his qui nõ sunt plene furiosi, sed habent aliqua lucida interualla, & in pueris qui sunt capaces aliquo modo præcepti, licet non plene. Si per propriam culpã, ut in ebrio & furioso. quorum uterque præcipitauit. se in hoc per suam culpam non excusat, quia secundum Aristo. 3. Ethic. ebrio debetur duplex pœna, licet furiosus excusetur saltem a tanto. Si autem sit uincibilis tunc distinguitur, ut supra in crassam & supinam, & affectatam. Sed quod duplex sit ignorantia. tex. est optimus. 1. quæst. 4 §. his ita respondetur. Itẽ quod ait Ambrosius. Turbatur nauicula Petri. ibi in uerbo ignorantia. glo. optima omnino uidenda. Alia ergo est ignorantia iuris, ut si nescio me illi posse succedere qui mihi cognitus est discessisse. ut ff. de iuris & fact. igno. l. 1. & hæc non excusat. regula ignorantia, de re. iur. l. 6. Est etiam quædam ignorantia probabilis ut si quis errat in facto alie. & ignorãtia nõ probabilis, ut si qs. errat in facto proprio, uel rebus suis ut. ff. pro so. Luic. uel si ignorat

rat

rat aliquis quod omnes de ciuitate sciant uel maior pars ciuium scit l. regula §. sed facti.ff.de iur.& fa. ignoran. Turpe enim est patritio & nobili uiro & causas per orantibus in quo uersatur ignorare. l. 2.§.ab his.ff.de ori. iur. Et differentia inter ignorantiam errorem, titubationem, & nescientiam notat Archid. 34.q.3. Item ignorantia dicitur esse triplex. Prima negationis, qua scientia negatur, nec debitum sciendi ponitur, & simpliciter hæc excusat. Secunda est ignorantia priuationis, qua etiam scientia negatur, seu aptitudo siue debitum sciendi ponitur, & hæc in eis quæ pertinet ad salutem, excusat a tanto, sed non a toto. Tertia est ignorantia dispositionis quæ ponit errorem siue conceptionem contrariã recte scientie, & hoc in his quæ pertinent ad salutem, accusat, non excusat. Et sic patet ꝙ ignorantiarum quædam excusat quædam non, quædam magis, & quædam minus. & quædam omnino nil excusat, sed incusat, uel accusat. Nam ignorantia iuris si aliquid excusat minus tamen quam ignorantia facti. Et ignorantia iuris alia est iuris naturalis, alia iuris diuini, alia iuris canonici, alia iuris ciuilis. Ignorantia iuris naturalis nullum habentem usum rationis excusat, quia hoc est in corde hominis scriptum. 1.q.2.§. his ita denotandum. Ignorantia uero iuris diuini quantum ad aliqua simpliciter excusat laicos, & quantum ad aliqua excusat eos a tanto, non a toto. Legere enim prophetias & Euangelium & doctrinam apostolice scientie tenentur episcopi & prælati maiores qui debent domino omnipotenti seruire & reddere rationem de ea quæ in eis est fide & spe. unde eis requiritur scientia ueteris & noui testamenti. Sed laici ad hoc non tenentur nisi ad notitiam decalogi & articulorum fidei, prout in apostolorum symbolo continetur. Ignorantia autem iuris canonici aliquos excusat, aliquos non, continet enim ius canonicum constitutiones per quas discernuntur peccata, & has tenentur scire præsbyteri curam animarum habentes. s. confessores. Non autem ita tenentur alii & multominus laici. Sed ipsi præsbyteri & alii clerici secundum ꝙ sunt in maiori gradu constituti, secundum hoc etiam plura scire tenentur. Ignorantia uero eorum quæ publice promulgantur ad laicos pertinentium non excusat eorum peccatum quod per ignorantiam perpetrant 18. distinctio. quod dictis. Ignorantia uero iuris ciuilis aliquibus prodesse potest, ut militib. rusticis mulieribus, & minoribus annis, & maxime in damno euitando, non autem in maleficiis. unde. Leges ciuiles si nescit femina, miles clericus & cultor, iudex sibi parcet & ultor. Nam rusticani succurritur in ignorantia iuris. ut in l. quicunque. C. qui adimit. ad bo. pos. glos. 1. quæ allegat ad hæc iura. Sed ibi Cato de saxis concludit contra Sali. quem dicit rustice loqui, ꝙ rustico ius ignoranti non debet succurri, quia debet consulere petitiores. Si enim non parcitur mulieribus & nobilibus ad indulgentias euntibus, cum oporteat consulere peritos, nec rustico eunti ad siluas parci debet. Sed tamen rusticitati parcendum est. ut C. de testa. & quemad. test. ord. l. si item ignorantia dicitur crassa & supina per metaphoram, hominis crassi & supini, qui non uidet etiam ea

quæ ad pedes eius sunt.

IGNOMINIA est uerbalis læsio contra honorem alicuius, uel etiam turpitudo. Et sic dicitur ꝙ ignominiosum est episcopo si quærat ab aliis doceri, cum ipse alios docere debeat, ut in authen. de sanc. epis. §. damus. col. 11. & 36. dist. §. ecce. 1. q. 1. uilissimus. 8. q. 1. licet & arg. 1. argentarius. §. prohibetur ff. de eden. Inde dicitur q' ignominia & confusio est Christum crucifixum pauperem & esurientem fratris prædica e corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumētiaq. ora proferre. 35. dist. ecclesiæ princeps.

DE I ANTE L.

ILLVSTRIS est nomen notitiæ eo ꝙ multis clareat splendore generis uel sapientiæ uel uirtutis, quamuis sit obscure natus. secundum Isido. Et nota quod quatuor sunt nomina dignitatum, scilicet maximi, ut sunt super illustres, magni, ut illustres, medii, ut spectabiles, minimi, ut clarissimi. in aut. de app. §. 1. & tribus seq. inst. in proemio. §. cum que ubi glo. Illustres etiam dicūtur qui sunt de consilio, & consistorio Imperatoris. l. quisquis C. ad leg. Iul. maiestatem. Vide late Barba. in capitulo nouit de offi. deleg. in cap. noui de iud. & in cap. tua de ordi. cog. & per Alex. de Imo. in l. 1. 11. colum. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. in gloss. in uerbo tribuuntur.

ILICO dicitur fieri quod fit antequā diuertat se ad alia facienda l. litigatoribus. C. ad appel. ubi conceditur ilico appellare uiua uoce in criminalibus & ciuilibus causis etiam sine scriptis. ff. eo. ti. l. 1. §. fi. & l. a sententia. §. fi.

ILLATA idest opposita. de præsump. nonne.

ILLVSIO est deceptio uel derisio. clem. unica. de renun. ubi concor. mul. in glo.

suis ꝙ hæc dubitatio cessat cum in instrumento asseritur per notariū de spontanea uoluntate nam tunc indistincte potest reprobari per duos testes, secundum Ba. in disputatione sua allegat. Inn. in c. super hoc de renun. & l. obseruare ff. de offi procon. nec instrumentum probat nisi sit in eo dies & locus. c. inter dilectos. de fid. inst. & c. abbate sane in gl. de re iu. lib. 6. Hoc uerum nisi probetur dies & locus esse originalis. licet si omibus in instrumento. secundū Spe. in ti. de instru. edi. §. instrumentū. uer. si quis ergo. Etiam instrumentum de falso suspectum reddit diuersitas scripturarū uel manū. casus singularis & unicus in auth. de trien. & se mis. §. quod & sæpe secundū Bald. in l. contractus. C. de fid. inst. & similes in c. inter dilectos, de fi. inst. Et dicit glo. in aut. ut proponatur nomen imperatoris. si notarius dimittit hæc uerba, in nomine domini in instrumēto, ꝙ illud instrumentum non ualet. Quæ gl. potest esse uera in arduis & perpetuis. sed in minoribus & breui tempore duraturis non tenet. & contrarium potest teneri secundum Spe. in tit. de instru. edi. §. 1. circa princi. Sed utrum ualeat instrumentum per tabellionem excōmunicatum confectum? Videtur ꝙ sic. de hære. ex cōmunicamus. §. credentes. ubi dicitur. Si excōicatus satisfacere contempserit infra annū tunc instrumentū per eū cōfecta non tenent. ergo a contrario sensu prius, idest ante annū facta ualent, licet sit excōicatus. Sed in contrariū ꝙ non ualeāt. 3. q. 4. nullus. de sen. excom. nouerit. Dicunt Hostien. & Guil. quādiu eius excōicatio est occulta, ualēt instrumenta ab eo confecta, uel si sit manifesta, nec potest probari. 3. q. 7. §. tria de re iudi. ad probandum, de excep. pia. §. si uero li. 6. Secus si notitia. c. exceptionem de excep. & c. uestra. de cohabi. clerico. & mul. Et ueterum per instrumentum probetur crimen, ut tam quæst. Io. An. in c. cum impositibus de iureiu. lib. 6. in glo. ue. bis datis. dicit se disputasse quā uide ibidem & etiam Gemi. Sed aliter dicitur instrumentum apparatus fundi quo exercetur possessio & ita accipitur in l. 4. ff. de fund. instruct. Vnde instrumentorum quædam sunt causa agrorum colendorum ut aratrum, rastrum, traha, quæ equandis cespitibus trahuntur. Alia colligendorum fructuum, ut sarculus quo cardones & herbæ inutiles excidūtur, & similia. ut falces herbarie, falces messorie, & falces putatorie legationes. torculator, corbes quelli uindemiatorii quib. uindemia portatur causa seruandi fructib. ut dolia. granalia casellę in quibus fructus reponuntur. s. celulle granariorum. Vnde instrumentum capitur tripliciter, uno modo latissime & sic omne uas uel susceptibile in constructione domus uel fundi inusitatū, dicitur instrumentum. Secundo late pro omni eo quod causa instruit, ut scripturę, testes facit c. peruenit. extra de testib. cogen. facit l. nationē. §. instrumentorum, ff. de uer. sig. Tertio stricte solum proscripturis, ut in tit. de fid. instr. Et sic differunt testes ab instrumentis, quia probatio testium fit uiua uoce. sed instrumentum uoce mortua. Ex quo sequitur quòd statutum disponens & producens falsum instrumentum puniatur in decem non habet locum in producente falsum testem, quia statuta sunt stricte intelligenda facit ca. ex lite.

lite. de spon. Sunt autem due instrumentorum due species. Nam aliud publicum, aliud priuatum instrumentum. Publicum est solennis & rite ordinata scriptura, per autenticam persone manum publice facta ex causa memorie. c. scriptura. fin. instr. Et sunt ille de solennitate quæ faciunt instrumentum publicum, & autenticum regulariter, ut s. præponatur nomen imperatoris & annus imperii, nomen consulis & annus consolatus. Hodie uero ponitur nomen summi Pontificis cum aliis septem ut sunt annus domini, indicio, mensis, dies, locus cum nomine notarii & cæt. de quib. no. in gl. in l. generaliter. C. de tab. lib. 10. Et dicitur publicū instrumentum, quia iudicis authoritate est exemplificatum & autenticum, ut in ca. cum dilecta. de confir. uti. uel inuti. Item publicum instrumentum, quia autentico sigillo est sigillatū, est ut c. 1. de fid. inst. Item dicit publicum instrumentum, quod in iudicio dicitur seu scribitur apud acta publica, & ualeat etiā per quemcunque scriptum sit. de prob. quoniam item dicitur publicū instrumentum quod habet subscriptionem trium testium uiuentium, ut ca. subscripta præall. Item dicitur publicum quod de archiuo publico uel de armario producitur, ut liber censualis in quo scribuntur census, uel liber annotationum, & ei creditur si habet publicum testimonium. s. ꝙ iudex confiteatur illud de archiuo publico esse productum. c. ad audientiam. de præscr. ubi dicitur quod Papa credit cuidam libro censu. lib. Et ciuilibet alii instrumento fides adhibetur. ut patet per iam dicta & per multa alia iura. Instrumentum priuatum est quod per manum priuatam confectum est uel a tabellione. non tamen in forma publica scriptum ut quia nec nomen Imperatoris, nec consulis nec Papæ (de quibus supra proxime dictum est) apposuit, ut C. qui pot. in pigno. habean. l. scriptas. ut ibi notatur. Et tale instrumentum debet habere trium testiū subscriptionem. ut d. l. fi. Et priuatum instrumentum a quocunq. fit scriptum, nisi aliquo dictorum modorum fit roboratum, non ualet. Instrumētorum priuatorum tres sunt species. Nam aliquando facit scripturam, ibi tantum aliquando tibi & alii, & aliquādo alii tantum. Illi scripture quam quis facit sibi uel pro te nulla fides adhibetur ut C. de proba. l. 1. Si autem facit scripturam contra te, puta creditori tuo, de eo quod accepisti ab ipso, creditur ei contra te, ut primo quæsito. ultima. saluberrimum. Si autem tibi & alii facit scripturam, sicut est codex rationum tuarum, ei interdum creditur ut 10. q. secunda. Est autem aliquod instrumentum guarentigie, uel guarentigiatum, uidelicet quod habet executionem paratam, ut si cantat aliquem esse debitorem alterius statim exhibito in iudicio iudex, executionem facit, ut si communiter. Papiæ. De his not. in l. a duo Pio. ff. de re iud. De instrumentorum rasura uidi in cap. ex literis in glo. 2. de fide instrumentorum. & in cap. cum uenerabilis, in glo. fi. ff. de rer. domi. & cap. licet in glo. 4. de crimine fal. Nam instrumentum rasum de falsitate suspectum habetur. Ergo dicitur ab instruo. quia eo mediante cause instruuntur.

INSVLA trib. mo. capitur. Primo pro domo in mari posita quia in salo idest falso posita est secundū Isido,

& no. gl. in §. insula inst. de re. diui. & uide Bart. in tract. de insulis. Secundæ sumitur pro qualibet domo, ut insulam. ff. de uerb. obl. & l. 4. §. effracture in uersi. insulis. de offi. præfec. uig. non tamen proprie est insula, ut dicit glo. in d. §. effracture. Tertio modo dicitur insula locus undique circundatus aqua ut l. adeo. §. insula. & ibi glo. ff. de acquir. rerum do. & no. Bart. in suo tract. de insulis. in pri. & ista dicitur crementum patens distinctū ad differentiam aluuionis quæ est latens incrementum, ut no. Ang. in l. item si fundi. §. 1. ff. de usufr. Et de hoc uidi inst. de rerum di. ubi in gl. ponitur etiam alia diuisio insulam. §. insula.

INSVLARII serui sunt q in insula retinent: ut l. in l. ff. de uerb. sig.

INTERCESSOR dicitur qui pro alio præces facit & fundit. Item dicimus intercessorem illum qui intercedit & interponit se inter debitorem & creditorem, ad hoc quod ei pecunia mutuetur, & est qua fideius. & constitutor.

INTERCEDERE proprie idē est quod pro alio præces fundere, summitur tamen communiter in iure pro interuenire.

INTEREMPTOR, id est mediator in emptionibus.

INTRVSI dicuntur qui non per electionē canonicā, sed per uiolentiam occupant honores, officia, uel ecclesiastica beneficia.

INTENTIO siue capitaliū in iure dicitur illud quod intendit probare per testes qui inducat eos.

INTELLIGENTIA dictorum est ex causis assumenda dicendi. de uer. sig. c. intelligentia, & non ex opinionibus hominum, sed ex cōmuni usu sunt intelligēda nomina. ff. de supel. leg. l. labeo.

INTERROGATORIA sunt quæ facit pars testib. pductis contra se & dant super articulis de quibus præmissum est, & formant per circunstātias causæ & personarum. ut est glo. in c. præsentium. de testi. lib. 6.

INTERESSE mea est mihi expedire uel meū damnum uel lucrum quod facere uel capere potui, non fecisse uel non recepisse, unde hoc uerbum interest impersonaliter potest poni in constructione. Et quandoque construitur cum pronominis possessiuis, & tunc exigit ablatiuos fœminini generis hoc modo, mea interest debitum solui die statuto. Similiter dicitur tua, sua, nostra, uestra interest. Et illorum pronominum ablatiuos regit, captum pro pertinet. Cum uero construitur cum cæteris dictionibus, tunc exigit genitiuum singularem uel pluralem ue ibi gratia. illius interest rem suam non parire. regis interest regnum suum gubernare reipublice interest ne crimina maneant impunita, litigatorum interest iustum habere iudicem uel fauorabilem. Interest hoc uerbum pro nomine neutrali ponitur, & quandoque significat damnum q euenit, quandoque lucrum amissum. Damnum quod accidit. u. g. Persuasisti familiæ meæ q de domo uel possessione cederet, quo facto damnum mihi euenit. tu teneris ad interesse mihi præstandum i. damnum quod passus sum. relar ciendum. item de lucro amissum ponitur exemplum. Debuisti mihi soluere centum aureos Romæ, tu soluere desidera: Basileæ estimandum est quantum interfuerit meam pecuniam suo loco mihi. solutam fuisse id est lucrum q ex mea negatione in eo loco facere potuissem. Et hæc actio per quam

hæc.

hæc fit, dicitur arbitraria loci. Sed notandum quamuis lucrum amiseri, non ideo damnum passus es, quia damnum dicitur ademendo, scilicet quando ex facultatib. aliquid demitur, aut ex propria substanti diminuitur, ita quod damnum pateris quando rebus tuis aliquid decrescit, non quando accresfit rebus tuis. Vnde interesse est damnum emergens uel lucrũ cessans supeneo ꝙ dari uel fieri omissum est u. g. in Papia dare mihi pecuniam promisisti tali die, & nõ fecisti. hic damni & lucri ratio est habenda. Damni, quia in mora fuisti, & non soluisti, die tali sicut promisisti, unde non habui ut soluere quare pœnam incurri & damnum, quod non incurrissem si mihi loco & termino præfixis sol uisses, nec damnum hoc passus essem. Lucri etiam consideratio habenda est, quia si mihi in loco & termino debitis soluisses, mercimonia comparassem & multa lucratus fuissem. Est ergo interesse est imitatio damni quod taliter euenit, uel lucri quod cessat ex eo qđ aliquid tibi non datur uel non fit ut debet.

INTERESSE conuentum est. s. cum non facis quod promisisti mihi, uel cum non fecero quod promisi tibi. Aliud interest est commune scilicet æstimatio communis damni uel lucri quod euenit uel cessat. Aliud singulare, scilicet æstimatio quæ euenit ex specialis casu uel utilitate uide de hoc Specu. in titulo de fruc. interesse.

INTERDVM dicitur fieri quod fit inter diem. i. de die in diem.

INTERPELLARE quandoq. idem sonat interrumpi, unde dicitur quod per lit.conte. interpellatur. i.interrumpitur actio, possessio, uel præscriptio. item interpellare idem est quo monere, ut dicendo. Dies interpellat pro domino. i. monere c. potuit in fi.de loca.& conduc.

INTERDICTVM olim nihil aliud erat quam quædam formata & solẽnis cõceptio uerborum quibus prætor aliquid fieri iubebat uel prohibebat, quod tunc maxime faciebat cum de possessione uel quasi possessione inter aliquos contendebatur. ut inst. de interdi. circa princ. & ff. eo.tit.& dr̃ interdictum quasi inter duos dictum uel redditum ut inst. eo. titu. §.exhibitoria alias §. sunt tamen in fi. Vel secundum aliquos dicitur ab interdicendo idest prohibendo. quod non placet. cum per interdicta non semper prohibeat imo aliquando aliquid fieri iubeat iudex. ut inst. eo.tit.§.1.Differebat autem interdictum ab actione, quia solennitas actionum erat inducta de iure ciuili, interdictum autem iure prætorio uel secundum Azo. quia in actione uerborum solennitas non formabatur in singulorum personis, sed erant generaliter in omnium personis formata solemniter uerba. In interdictis aut quod erant hominis qui nolebant eam proponere tot eis desiderantibus, & petentibus formabantur uerborum solennitas uel conceptiones quibus contra suos aduersarios iu causis suis utebantur, quas interdicta uocabant. de hoc no.inst.eo. tit.in princ.& ff.eod. super rubrica. Hodie autem inter actiones & interdicta nulla est differentia, ut inst.eo. titu.§.fin.Est ergo interdictum actio in factum prætoria. i. prætore inuenta. Et aliquod nomen sortitur ab inuentore ut Saluianum. Aliquod a principio formæ uerborum, quorum bonorum, quorum legatorum ut

posti-

posſidetis. Aliud materia de qua tractat nomen accipit, ut ne quid in loco ſacro fiat.de locis & itineribus publicis, ut ne quid in loco publi.& itinere publico fiat de loco publico fruendo &c. Vnde interdictorum aliud petitoriũ, aliud poſſeſſorium,& aliud mixtum. De petitorio. ff. l.eo.ti.interdictorum. §.quædam.De mixto. ff.unde aqua quot. & eſti.l.1.§.fi.de poſſeſſorio. inſt. eo.ti.§.ſequens diuiſio.Et huius interdicti tria ſunt membra, quia aliud interdictum poſſeſſoriũ datur pro adipiſcenda poſſeſſione aliud pro recuperanda, & tertium pro retinenda. Primum competit ei qui non fuit ante nactus poſſeſſionem, & illud eſt triplex.ſ. quorum bonorum,quorum legatorum, & Saluianum. Primum competit hæredi uel filio emancipato pro poſſeſſione hæreditatis a prætore petita. Nam filius emancipatus de iure ciuili non admittebatur ad hæreditatem paternam, ſed quia emancipatus ita eſt filius ſicut in patria poteſtate exiſtens, ideo prætores (i. magiſtratus a populo Romano creati gratia emendandi defectus legis duodecim tabu. ſecũdum equitatem dum tamen non tollerẽt diſpoſitionem iuris ciuilis) ſtatuerunt iure prætorio emancipatum admittendum ad res uniuerſas corporales, & non ad iura incorporalia. Et datur directum de iure prætorio, utile uero de iure ciuili, Et eſt effectus huius interdicti ꝙ ex eo filius emancipatus agere poteſt contra poſſeſſorem rerum paternarum,ſic concludendo. Peto talem condemnari ad dandum mihi talem rem cuius hæres factus ſum de iure prætorio.Secundum. ſ. quo legatorum, competit hæredi contra legatarios qui propria authoritate legata apprehendunt, quorum ipſe debet eſſe diſtributor poſtquam falcidiam deduxit.Vnde aliquis habet tres filios & domum & uineã, domum legat primo,ſecundo uineã, & tertiũ hæredem uniuerſalem inſtituit, qui nihil reperit in hæreditate. Debet ergo tertius habere falcidiã, i. quartã partẽ hæreditatis, & ſic deducta quarta parte a domo & a uinea, ille tertius diſtribui, aliis filiis.1. & 2.legata reſidua de manu ſua, quæ ipſi proprie authoritate non debent apprehendere. Eſt ergo affectus huius interdicti ꝙ petat legatarios cõdemnari in omnibus legatis reſtituendis quorum ipſe hæres eſt. Tertium. ſ. ſaluianũ competit locatori contra inquilinum qui deportat bona ſua hoſpitio ſibi locato. nec reducit ad priſtinum ſtatum, quia oĩa obligata ſunt hoſpiti tacite pro cenſu.Secundum.ſ. pro recuperanda poſſ. competit eiecto de poſſ. & hoc tripliciter.ſ. unde uide. poſſeſſionem immobili, ui bono.rapto. ſpoliatore mobili, & quod ui aut etiam contra eũ qui in ſolo alicuius edificauit. Tertium. ſ.pro retinenda poſſe. interdictum poſſeſſorum competit contra moleſtantem aliquem in poſſeſſione, & eſt duplex. ſ.uti poſſidetis. quod competit inter duos qui eandem rem immobilem contendunt poſſidere. & utrobi quod gratia poſſeſſionis eſt inter duos ſuper re mobili. De his uide gl.4.& 7. in cap.paſtora.de cau. poſſ. & proprie.ubi plene.Et not.optimam glo. & magiſtralem in l. ſi quis in tantam. C. unde ui. ubi ponuntur multi caſus in quibus quis non incidit in pœnam huius nouæ conſtitutionis ſi quis. Nam enim dicitur agi unde ui.ſed ex illa conſtitutione. Interdi-

terdictorum etiam quædam sunt publica,quædam priuata. Quædam simplicia in quibus alter est actor, & alterius ut sunc restitutoria, uel exhibitoria. Quædam duplicia in quibus par utriusq. litigatoris con ditio est nec quisque actor uel reus præcipue intelligitur, sed quilibet tam rei quā actoris partes sustinet, insti. de inte. d. §. 3. & §. duplicia. & ff.eo.tit.l. 2 ubi de hoc. & in l. 3.eod. titu. Hæc & alie diuisiones interdictorum plures ponūtur,quæ sunt de libero homine exhibendo, ne quid fiat in loco sacro sancto & religioso, in flumine ripa ue. & in flumi. pub. de cloacis publicis & c. ut infra de singulis dicetur in locis suis.Sunt autem interdicta publica nomen in uniuerso secundum Spe. in tra.libellorum. tit. de cau. pos. & proprie. §. quia uero. Alia omnia sunt interdicta priuata, quia propter utilitatem priuatam inducte, & sunt in toto. 28.secundum Spe.ibi.§.priuata.Item interdictum generale dicitur quando regnum, terra,aut uilla interdicitur. Particulare uero quando una ecclesia interdicitur, & hoc modo sumēndo interdictum pro censura ecclesiastica.

INTERDICTVM de aqua quot. & esti.datur habenti ius aque quotidiane uel etiam estiue. deducende ad prædia sua aliquis ducere pro hibetur, ut ff. eo. ti.l.1. in prin.Et quòd interdictum aliquādo sit pro hibitoriū, aliqñ restitutorium, ut sequitur de hoc est casus in d.l.1.§. 1.& est prohibitorium & retinendæ possessionis, quādoq. autem est restitutorium secundum Specu. ibidem uersic. alio modo. & §. præallega. ubi subdit prætori. Quotidiana autem aqua non tantum illa est quæ quotidiana dicitur, sed illa est qua quis quotidie potest uti si uelit duo autem sunt genera aquarum quæ differunt.

Quotidiana quæ duci solet assidue etiam si aliquando ducta non est. Ea quoque dicitur quotidiana cu ius seruitus intermissione temporis diuisa est. Sed aqua estiua ea est quia estate uti expedit, sicut dicuntur uestimenta estiua, saltus estiui, castra estiua, quibus interdum hyeme, plerunque tamen est estate utimur, ut habetur in lege præalleg.in prin.

INTERDICTVM de aqua de castello ducem dat,datur habenti ius du cendi aquā de canali uel de castello, quod est diminutiuum a canna ad irrigandam.uide Spec. ubi supra qui dicit hoc interdictum haberi & bene.ff. de aqua quotidiana & esti ua.l 1.§. ait prætor. 2. de quo dic ut ibi. & in 3. & sequen. usque ad fin.l.ubi dicitur. Hoc interdictum necessario propositum est. Nam quia superiora interdicta ad eos pertinent qui a capite ducunt &c. equissimum uisum est quoque qui ex castello ducit, (id est ex eo re ceptaculo quod aquam publicam suscipit)interdictum dari, idque a principe conceditur, alii nulli competitius aquæ dande. uide ibi pul chrum text.

INTERDICTVM de arboribus cedē dis datur contra eos qui habent arbores,quarum folia pendent su per edificia uel agrum, ita ꝙ eis damnum inferant,& consulitur eis ꝙ huiusmodi arbores succidāt, & ligna tollant,& eas deglobēt a ter ra usque ad 15. pedes, idem est si per radices minatur periculum, ut l.1.C.de interd.& hoc interdictum prohibitorium est. Si aūt arbores edibus alienis impendant utrū totas iubeat prætor adimi, ad uero id solum

id solum quod supra extiterit. Rutilius a stipite excidendas, idq. plerisq. uī uerius & nisi adimeret dominus arborem. Labeo ait permitti ei cui arbor officit, si uelit succedere eā, lignaque curare. ut est text. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. eo. titu. ubi subditur in §. seq. Arboris appellatione etiam uites cōtinentur. Non solum autem domino edium sed etiam ei qui usumf. habet competit hoc interdictum, ut ibidem.

INTERDICTVM de cloacis priuatis reficiendis. Si uolēs quis suam cloacā priuatā uel ēt publicā, uel fistulas meatus reficere uel purgare, uel de nouo facere ab alio prohibetur tunc prouisum est ei de interdicto de cloacis, quod est interdictum publice deputatū & priuatum de priuatis cloacis, & est prohibitorium. Etiā est aliud restitutoriū. s. quod dat contra immittentē in cloacam meam uel publicū, uel quod immissum in cloacam impedit. uel quo iubetur auferri quod immissum est, ut ff. de cloacis l. 1. §. 1. & §. deinde. & §. cloacę. l. fi. eod. tit. & Spec. ibidem. uersi. porro. uide supra cloaca.

INTERDICTVM de aqua pluuiali arcenda, uel de aqua plu. immo nō est interdictum, sed actio ciuilis descendens ex l. 12. tabu. ut ff. de aqua plu. arcen. l. si usufructus, & ibi no. super uerbo legitima, ubi allegatur. l. Labeo. ff. de sta. lib. Et dicit ibi tex. Sed & si fructuarius opus fecerit per quod aqua plu. alicui noceat, erit quidē actio legitima cū dño proprietatis, an uero ēt utilis usufructuariū actio aque pluuie. arce. sit danda, quæsitū est, magis est ne detur supple dicendū. Si ergo facis aliquod opus in fundo tuo, propter quod aqua pluuialis nocere potest fundo uicini tui datur contra te actio aque pluuie. arcen. per quam tuis expensis opus teneris destitueret, & damnum contingens emendare. Si uerbo possideas opus ab alio factū teneris patientiā præstare, ut destruatur arg. l. 1. & §. 3. in fi & l. si tertius colonus (alias uicinus). §. Celsus scribit. uer. si q̄s alius. ff. eo. titu. & Spe. ibidem. Et dicit Vlpia. in l. 1. in prin. ff. eo. Aquam pluuiam dicimus quæ de cœlo cadit, & quæ imbre excrescit. siue per se hæc aqua celestis noceat siue cū alia mixta sit. Et sequitur ibi statim. Hæc aūt actio locum habet in damno nōdū facto, opere tamen iā facto, ex quo damnū timetur, totiesq. locū habet quoties manufacto opere agro aqua nocitura est, id est cum quis manu fecerit quo aliter fieret quam natura soleret. si forte mutando (alias immittendo) eam aut maiorem fecerit aut citatiorem uel rapidiorem, aut uehementiorē, aut si cōprimendo redundare fecerit eā. Nam si natura aqua noceat, ea actione non cōtinetur & in ea. l. dicitur. De reo opere quod agricolendi causa aratro fit. Quintus Mutius ait non cōpetere hanc actionem.

INTERDICTVM de fonte est quod datur ei qui duxit aquam de fonte hoc anno, nec ui, nec clam, nec præcario de alterius fonte ut ff. eo. tit. l. 1. in prin. uel lacu, puteo, piscina, fossa, stagno. Hoc interdictū proponitur ei qui fontana aqua uti ꝓhibetur, siue haurire, siue pecus ad eā appellere. l. unica præalleg. in prin. Et de istis omnibus seruitutib. datur hoc interdictum, si tamen perpetua sit causa ut colligitur ex. §. primo dicte l. unice, & §. hoc interdictū de cisterna in uer. denique a contrario sensu. Non aūt datur rescissoria actio, ut d. §. hoc inter-

interdictum ubi dicitur quod de cisterno non competit. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec uiuam habet antequã. Ex quo apparet in his exigendum, ut uiua aqua sit Cisterne autem imbribus concipiuntur. Cætera uide in dicta l.unica ff. de fonte ubi dicitur in fine lege de lacu, puteo, & piscina reficiendis purgandis interdictum competit, & omnibus personis datur quibus illud de aqua estiua.

INTERDICTVM fraudatorũ est quo tutoris creditor pupillo tenetur, ut si eum consiliis fraudũ participasse constauit, ut frauderetur. De hoc interdicto hr̃ ff. de sol. l. pupilli. ci. ca prin. Hoc interdicto tenet̃ qui fraudem participando emit a creditore qui non sit soluẽdo, melius forte diceretur a debitore.

INTERDICTVM de glande legenda uel alio fructu datur ei cuius glans uel alius fructus in fundum alienũ ceciderit, ut l. unica. ff. eo. tit. ut singulo tertio die legere & exportare liceat. Et glandis nomine omnes fructus continetur, ut dicitur in fi. eiusdem l. unice.

INTERDICTVM de itinere actuque priu. restituendo prohibitorum ad tuendas tantummodo rusticas seruitutes datur contra prohibentes aliquem ut seruitute sua. ut ff. eod. tit. l. i. §. i. & datur confessoria contra negantem seruitutem, ut l. si forte. §. sciendum. ff. si ser. uen. Et etiam aduersus eum qui alium iniuste ꝓhibet sua ut seruitute. Imo etiam tunc datur confessoria, ut d. §. sciendum l. præalleg. unde datur mihi, quia in itinere actu, uel uia priuata usus sum hoc an. 30. diebus non ui, non clam, non precario. ff. eo. ti. l. 1. §. 1. hoc interdicto & hoc si fuerit iure seruitutis. alias secus, ut ff. de aqua plu. arcen. l i. in fin. & ideo ante non debeo prohiberi quominus utar interim uel tanto tempore quoadusque de seruitute cõstet. Ait. n. prætor. Quo itinere actuque priuat. de qua agitur, hoc anno nec ui, nec clam, nec precario ab aduersario usus es quominus ita utaris. uim fieri uero. ut. ff. eodem titul. L. i. in prin.

INTERDICTVM de libero homine exhibendo competit unicuique de populo ad petendum in publicum hominem liberum contra & aduersus eum qui liberum hominem inuitum captum dolo malo detinet in seruitute. Et proponitur hoc interdictum tuẽde libertalis causa uidelicet ne homines liberi retineantur a quo quam pro exhibitione facienda ut homo producatur in publicum, & tangendi udiendique hominis facultas præbeatur. Et exhibere est extra secretum habere. ff. eod. titul. l. 3. §. ait prætor. Hoc etiam interdictum competit aduersus absentem, ut l. præalleg. §. i. & a quocunque hoc interdictum proponi potest, quia cuilibet de populo competit & cuiuslibet interest ne hoc fiat. Nemo. n. prohibendus est libertati fauere, ut ea. l. §. hoc interdictum. i. & nihilominus lex faciti accusari, ut eodem tit. l. i. in prin. ubi tex. inquit. Quem liberum dolo malo retines, exhibeas &. ff. ad l. faui. de pla. l. non statim. §. fi. & C. eo. ti. i. si fratrem.

INTERDICTVM de liberis exhibendis, seu deducendis datur partibus uel parentibus contra eos qui liberos uel nepote in potestate eorum existentes, sine uerum uoluntate detinent. Vnde l. i. ff. eo. tit. sic ait, Ait prætor, qui quæ ue in potestate Lucii Titii est, filiis ea ue apud te est dolo ue malo tuo factum est

quomi-

quominus apud te eſt, ita eũ eã ue exhibeas. Hoc interdictum & illud de uxore deducenda non ſolum ſunt exhibitoria, ſed etiam deductoria ſeu deductiua, quia per ea uxor, & liberti non tantum exhibentur, ſed etiam deducuntur. ut ff. eodem tit. l. 3. §. Et de interdicto de uxore poſtea dicetur.

INTERDICTVM demigrando datur inquilino, ut ipſe libere cum rebus ſuis poſſit de habitatione migrare, ſi tamen locatori ſatisfaciat, & de penſione totius temporis, ut ff. eo. ti. l. i. §. ſi penſio. & de damno ſi quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino datur, colono autem non datur, ut ff. eo. tit. l. i. §. i. ſed alias ei iuxta ordinem iudicis ſubuenitur ſi uelit non dico migrare, ſed colonariam poſt tempus exactum de relinquere. Dicitur enim ibi in texto. Hoc interdictum proponitur inquilino qui ſoluta penſione uult migrare. Nam colono non competit cui etiã extraordinem ſubueniri poteſt, ergo infrequens eſt hoc interdictum. Si tamen grauitam quis habitationem habet hoc interdictum utile ei competit.

INTERDICTVM de mortuo inferendo habet locum ut quis nõ prohibeatur mortuum inferre & ſepelire quo licet ei inferre & ſepelire, ut ff. eod. tit. l. in prin. ut ſi in uita prohibeatur ut ſepulchrum edificare, uel lapides ad edificandum per fundũ ducere, ut ff. eo. tit. l. i. §. prætor ait. &. §. ſi iter. mihi §. uim habere &. §. fi. &c.

INTERDICTVM momentanee poſſeſſionis eſt quo agitur de poſſeſſione retinenda, ſicut uti poſſidetis ut. ff. uti poſside. l. i. §. i. & utrobique de quibus infra dicetur, uel quo agitur de poſſeſſione adipiſcenda, ut ff. quorum bonorum. l. i. §. i. ut eſt quorum bonor. quorũ legatorũ, uel quo agitur de poſſeſſione recuperanda ut unde ui. ff. e. tit. l. i. §. i. Et dicuntur momentanee poſſeſſiones, quia licet obtineat aliquis in poſſeſſione, tamẽ continuo elapſo momento ſuccũbere poterit in iudicio proprietatis, ut C. ſi de momẽ poſ. fuerit ad. l. i. Et ꝙ hæc ſint interdicta momentanee poſſeſſionis, dic ut no. C. qui le. perſo. hñt in iudicio ſtandi. l. momẽtanee. Et naturam illorum prædictorum proſequere, ut no. in c. paſt. de cau. poſ. & proprie. & inſtit. de interdictis per totum prout etiã ſupradictum eſt in prin. de interdictis. Hoc autẽ interdicto poteſt quolibet minor & ſi impubes ſit, etiam ſine tutore uti. ff. unde vi. l. i. §. ſi filius.

INTERDICTVM ne quid in loco ſacro fiat & ſequentia omnia huiuſmodi dantur cuilibet ex populo ad prohibendum ne fiat, contra quã prohibitionẽ ſi quid factũ fuerit interdicto quod ui, aut clam. ſuis ſumptibus uel deſtruere cogetur omne quod factũ fuerit, aut in priſtinum ſtatum reducere uel reddere tenetur, ut ff. ne quid in loco publicc. 2. §. ait prætor qđ in uia. Hoc autem uerum eſt de hoc quod ipſe fecit uel mandauit, alias ſecus eſſet ut ff. quod ui aut cla. l. alios. Vbi hæc interdicta locum habeãt. ſignificatio ipſorum nominum denotat, ut pupillaris actio eſt qua ius pupilli tuetur, ut ff. de pupil. act. l. i. Et dic ibi in rub. ff. de iur. om. iud. l. ſi quis illud. Et dantur ẽt ad intereſſe, ut ff. ne quid in loc. publi. l. i. §. i.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco ſacro patet. Et quod ait prætor. ne quid in loco ſacro fiat, non ad hoc pertinet quod ornamenti cauſa ſit,

sa fit,sed deformitatis causa universali commodi est, ut l. 1.§.qđ ait. ff.eod. ti. ubi etiam l.2.dicit. In muris itéque portis & aliis sacris locis aliquid facere ex quo damnum aut incommodum irrogetur,non permittitur.

INTERDICTVM ne quid fiat in lo. reli.patet similiter.

INTERDICTVM ne quid fiat in lo. publico uel itinere hoc interdictum prohibitorium est, & tam publicis utilitatibus quam priuatorum per hoc prospicitur loca n.publica utique priuatorum usibus deseruiũt iure scripto ciuitatis ut l.1. §.1.ff.eo tit. ubi sequitur per publicum locum. Labeo diffinit ut areas ad insulas, ad agros, & ad uias publicas itineraque publica pertineat. Hoc autem interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio non pertinet.In his.n.neq. facere quidquam nec prohibere priuatus põt.res enim fiscales quasi ꝓprie & priuate principis sunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locũ habet,sed in hac controuersia præfecti eorum iudices sunt,quia hoc interdictũ ad ea loca pertinet quæ publico usui destinata sunt,ut l.1. præall.§.2. & 3. De hoc uide ibidẽ plura,ea.l.& eo.tit.

INTERDICTVM ne quid fiat in mari uel flumi. pub. ripa ue eius quo peius nauigatur, aut in uia publica quo peius eatur , hoc interdictum datur perpetuo omnibus, & in oẽs habet condemnationẽ in id quod actoris intereat,ut l.1.in fi.ff. de uia publ. & itinere publico reficiendo & si quid in ea factum esse dicatur ubi lex secunda ponit ꝙ uiam publicam populus non utendo amittere non potest. & l.fi.dicitur qui uiã publicã exarauerit ad munitionẽ ciuẽ solus compellitur. Itẽ flumen a riuo in magnitudine discernendũ aut estimatione circuncolentiũ. Itẽ fluminum quædã sunt perennia,quædã torrentia.Perennia sunt quæ sẽp fluunt torrẽs est quod ex hyeme fluit,& nõ aliquando in æstate. Etiã est flumen publicum , & flumen priuatum & ripa , quæ omnia describuntur in tex.& gloss.in l. 1.ff. de flumini.& ne aliquid in flumine ripa ne eius fiat quo peius nauigetur.

INTERDICTVM ne quid fiat in flumine publico ut aliter fluat quã prior estate fluxit. ut aqua fiat altior depressior & rapidior cum incommodo accolentium, ut. ff.ne quid in flumine publico.l.1.in principio.§.quod autem ait.

INTERDICTVM de no. ope. nun. datur ei qui , prohibetur edificare postquam satisdederit,ut ff.eo.tit. prætor ait. §.hoc autẽ interdictũ. Nam hoc interdictum competit si in solo suo edificat alter locum habet remissi. ut eo.tit.l.non solum §.sciendum. & tunc non potest ultra edificare, nisi constet eum habere ius edificandi, ut in. §.præal. leg. Hoc interdictum etiam datur in eum qui satisdedit ut edificet,ut ff.eo.tit.de pupillo §.si plurium & §. meminisse & tenetur denuntiare etiam si ius edificandi habet, ut ea l.§.1.& §.si is cui.Et si post edificauit totum suis sumptibus tenetur demoliri. ut.ff.eodem titu.l.stipulatio.§. siue autem. Et interdictum de no.ope.nun.imperator nomina edictum.l.1.ff.eod.tit.ubi dicit.Hoc edictũ remediumque operis noui nunciationis aduersus futura opera inductum est,nõ aduersus præterita , hoc est aduersus ea quę nondum sunt facta. Nam si quid operi s factum fuerit quod fie

ri

ri non debuit cessat edictum de nouo oper. nun. & erit transeundum ad interdictum quod ui aut clam factum erit ut restituatur. Et hæc nominatio non habet necessariam additionem prætoris potest enim quis nũtiare nouum opus,& si prætorem non adierit. Item potest fieri proprio & alieno nomine,& omnibus diebus etiã aduersus absentes inuitos, & ignorantes, ut hæc clare ponit tex.l.1.post princ.ff.eo. ti.ubi subditur.Opus. nouum facere uidetur propter quod locum habet nunciatio,quia aut edificando de nouo , aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat.Et hoc interdictnm non omnia opera complectitur.sed ea sola quę solo coniuncta sunt quorum edificatio uel demolitio uidetur,opus nouum continere. ergo non pertinet ad hoc edictum si quis in fundo alterius meteret , uel arborem succideret , uel uineam puraret,lites opus faceret, quia solum ad ea opera quæ in solo fiunt pertinent nec locum habet si quis uetus edificium fulciat,quia non opus nouũ faciat , sed uteri sustinendo remedium adhibet,ut l.1.præal.§.opus nouum cum sequentibus. Subdit. Nunc uideamus quibus ex causis fiat hæc nuntiatio. & quæ personæ nuntient, & quibus nuncietur, & sic quibus locis nunciatio fiat, & quis sit effectus. nunciationis, quæ per ordinem ibidem in dicta l. prima.

INTERDICTVM de loco publico fruendo est publice utilitatis causa propositum , quia tuetur uectigalia publica , qui prohibetur quis uiam facere ei socio uel eius qui cõduxit locum publico fruendum ab eo qui locandi ius habuit,quominus loco publice sibi frui liceat ex lege locationis uel conductionis , ut hæc habentur in l.1.§.1.& in princip.ff.de lo.pu.fru.

INTERDICTVM de precario (quod restitutoriũ est,ut ff.e. ti.l.2.§. 1.) datur ei qui precario rogauit , & precatio habet.imo etiam si nõ rogauit, dũ tamen possidet , ut ff.eo. ti.l.in rebus.§.1.et per totam legẽ. Precarium uidetur , rogare & habere si rogauit pro se,& habet pro suo , uel rogauit procurator suus negotiorum gestor. & ipse ratum habet,ut ff. eo. tit.l.certe.§.1.dum tamen accipiat in personam suam contractum aliter non, ut ff.de acquiren.possess.l possessio.§.si. Datur etiam contra eum qui dolo fecit.& ff.de acquiren. poss.l.si in infinitum. §.1. Et illud est regulare quod dolo desinens possidere pro possessore habeatur , ut ff.de peti. hæred.l.etiam.§.item si quis dolo. ff. de rei uendi.l. qui restituere, & sic pro possessore habetur de reg. iur. in rub. lib.6. si non sit proximus pubertati,quia tunc sicut quilibet maior tenetur de dolo & lata culpa, ut ff. commo. l.3.in princ. alias secus , ut ff.de rei uen.l.quod infans & pupillum qui rogauit precarium sine tutoris authoritate. Et quid sit præcarium require loco suo , imo dic ut legitur.ff.de precar.l.1. ubi stricte accipitur, secundum Accur. & C. de præscrip. 30.ann.l.2.ubi large capitur.

INTERDICTVM quod ui aut clam datur aduersus eum qui loco alterius aliqđ opus construxit uel destruxit, dum tñ sit factum in solo. ff.eod.titu.l.1.§. hoc interdictum. Et etiam si ui.i.per uiolentiam aut clam. i. occulte sine notificatione alteri facta fecit , cum timeret ne si sciret sibi ꝓhiberetur , ut ff eod. titu.l.1. Cõpellitur autem per hoc

inter

interdictum quod destruxit, suis sumptibus, reponere in pristinum statum, uel quod construxit deponere. Idem si alteri, mandauerim opus fieri, quia ego teneor ad opus destruendum, & ad impensas. ff. e. ti. l. aut quis aliter. §. hæc ubi. Si tamen alius fecit, & ego possideo, tunc teneor ad patientiam præstandam ut opus tollat. ff. eo. tit. l. fi. §. alius. in princi. Et hoc est interdictum restitutorium, per quod occursum est calliditati, eorum qui ui aut clam quædam moliuntur & destruunt, iubentur enim restituere ea, & parum refert utrum ius faciendi habuerit quis, an non. Siue enim ius habuerit quis, siue nō, tamen tenetur interdicto hoc qui ui, aut clam fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam cōmittere, ut l. 1. §. 1. ff. quod ui aut clam & sequen. §. hoc interdictum ad ea sola opera pertinet, quæcunque in sola, ui aut clam fiunt. Et, infra ui factum. Quintus Mutius scripsit, si contra, quam quis prohibetur fecerit. Et placet hæc diffinitio Vlpiano Pedio & Pomponio, ut ibi dem dicitur. Sed Aristot. ait eum uim facere, qui sciens se prohibitū per uim molitus est ne prohiberi possit. Et idem sentit. Labeo ibidem. Sed l. 3. §. fi. eo. ti. clam. facere Cassius scripsit eum qui celauit, aduersarium, nec ei denunciauit, si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Aristo. putat eum quoq. clam facere qui, celandi animum habet, eum quem prohibiturum se intellexit, & id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri.

INTERDICTVM quorum bono. a prætore inuentū est & datur filio emancipato aduersus hæredem, uel possessore, uel cōtra illum qui pro hærede uel possessore possidet, ad uniuersa bona adipiscenda, nō ad singulas res. Et cum sit quoddam directum & quoddam utile, directum datur ei qui est bonorū possess. Vtile datur ei qui, succedit iure, ciuili ex testamento uel ab intestato, & hoc est interdictum restitutorium, & adipiscende possessionis. ff. quorum bonorum. l. 1. §. hoc interdictum. Sunt ergo interdictorum quædam recuperande possessionis quædam retinende, & quædam adipiscende, ut supra in principio præmissum est, & hic describitur.

INTERDICTVM quorū legato. com petit hæredi ad repetendum legata q. sine uoluntate eius legatarius occupauit, repetet itaque hæres ut deducat falcidiam, alioquin si repeteret statim repeciturus exceptione doli poterit remoueri, & hoc interdictum uulgo sic appellatur, & est etiam adipiscende possessionis. l. 1. in prin. ff. quorum lega. & qui non restituit in id quod interest, debet condemnari. ut l. §. ex hoc interdicto. ff. eo. ti.

INTERDICTVM de riuis est utilissimū, quia riuos specus & septa reficere & purgare prætoria quæ ducende causa permittit dum tamē non aliter aquam ducat quā prior æstate fluit, ut l. in. prin. ff. de riuis. Et sequitur in §. 2. Riuus est locus per longitudinem depressus quo aqua decurrat, cui nomen est tyrax. Specus autem est locus in quo, despicitur, unde spectacula sunt dicta, & dicit ibi gloss. Specus est locus altus a terra ædificatus ex quo ducitur aqua. ff. eodem titulo l. seruius, autem. Sed quando que ponitur pro fossa, qua recipitur, & colligit aqua. Et in auctoribus ponitur ꝑ loco umbroso & te-

nebroso, secundum Azo. sed secundum Hugon. dicitur specus esse fouea habens undique locum eminentiorem, unde possit prospici aqua in fundo collecta. ut ff. de aqua plu. arcen. l. supra inter alienum, & capitur pro subterraneo meatu. l. seruius in princip. & §. 1. eodem tit. Septa uero sunt quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæ ut ex flumine causa, siue ea lignea sint, siue lapidea, siue de alia quolibet materia ff. de riuis. l. 1. §. ait prætor. Et subdit text. Incile est locus depræssus ad latus fluminis ex eo dictus quod incidatur.

INTERDICTVM de superficientib. quod 'et actio nūcupat' proponitur duplex, exemplo interdicti uti possideris. Tuetur itaq. prætor eū qui superficiem, & defendit ueluti, uti possidetis interdicto, & omnia quę in uti possidetis interdicto seruantur, hic quoq. seruabuntur, ut in l. 1. §. proponitur. ff. de superfi. ubi etiā in l. 2. dicitur. Superficiarias edes appellamus quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est cuius & solum.

INTERDICTVM saluianum competit domino fundi aduersus colonū in sua domo habitantē & eius hæredes de rebus coloni tacite pignoratis pro mercedibus quas colonus in fundū intulit. ut ff. eo. ti. ubi tex. inquit. Si colonus ancillā insū dū pignoris noīe induxerit & eam uendiderit ꝙ apud emptore ex ea natū est, eius apprehēdi gratia uti le iterdictum reddi oportet. Nā utile daē ei contra extraneum possessorem pro adipiscenda possessione eorū quæ tacite locatori sunt obligata. Differunt aūt interdictum saluianum & actio seruiana, quia in tentans actionem seruianam ad rem sibi obligatam restituendam debet probare hmōi rem in bonis coloni ruine eo' tpe quo res fuit illatā. Sed hoc non est necessarium in interdicto saluiano, imo sufficit probare talem rem fuisse illatam, ita dicit glo. in. §. item seruianæ inst. de actio. qđ in seruiana oportet quod creditor probet de rebus domini fuisse tempore obligationis, sed in saluiano sufficit quod probet eum possedisse, nam omnia posita ab ipso colono, tacite sunt domino fun. obli.

INTERDICTVM de sepulchro edificando locū habet, ut quis non prohibeatur edificare sepulchrum quo licet mortuum inferre ut ff. de sepul. edifi. & mor. infe. per totum.

INTERDICTVM d tabulis exhibendis datur oībus quibus aliquid est scriptū in tabulis, uel pure, uel in diem, uel sub conditione, siue sint hæredes siue legatarii, siue cō missarii. Et pertinet hoc interdictum non tantū ad testamenti tabulas, uerum etiam ad omnia quę ad causam testamenti pertinet scilicet codicillos, ut l. 2. §. hoc interdictum ff. de tab. exhibendis.

INTERDICTVM de ripa munienda merito propositū fuit, nā ripas fluminiū publicorū reficere & munire utilissimū est, ne ob id omissū nauigatio deterior fiat, ut l. unica. §. 1. de ripa muni. & sequit in. §. 2. de hoc interdicto expressum est, ut dāni infecti in annos decem uti boni arbitratu uel caueatur uel satisdetur, dabitur autem satis uicinis. Et i u fine dicit tex. illud notādum est ꝙ ripe. latus fosse, stagni muniendi causa nihil prætor cauit sed idem erit obseruandum quod in ripa fluminis munienda.

INTERDICTum ve i flumine publico naui-

nauigare liceat, est quo proiicitur ne quis in flumine publico nauigare nauim ratē ue agere, uel in ripa onerare prohibeatur, sed ut per lacū fossam, stagnum publicū nauigare liceat, ut l. unica. §. i. in princ. ff. eo. tit. ubi subdit Vlp. Lacus est qui perpetuam habet aquam. Stagnum est quod temporalem continet aquam ibidem stagnātem quæ quidem aqua plerisque hyeme colligitur. Fossa est receptaculum aquæ manu factum. Possunt autem hic esse publica & non publica. Plane qui lacum uel stagnum conduxit si piscari prohibentur, utile interdictum ei competere. Sabinus cōsentit, & Labeo, ergo si a municipibus conductum habet equissimū erit ob uectigalis fauorem eum tueri, ut l. unica præal. ff. ut in flumi. publ. naui. liceat.

INTERDICTVM unde ui, locum habet cum quis possessionem soli per uim amisit, & datur directe contra deiectionem illi qui ui de possessione alicuius rei immobilis deiectus est sine omni causa, ut restituatur ei possessio de qua deiectus est, & omni ablata, imo data ꝙ ibidem essent aliqua quæ pœnes uiolentum fuerint mortuo, uel aliqua res q̄ casu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, sed in totū condemnabitur ad earum æstimationem, quia nec mortalis, nec fortuitus casus liberat c. electorem. Dicit in l. 1. C. unde ui. Recte possidenti, ad defendendam possessionem quam sine uitio (supple maxime) tenebat, in culpa tutelæ moderatione illatam uim propulsare licet, & ibi not. & ff. de ui & 6. argu. l. 1. §. uim ui.

QVID sit uim ui repellere, eod. ti. l. 3. §. armis deiectum. Dicit quod arma sunt omnia tela fustes, lapides gladii hastes, frameæ & romphea. Et est hoc interdictū annale, quia post annum non tenetur nisi quantum peruenit ad eum. Ex constitutione autem grauius tenetur qui mihi fecisse detegitur, ubi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excusatur.

INTERDICTVM de ui & ui ar. cum interdicto unde ui, datur & proponitur, & qui ui deiectus est. Fuit enim equissimū ui deiecto subueniri, ergo ad recuperandam possessionem hoc interdictum inuentum est. Ne quid enim per uim admittatur in legibus prospicitur publicorum & priuatorum, necnon constitutionibus principium: ut l. 1. eod. tit. §. hoc interdictum &. §. sequen. ubi dicitur. Hoc interdictum non ad omnem uim pertinet, uerum ad eos tantum qui ui de possessionibus deiiciuntur, & solam atrocem uim, & ad eos qui de solo deiiciuntur uel de re solo coherent, uel de edificio, etiam sit a superficiaria insula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet, ubi furti, uel ui bon. rap. actio competit. cætera uide in l. præalle.

INTERDICTVM uti possidetis locum habet in rebus immobilibus s. si de fundi uel edium possessione contenditur insti. eod. tit. §. sed interdicto. Nam ibidem in §. retinendę dicitur. Et quia longe commodius est potius possidere quam petere, ideo plerunque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Habet etiam locum in corporalibus, ut in quasi possessione, & datur possidente ciuiliter & naturaliter, uel etiam quasi possidenti gratia retinendi possessionis, & proponitur quoties inter liti-

tigatores contentio est utrum possideant, quia alteruter magis se possidere affirmat. Est autem hoc nomen uti possidetis proprie ad immobilia accommodatum, quia solum illa dicuntur proprie possideri, eo quod eis qui pedibus insistat, inde enim appellata est possessio, ut in l. 1. ff. de acquirenda possessione.

INTERDICTVM utrobi idem est cum interdicto uti possidetis, nisi quod in hoc differunt, quia illud locum habet cum quaestio est de retinenda possessione rerum mobilium, ut ff. utrobi. l. unica. §. hoc interdictum. Sed uti possidetis locum habet cum quaestio est de retinenda possessione, rerum immobilium, ut supra dictum est. Et componitur secundum Azo. & Accu. in glo. 1. l. praeal. ex utrum & ubi & ponitur ubi pro apud & utrum pro quem quasi si dicat praetor, apud quem est res mobilis, nec vi, nec clam nec praecario, ab aduersario tempore litis mote ei uim fieri uero quominus eum inducatis. Ritę enim hoc nomen utrobi, est ad mobilia introductum uel attributum. Nam mobilia proprie dicuntur apud uel penes nos esse. unde Accur. in glo. ubi supra quaerit quare diuersa nomina dantur his interdictis? Et respondet, quia immobilia proprie dicuntur possideri. Nam possessio dicitur quasi pedum positio, ergo merito datur eis uti possidetis quod ad mobilia aptari non potest nisi hodie quando abusiue mobilia dicuntur possideri. Vel secundum alios dicitur interdum utrobi propter uerba solemnia olim in hoc iudicio uel edicto reddita scilicet utrobi. i. utrum ibi uel ibi fuerit possessio, uel alibi plures solemnitates circa hoc quae hodie non sunt in usu fuere. Et hoc interdicto praetor iubet iudici eum in possessionem qui ex duobus potior fuerit & per maiorem partem anni possederit, secundum Accur. in glo. 1. praeall. ff. eo. ti.

INTERDICTVM de uxore ducenda, marito, datur marito aduersus eum qui dolo eam obtinet sine uoluntate mariti, licet ipsa uolente. §. e. ti. l. 1. Alia interdicta patent & exponuntur suis uerbis inclusis.

INTERDICTVM & cessatio, quo modo differant, patet, quia per interdicta prohibetur administratio sacramentorum paucis exceptis, quod tamen non fit per cessationem, in qua solum cessatur a diuinorum solemnitate.

INTERPRETATIO est multiplex, ut cap. 1. de postulum. praela. noua. Et quando interpretatio fieri debeat in obscuris, habetur extra de spons. c. ex literis. i. & ff. de pac. l. ueteribus, & uide glo. bonam in regula contra eum de reg. iur. lib. 6. quae declarat si obscuritas opponitur in ultimis uoluntatibus, & conuentionibus factis in iudicio in confessionibus in contractibus pactis uel sententiis sub distinguendo singula. Item interpretatio iuris prorogatio ratione fauoris, ut si cui indultum si retinere beneficia uacantia in sua ecclesia & fructus eorum percipere, extenditur nomen beneficii per interpretationem ad praebendas & beneficia maiora capit. tua nobis. de uerbo. signi. Similiter si quis legat uina, interpretamur & uasa uinaria legata. ff. de ui. tri. & ole. leg. l. si cui. §. si unum. ff. de pen. leg. l. 1. §. ult. l. qui penum. & l. namq. & quibus legatis, uinaria debentur. ff. de pe. le. l. 1. qui penum. §. hodie. Item ratione generalitas cum quis obligat bona sua, futura

futura noua intelligitur obligare. C. quæ res pigno. obli. possunt leg. ulti. Item quando arctatur iuris in terpretatio, ut in procuratione exigenda, ne subiecti grauentur, ut in c. quanto de censi. Item ut exactionis & auaritiæ, nota uitetur. de censibus. ex parte. Idem odii ratione, ut cum decimæ laico conceduntur. in feudum capitulo cum in apostolica. de his quæ fiunt a præla. sine consensu c.

INTERPRETATIO triplex est, quædam probabilis & non necessaria, ut magistri. l. unica. C. de profes. qui in urbe constanti. Quædam est necessaria & non generalis, ut iudicis l. nam ut ait. ff. de leg. Quædam est probabilis necessaria, & generalis, sed non in scriptis redigenda, ut sunt consuetudines l. si. de interpretatione. ff. de leg. & c. abbate extra de uerbo. sig.

INTERPRETATIO plena fit in cōtractibus, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima. Pan. in c. cum dilecti. in 3. no. de do.

INTERLOCUTORIA senten. requi re infra sententia. Sed utrum sententia interlocutoria transeat in rem iudicatam, uide c. cum cessante, de app. Et sufficit eam esse scriptam in actis, licet non feratur in scriptis, ut est glos. in uerbo interlocutiones c quoniam contra de proba. Et breuiter est omne uerbum iudicis faciens ad causam & c. & not. in c. cum olim. de test. & in auth. de litigio. §. ad excludendas. col. 7. & l. 1. ff. de re iud.

INTESTATUS dr̄ qui omnino non facit testamentum, uel si fecerit, non rite, & postea rupit ex certis causis, uel si ex isto testamento nemo sit hæres. institu. de hæred. quæ ab intest. defe. in prin.

INTRONIZATIO est alicuius in suā dignitatē uel suum thronū introductio uel inuestitura.

INTRVSVS dicitur ille qui est positus auctoritate superioris non habentis potestatem conferendi. Do. de sanc. Gem. in c. propter 19. distin. in ult. col. Adde quod non habēs aliquem colorem in beneficio dicitur intrusus, & qui habet sine auctoritate superioris, & qui est depositus a beneficio, & remanet in eo, item ille qui est electus, & ministrat ante confirmationem, ut in cap. 2. de rest. in inte. & ibi Abb. in colum. i. Item est intrusus qui commisit crimen depositione dignum, gloss. 3. in c. cum super. de causa pos. & proprie. Item intrusus dicitur qui habet beneficium ablatum alteri iniuste cap. tanta de excess. præla. & de hac materia uide late Fely. in c. ueniens. de accusa. uersi. not. quod intrusus.

INSRVSVS in beneficio dicitur ille qui sine auctoritate illius ad quem spectat collatio illud tenet in c. qa diuersitatem. ubi Pano. in 2. not. de concess. præben.

INVESTITVRA est alicuius in suum ius introductio, & est propria possessio. Sed abusiue dicitur inuestitura quando dominus hastam uel aliqd corporeum præbet uasallo, dicens se per hoc facere inuestituram, ut in si. feu. in ei. quid inuestitu. Olim aūt dicebatur de prouisione qua Imperator per urbem Romanam instituit archiepiscopos & episcopos per annulum & baculum. Require supra Instituere.

INCESTAS regiones fundum diuidi est in partes determinatas diuidi.

INVOLARE. i. furari a uola dictum, quod malum significat. unde in medio tendi uix est uola plena scientiæ. idest in medio opinione uix est plena manus scientiæ.

ET ira apud Callistratum accipitur. ff.de incen.rui.nau. l.expugnantur, cum uela conscidunt ur,aut autho re inuolantur de mari.

INVALESCERE id est, ualde uolere & crescere & abundare.

INVENTARIVM dicitur libellus quidam in quo omnia bona hæreditaria q̃ apud aliquẽ inueniuntur, cõscribũtur, & omnia in illo libel lo cõtinent,ut sciatur quãtũ eo tẽpore uel die quo scribebantur, in bonis suis continebatur. Et tutum est hæredi ꝙ faciat, quia si fecerit ultra uires hæreditatis non potest onerari,si non fecerit, omnibus legatariis legata restituere oportet, & cogetur etiam si excedat u ires & facultas hæreditatis. Etiam potest fieri in aliis factis nedum in rebus hæreditariis. Et etiam inuentarium quoddam genus instrumentorum. Et licet per testes possit probari contrarium eius quod in instrumento publico continetur scilicet quando testes improbantes ipsum in binario numero excedunt numerum testium cum tabellione subscripturum tabellione pro duobus computato (debent enim in tot excedere quot per se facerent plenã probationem scilicet in duobus ca. cum Ioannes.de fid.instr. tamen inuentarium non improbantur per testes,propter nimiam eius solennitatem.C ar.tu.l.ult.& Goffre. de pro. §.sed quæritur.cum seq.not.in l.fi. C unde lege.de hærede, qui non facit inuentarium Breuiter not.quòd inuentarium est scriptura quam hęres inchoare debet intra tres dies post mortem testatoris, uel postquam scit se institutum hæredem, & ibi scribere omnes res defuncti sub testibus,eamque perficere ultra 40.dies, uel in annum si res sint remote, & tunc non tenebitur creditoribus ultra illud quod inuentum fuerit in hæreditate. Si autem non fecerit inuentarium, tenetur insolidum.

ET pro hoc uide in gl.insti. de hæredum conti.l.sed nostra.

## DE I ANTE O.

IOTA neutri generis 15. dist.ca. ult. ubi scripta beati Aug. & aliorum sanctorum patrum iubentur teneri usque ad unum Iota.

## DE I ANTE P.

IPSA de hoc relatiuo uide Ioann. And.in quæstione posita super reg. contra eum &c.in 2.arti.de regulis iuris lib.6.

IPSE id est,ego.ff.quod me.cau.l.me tum autem.§.sed licet.

IPERBOLICA locutio est excessus, ueritatis,ut Frigidus glacie pectus amantis erat.Ouid.in epi.

HYPERBOLICA rectius scribas.

## DE I ANTE R.

IRREGVLARITAS est nota siue impedimentum canonicum ex facto siue de facto proueniẽs,quo quis ad ecclesiasticos ordines promouerit, & iam promotus in eis ministrare prohibet, & degradari siue deponi qñq. meretur. Vel sic Et habilitas quædam canonica per quam quis efficit inhabilis ad ordinẽ suscipiẽdum.Et dicitur ab in.i. non,mutando n in r & regula,quia non potest exigere regulas ab apostolis & alii summis Pontificibus.

IRREGVLARIS quis non est ex sola uoluntate.Pan.in c. si aliquis. in fin.de homi.

IRROGARE.i.deficere, unde dicitur crimen uel damnum irrogat infamiam uel mortem id est,infert, C. ex quib.cau.infa.irro.in rubri.

IRRONIA est cum quis minora de se dicit q̃ sint ẽt est quod per derisionem

nem id eſt per contrarium dicitur, & ſic eſt figura de qua, & multis aliis uide gl. bonam in c. forus de uerbor.ſigni.

IRREPERE.i.latenter inualeſcere.

IRENARCHE dicunt qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præfi ciuntur ut milites qui uadūt perqui rere latrones. Et dicuntur quaſi ar centes iram uel quia ire ſumēde in turbatores publicæ pacis gerunt monarchiam, ſecundum quod acci pitur.C.de irenarchis lib.10.

IMO uero irenarcha dictio græca eſt, cōpoſita ab eirene,qđ eſt pars, & ar chos princeps, quaſi dicas pacifica- torem ſiue pacis conciliatorem, ſeu qui ſedandis ſeditionibus ele- ctus ſit.

DE I ANTE T.

ITAQVE not.Ioan.Calde.in cōmen. decr.c. poſt ceſsionem, de reproba- tionibus.

ITER eſt ius eundi uel ambulandi ho minis, ſiue homo eat ſolus; ſiue ue natur ſella uel lectica, uel in equo uel in quouis animal. Seor- ſum, uero non poteſt iumentum ſe cum agere, uel uehiculum ducere qui iter tantum habet. Quando- que tamen iter dicitur uulgariter ipſum ſolum per quod itur,uel tra mites uel calles tranſeunt, ita ꝙ qui actum habet, habet iter & com moditatem itineris,& non econuer ſo uide infra de uia. ut inſt. de ſer- ui.in prin.

ITERATO quid importat not.Arch. 11.q.3. non uero.

ITERVM hæc dictio ſecundum ſuum proprium ſignificatum denotat actum geminatum, quod not. pro ſtatutis permittentibus aliqui ite- rari, uel punientibus facientem ali quid iterum, habet enim locum ſtatutum in geminante actum quan doque ex natura actus eui adüci- tur exponitur id eſt quoties opus fuerit glo.& ibi doct.in cap. ſua no bis. de appel. & Ang. Are.in proc. inſt. in uer. quorum & docto. in l. ueluti.& l.fideicommiſſa.§. ſi quis decem ff. de lega. 3. ubi ſi teſtator legat decem titio, & ſi perdide- rit, iterum legat, non intelligitur ultra duos præſtationes quod facit ad quæſtionem quando arbitro da tur poteſtas prorogandi compro- miſſum ſemel & iterum, non enim intelligitur in infinitum ſed ꝓ dua bus uicibus tantum ſecundum Bal. in d.cap.ſua nobis in fin.facit quod no. in l.ſi finita.ff. de dam.infe.ubi plene de docto.

ITERVM not.Bar. in c. ſua nobis de appell.in glo.

ITEM hæc dictio ex ſuo ſignificato ſignificat adiectionem,coniunctio- nem, ſeu cotinuationem, de qua Barto. de publi. & uectigal. l. in princi. Eſt etiam repetitiua ſeu re- petitionis ſignificatiua. Repetit autem illa quorum repetitionem ſignificare concludit quodlibet me dium probabile uerbi gratia teſta- tor dicit, lego titio fundum ſeia num ſub conditione. Item fun- dum ſeianum hæres meus dare damnas eſto, intelligitur ſua ea- dem conditione. ut l. in repeten- dis. ff. de lega.tertio & ſumitur ſi- gnificatum ex dictione item, & ex oratione ſequente quæ eſt decla- ratiua præcedentis. Et idem dic in die uel in alia qualitate poſita in oratione præcedenti quia reperi- tur & in ſequenti. Item ibi teſta- tor dicit lego titio fundum ſeianū ſub conditione, & poſt ex interual lo dicit. Item fundum ſeianum ti tio lego,hoc caſu legatum ualet,& uidetur primum reuocatum, nec uidetur repetitio conditionis, ut l. non ad ea ibi eum dicit, ſi prius

sub conditiona. ff. de condi. & demonstra. quia hæc disputatio debet adherere & operari quod non fieret. si cōditio repeteretur, & ideo testator uidetur a cōditione & recessisse, & pure legare uoluisse. Item ibi testator pluribus legatis factis filium hæredem instituit. & adiecit quod si ipse filius absque liberis decesserit, relinquo, titio centum, item relinquo titio domum, licet relin.uo sempronio fundum. Prædicta conditio si decesserit intelligitur repetita in duobus sequentibus legatis, & sic obtinet in tribus prædictis legatis, quia sumitur significatum ex legatis pure prius factis, & ex significato conditionis. Nam ex conditione significatur quod testator non uult plus grauare filium si nupserit, sed uult grauare in sequentibus sub illa, conditione decesserit. facit l. si ita scriptum. ff. de libe. & posthu.

ITIDEM.i.similiter.C.de emanci.li.l. pen.de inur.l.fin. Aliquando id est tantundem.C. de appella. l. quoniam iudex.

ITINERARCHE dicuntur itineris custodes. a uerbo eo is & archos græce.i.princeps latinæ, hoc nomen trahentes, quia ad pronuntia/um tutelam per singula loca pacis & quietis faciunt stare custodiam l. i. C. de custo.reo.

DE I ANTE V.

IVDEI dicuntur qui Mosaycam legē ad literam imitantes, tenent se circuncidendo, & alia legalia faciendo. Et dicuntur a nomine digniorís tribus, scilicet Iudæ, quæ inter alias tribus, bellicolor erat, & in bellis primam aciem & regni uel regis priuilegium obtinebat, cum quibus Christiani non debent manducare, nec bibere, nec balneari, nec medicinam eorum percipere 28. q. 1. nullus. & cap. sequen. & dicit Bart. bri. Cum eis loquimur, ratio quia maior familiaritas est in cibis quam in colloquio, & facilius quis decipitur inter epulas 20. q. 4. uniusquisq. Dant enim nobis eandem retributionem quam dat mus in pera. serpens in gremio, & ignis in sinu. cap. & si iudeas. de iude. & sarra. Item iudeus non potest esse doctor neque tabellio. l. fi. C. de iud. l. generaliter. §. eos qui iudaicam. ff. de decurio. 54. dist. nulla. Sed quid de eo qui factus est Christianus. Vide ur admittendus, quia cessante causa &c. Ludoui. de Roma. in singularibus suis dicit contrarium. nam tex. est secundum uerum intellectum gloss. 1. cap. constituit. 17. q. 11. licet. sint, neophyti.i. nouiter facti Christiani, prohibentur officiis ecclesiasticis, ergo & a temporalibus, sed non sequitur, quia alia est ratio in uno quam in alio. Si diceres quare iudei puniuntur, cum Christus omnino passurus erat. Solu. in c. ne legentes. 24. q. 5. quia non fecerunt ob finem boni, sed causa uindictæ & inuidiæ.

IVDEVS conuersus ad fidem debet habere omnia bona, nisi sint quæsita per usurariam prauitatem. glo. est no. iuncto. tex. c. iudei. de conse. dist. 4. quam glo. dicit esse not. Pano. in c. ex literis circa fin. de conuer. infide.

IVDEX dicitur quasi ius dicens populo siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est ergo iudex, scilicet bonus, si non est in eo iustitia, ut in c. forus. §. in omni quoque negotio. de uerbo sign. Et iudex est qui ex iurisdictione propria aut sibi delegata & commissa ius habet super causas

caussas litigiorum uel litigatorum cognoscendi, & qui ex propria iurisdictione illud habet dicitur iudex ordinarius sed qui ex delegata, dicitur delegatus & extraordinarius.

IVDEX ordinarius est ille qui habet potestatem iudicandi a se iure suo hoc est eo ipso ꝙ talis, ut episcopus, balliuus, præses prouinciæ & consimiles.

IVDEX delegatus est ille qui habet potestatem de causa aliqua cognoscendi ab aliquo sibi commissam qui etiam dicitur iudex extraordinarius.

IVDEX competens dicitur qui causæ iurisdictionem habet cum exercitio dato quod per exceptionem possit elidi, siue exceptio contingat personam, ut quia suspectus, siue iurisdictionem ut quia resc iptum sur repticium, ut est glo. in cle. cum lite. ut lite pendente.

IVDEX incompetens est in quem licet consenserimus id tamen quod ab eo statutum est, firmitatem non habet iudicati, uel quia ipse nullam iurisdictionem habebat, uel quia interuenit error in adducendo uel adeundo ipsum, uel quia ui compulsus sum in eum consentire.

IVDEX compromissarius, Require supra arbiter.

IVDICES pedanei dicuntur illi quorum officium est de minutis causis & infimis cognoscere inutilib. uel utilibus, licet ordinarii dicuntur a pede quæ est extrema pars corporis. Maiores uero causas debent & tenentur maioribus r ferre. cum ipsi per se non possint terminare. C. de pe.iu.l.2.

IVDICES chartularii erant olim qui ab Imperatore priuilegiati erant, ut qui uellent coram eis litigare possent sed ipsi non poterant cogere aliquem ad litigandum coram eis. Et dicuntur etiam hodie iudices ordinarii creati a comite Palatino qui non habent administrationem nisi habitu, ut not. in l. 1. ff. de iud. & l.fi.C.ubi & apud quem cog.in integ.rest.agitam sit.

IVDICES domestici. Require supra domestici & assessores.

IVDICEM delegare est uide sua alium de causa cogniturum restituere.& no. ꝙ iudex debet esse bonus & grauis, ideo quia sicut mulier impregnata est grauis & tarda in eundo, sic iudex tardo passu ire debet morigerate & non currere ut ribaldus. Etiam iudex debet esse bonus ideo quia debet iudicare gratis.nō.n. licet uēdere iustū iudicium etiam regulare. Potest tamen si indiget, expensas moderatas petere, & recipere de ui. & honest. cle.cum ab oī. & 14.q. 5.non sane. Non ideo debet iudex uendere iustum iudicium, & testes uerum testimonium quia uendit aduocatus iustum patrocinium, iurisperitus uerum consilium. Et subditur ratio ibi. Illi enim inter utranq. partem isti ex una parte consistunt. Nemo tamen de suis cogitur facere beneficium. 12. q. 3.non l cet. & 10. q. 2.præcarie. Et si iudex potest opera locare & pro dandis consiliis quæ sine labore, per legendo libros allegationes querēdo fieri non possunt, aliquid recipere potest ut modica xenia, quæ inter lucra non computantur, ut l. sole.§. ultimo ff de offi. procon. Nec debent illa xenia in anno centum aureos excedere.l. eadem.in fin.ff.ad l. Iul. repetum. & hoc maxime de iudice delegato. Sed iudex ordinarius non potest petere expensas cum sint ei certi redditus cōstituti.24.quæst.3.

militare,

militare. Et iudex in causis decidendis debet sequi communem opinionem, non singula est alicuius doct.l. qui solidum. §. etiam.ff.de leg.1. ubi. n. sequitur communem opin. etiam si male iudicauerit ex causabitur in syndicatu.inst.de ob. quæ ex quasi delic. in prin. etiam iurisperitus ex uerbis senum rusticorum argumentatur l.si chorus.§. 1.ff.de leg.3.

IVDICIVM hæc dictio multipliciter si signat. Primo modo idem est quod casus fortuitus ut dicitur hoc de meo iudicio uenit. Secundo est discretio ut dicendo in pueris non est iudicium facit inst. qui non est permis.fa.rest.§.præterea. Tertio est actio. ut cum dicitur iudicium famil. herc.ff. de iudi.l. in familie. Quarto est ultima uoluntas testatoris. Quinto est iudicium uel sententia iudicis l.1. C. de re iud. Sexto ponitur pro examinatione uel deliberatione. Septimo authoritate.43.dist. cap. 2. Octauo quando que pro pena. l. dic. expurgabat. Nono capitur pro instantia uel ordinatione causæ discutiendæ in iure coram iudic.si sumitur. in titu. de iudi l.properandum. §. 1. C. de iudi. & ff. eod.titu. proponebatur. & in hac significatione diffinitur sic. Iudicium est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris,& rei super talem quæstionem, aut super eodem Iudicio contractus. de uerb. signi.forus in glo. Et dicitur iudicium quasi iurisdictio, ibidem & secundum Goff. describitur sicut arbitrium, exceptis his. Primo quod iudicium est de ciuili, & criminali sed arbitrium de ciuili tantum. Secundo quod iudicium necessario, arbitrium uero uoluntarie subditur, & prius inquisitio uocabitur unde secundum Cardinalem. Iudicium est inuestigatio quam secundum iuris ordinem facit iudex per uarios modos ad ueritatem eliciendam, & elicitam custodiendam. ut 30. q. 5. iudicantem oportet. Et quod dicitur actus trium personarum, intelligitur uere uel ficte seu representatiue, quia in notoriis fama representat actorem, & fingitur accusator. Item secundum Goff. iudicium finitur quatuor modis. Primo tempore, ut causa criminalis biennio. C. ut infra certum temp. cau. crim. ter. per tot. Cætere triennio. C de iud. properandum. Secundo sententia, quia iudicium finem accipit ex re iudicata. cap. iudicium de re iud. Tertio prohibitione. Et quarto status mutatione quia iudicium soluitur uetante eo qui iudicare iussit, uel eo qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, uel si ipse iudex eiusdem imperii esse ceperit cuius est qui iudicare iussit.ff.eod.titu.l. iudicium uide Goff.de offi. ord.§.finitur. & hic summa de iudi. Item diffinitur. Est discussio causæ coram iudice.præalleg. cap. forus. ibi, dum discutitur iudicium. Et not. quod proprie ante lit. contesta. non est iudicium quia nulla causæ discussio.l.1.C.eo.tit. hoc respectu causæ non autem respectu aliorum actuũ iudicialium, ut sunt examinatio partium & confessio. cætera quæ bene fiunt ante lit. contesta. imo quandoq. iudicium capitur pro eo quod procedit sententiam.ut in c. in iudicis.de reg. iu. lib. 9. Et non debet claudicare iudicium, & qualiter hoc contingat,uide in c.cum inter de excep.

IVDICIVM contradictorium dicitur si dicerem hoc esse consuetudinem, & tu

& tu aduersarius meus diceres nō esse consuetudinem, & in c. abbate in gl.fi.de uer.sig.Et iudici maioris standum est generaliter, nisi in casibus in gl.super uerbo plures.c pastoralis.de rescrip..

IVDICIA capitalis sunt quibus caput eximitur in ciuitate more uel exilio.de his uide inst.de publi. iudi.§.publicorum.

IVDICIA publica sunt de publicis causis,& dicuntur quasi publica.q.a cuilibet de populo commissa est executio & contra crimen lesæ maiestatis,in quo oēs de populo possunt accusare.Quandoq. iudicium pub. dicitur iudicium quod intenditur a crimine de hoc insti. de pub.iudi. in princ.

IVDICIA priuata sunt quæ ciuiliter tractantur siue intentantur. Itē de multiplici iudicio.s. authoritatis, ministerii approbationis. &c. not.Arch.l.5 dis.percepta. & glos. super regu.in iudiciis de re iud.lib. 6.Tangit aliqualiter Archi. 2. q.i., sicut.Et secundum Anto.de but. diuiditur tripliciter. primo ratione materie,secundo ratione forme, tertio ratione quantitatis. unde ratione materie duplex est iudicium, aut temporale aut spirituale uel aut ciuile aut criminale. Vnde semper dicitur iudicium criminale quando finis tendit ad commodum reip. ut fisci. &c. siue pœna sit corporalis siue pecuniaria. Sed dicitur ciuile dum finis tendit ad commodum patris glo.no.in l.prætor in prin.ff.de specul.uio. & fuit opinio Inno.in c.qualiter & quando.2.de accu.& doc. in c.i. de iud. Secundo ratione forme iterum duplex est iudicium. s. ordinarium. Tertio ratione quantitatis duplex est scilicet uniuersale & generale quæ etiam differunt de hoc plene in c. 2.de libel. obla.Item iudicium triplex reperitur, primum inter sanguinem,secundum inter lepram, tertium inter causam, ut in cap.per uenerabilem qui fi.sint le.etiam iudicium humanum quatuor peruertere solent. scilicet fauor odiū præmium timor, ut in capitulo primo, de re iudica.libro 6. quæstione 3. c. quatuor.

IVRAMENTVM est affirmatio uel negotium sacre rei assertione, uel attestatione affirmata, secundum Goffr.uel adhibita religione secundum Placen. Et est triplex, uidelicet,uoluntarium cum fit extra iudicium necessarium, & iudiciale, ut no.gl.inst.de act.§.item siquis. Et iuramentum dicitur species probationis quædam.

IVRAMENTVM assertorium,est cum iuratur de præsenti uel de præterito sic esse uel non esse, fuisse uel nō fuisse.Sed iuramentum promissoriū est quando iuratur de futuro aliquid damnaturum uel facturum. Aliquando etiam iuratur per execrationem. ut si hoc non fecero, hoc accidat mihi uel filiis meis, huiusmodi.Ponitur ergo triplex iuramentum, scilicet promissorum, assertorum & confirmatorium, secundum Hostien. in summ. de iure iur.& Bar.in l. si quis eo.ff. de fide instru.22.q. 2. per totum. & habetur. l. 3.senten. distin.31. De primo. in c.debitoris in c. quintaualis & c.ueniens de iureiur. De secundo in c.fi.eo.ti. De tertio in ca. cum contingit eo.tit. Et iuramentum uergit sex modis in peiorem exitum,ut no. Archi. 22.q.3. si aliquem. Et debet iuramentum habere tres comites. scilicet ueritatem iudicium, & iustitiam, &c. si Christus de iureiurand.& capitu. anima duertendum. 22. quæstio. 2.

Et

Et hier.4. ubi dicitur. Et iurabunt in ueritate iustitia & iudicio. Et iuramentum non extenditur ad illicitum mandatum ca. qu ntauallis, & c.ueniens eo.tit. immo præstans recipiens iuramentum contra canones punitur ut nor. in gloss.pœnam c.grauis,de sensi.alias iuramentum est seruandum nisi fiat dispendium animæ,uel per superiorem absoluatur c.si uero eod.tit.

IVRAMENTVM calumniæ est cum quis iurat se bona fide et nō animo calumniandi agere uel respondere, nec egisse, uel respondisse, unde illud.Illud iuretur quod lis sibi iusta uidetur. Et si quæretur uerum non inficietur.Nil promittetur, nec falsa probatio detur.Vt lis tradetur, dilatio nulla petetur ca. i. de iura. calum.in glo.4.

IVSIVRANDO quamuis competentius posset dici factū iuramentum,uel factum in ratū eo quod super facto iuratur,uel iusiurandū ꝙ super iure quod iuranti competit iuratur quasi iusiuratum, placuit tamen ut factum dicatur ius, quia super facto iuris iuratur, adicitur iurandum quia illud debet esse iuratum quod antea fuerat iurandum relatione, facta non ad id quod fit,sed ad id quod fieri conuenit.l.ius pluribus.ff.de iust.& iure.uel ut dicit Azo. forte ius ponitur pro religione,quasi diceret. ius iurandum.i.religione firmanda.Vnde iusiurandum idem est quod iuramentum factum,& dicitur quandoque conuentionale, quandoque iudiciale & necessarium. Conuentionale, est quando a te peto aliquid,& tu negas tamen deserta iuramentum ut iurem fi.n.in hoc casu iuro & uocatur iusiurandū cōuētionale & uoluntariū,quia extra iudicium conuentione, & uoluntate partium absque alia coactione iudicis præstatur.Iusiurandum iudiciale & necessarium est cum in casu primo iuro quod mihi debetur, quod peto.s.iudice in iudicio mihi conferente ut iurem. Ex hoc autem iuramento donatur actio ei qui dū peteret rem suam delegato sibi ab aduersario iuramento uel a iudice suam esse rem illa iurauit, ab ipso enim tunc peteret rem suam actione in factum quæ oritur ex tali iuramento.Et dicit Goffre. quod duplex est iuramentum scilicet assertorium, & promissorium, & assertorium triplex est. s. uoluntarium ut est conuentionale.ff. eod. titu.l. iusiurandum. Necessarium quod necessitate a iudice imposita defertur, uel suscipitur,& non potest recusari nisi ex iusta causa. ut ff. de iureiur.l.mandante. Et iudiciale quod in iudicio defertur,uel refertur a parte parti. quod non est necessarium subire, immo delatum recusari potest hodie, licet olim non potuit recusari, sed referri. Vnde uide gloss.in cap. fin. de iureiurando.

IVRATI, dicuntur consiliarii uel anciani,uel priores qui regunt uniuersitatem,& dicuntur a iuramēto ꝙ præstēt,ut eorum officium fideliter exequentur. & sic uniuersitas quandoque habet suos præsidētes qui diuersis nominibus appellantur secundum loci consuetudinem uide no.per Abb.in c.fin.in princip. de procu.

IVRISDICTIO est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi uel equitatis statuēde secundū Azon.& dicitur a noībus ius & dictio. i.potestas.Hæc autem quādoque est ordinaria, quandoq. delegata. itē alia est plena.s.solius principis. Alia aūt semiplena,alio rum

rum uidelicet a principe. De hoc ui de Spe.eo.ti.C. eo. l. 3. Nota quod quatuor dant iurisdictionem ordinariam. Primo lex inanimata uel canon, & hoc in dubio, secus si appa ret uelle dare delegatam. Secundo, lex animata, scilicet papa uel imperator. & non inferior nisi episcopus suo uicario. tertio cōsuetudo. Quarto uniuersitas approbata, ut mercatorum, cerdonum & aliorum artificū qui possunt de suo corpore etare & eligere iudicem ordinarium. Similiter uniuersitas facultatum artium uel iuristarum. de hoc no.circa cap. cum ab ecclesiarum, de of. ordi. Et iuris prout est genus diuiditur in merum imperiū, mixtum imperium, & simplicem iurisditionem. de quauis in litera M. require.

IVRIDICVS. est qui iura dicit secundum Isido.li.11.ethimo.

IVRISPRVDENTIA est diuinarum & humanarū rerū notitia, iusti atq. iniusti sciētia insti. s. ad faciendum, iniusti ad euitandum, quia non sufficit scire quid sit iustū uel iniustum, nisi & ipsarum rerū contrariū uel corporaliū habeat quis notitiā secundum quā secūdum uarias conditiones uaria iura sūt statuenda iust.de. iusti.& iur. in prin.

IVRISPERITVS non præsumitur di ci Panor.in c.super de regula.

IVRE proprio dicitur aliqua res uendi in instrumento uenditionis, quā do proprietas transfertur in emen tem.

IVRGIVM dicitur quasi iurgis garriū eo quod hi qui causam dicunt, iure disceptant c.forus, extra de uer. sig. arg. quod iurgia non pertinent ad præsbyteros, quia non tenentur esse iurisperiti 38.dist. quia ipsi nec possunt aduocare nisi in certis casibus dict.cap.si.

IVSTITIA est constans & perpetua ius uoluntas suum unicuiq. tribuens, nō quātum ad actum, sed quantum ad effectum inst. de iust. & iure in rubro & nigro, Iustitia. n. est animi dispositio, ut mētis effectus qua quis dicitur iustus (ut gramma tica grāmaticus) dū sine p̄sonarum acceptione uel distinctione uult cuilibet (quantū in se est) ius suum tribuere. Et quot modis dicatur iustitia, no. Arch. 24.q. 1. c. ubi sana fides. nam dicit ibi. Iustitia est equitas tollerandi inopiam, & tēperantiam habere in abundantiam: Item est patriā & socios defendere, quia uera iustitia compassionē habet, & nō ex odio, sed bono zelo exercenda &c. ut ibidem. Item iustitia sic describitur Est habitus bonus tribuens cuiq. suam dignitatem deo religionem, parentib. obedientiam, maioribus reuerentiam, paribus concordiam, minoribus disciplinam, sibiipsi castimoniam, & pauperibus seu miseris cō passionem operosam. Dicit ergo Tullius quod iustitia est habitus animi, cōi utilita e seruata, suā unicuiq. tribuens dignitatem. Et Plato dicit q. iustitia est uirtus quæ plurimum potest in his quæ minimū possunt. Item sic est animi cum grata dispositio in singulis rebus recte diiudicans, causas uide glo. insti. ubi supra Vbi etiam dicitur quod iustitia est mater iuris.

IVS habet plura significata. Primo i. rigor. l. 1. C. de legi. & talis rigor iuris in ecclesiasticis negotiis non est seruandus, sed sola equitas c. interposita de appell. Secundo, id est uerborum cōceptio; ut cum dicimus q̄ in stipulationibus uersatur ius, ut l. si unus. §. pactus ne repeterer ff. de pac. Tertio i. recta. uel iustū quod deriuat a iustitia. Quarto

to id est aqua pinguis. Quinto capitur per toto corpore iuris. Alia plura significata ponit Ioan. And. de re.iur. in princ. libr. 6. breuiter ius significat quod subiecta materia uel usus communis id recipiendi in tali loco in quo profertur significare declarat. Vnde ius est nomen generale, & lex iuris species, & dicitur ius quasi iustum id est dist.ius autem, & secundum Isi. lib. 5. ethimo. Omne autem ius legibus & moribus constat secundũ Isid. ubi supra c. 2. Et diffinitur sic ius est ars boni & equi, cuius merito, quis nos sacerdotes appellat, sua iura cuilibet ministrantes ff. de iust.& iur. l. 1. 2. responso. Hoc est dicere quod iustitia ẽ collectio legitimorum præceptorum quæ arctant nos ad obseruandum bonum & equum. i. utilitatẽ & equitatem seu ueritatem. Quamuis. n. usucapio contra equitatem uideatur introducta, tñ subtili consideratione maxime innititur equitati cum præcipue equum sit quod publice utilitati deseruit. Vel dicitur quod in usucapione uel præscriptione ex cã & pro bono publico inducitur quandoq. rigor contra naturalem equitatem, ut dicitur in gl. 1. dist. ius aũt ubi datur quandoque ius quod non est iustum uel equum, ut ibi exempla plura. Dicitur autẽ ius a iustitia. Et aliter sic diffinitur. Ius est præceptum sub ordinatione principalis seu domini circa subditos quantum ad ea quæ possunt subesse potestati subditorum. Talis aũt uel est deus, & tunc dicitur ius diuinum. uel est natura, & tunc dicitur ius naturale. Vel est hõ & tunc dicitur ius humanũ qđ regitur duob. ut in. principio decre. Et sic scđm triplicem gradum summorum distinctum est triplex ius. s. ius diuinum, quod est præceptum seu ordinatio diuina, & ius naturale, & ciuile dicitur. Etiam aliquando ius angustiosus, aliquando iniquũ, ut inst. de sena. ter. & in glos. §. 1.

IVS naturale est quod cõmune ẽ omni nationi eo quod ubiq. instinctu nature habetur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso nature conditore, ut maris & fœminæ coniunctio, liberorum successio. s. in bonis parentum, uel etiam per carnis propagationem, non per hereditatem, quia illa successio non est naturalis ut est glo. super uer. sucessio. dist. 1. c. ius autem, ubi ponitur hæc diffinitio. puerorũ educatio, cõmunis oĩum possessio (quia iure naurali. oĩa sunt communia. i. cõmunicanda tẽpore necessitatis c. sicut 47. dist.) & omniũ una libertas, acquisitio eorũ quæ in cœlo terra mariq. capiũtur (gl. dicit. Hæc. n. & alia quæ in nullius boni. sunt. cedunt occupanti, id est conducentur.) Item rei depolite uel pecunie cõmodate restitutio, uiolentie per uim repulsio. Nam hoc & si quid hinc simile est nunquã iniustum, sed naturale equumq. habetur secundũ Isi. libr. 5. c. 4. Et est tex. totius. c. ius autẽ dist. 1. & ibi. uide gl. huius diffinitionis. Itẽ ius naturale est quod in lege & euãgelio cõtinetur quod quos iubetur alteri facere quod sibi uult fieri, & prohibetur alteri inferre quod sibi nolit fieri dist. 1. in princ. & l. dist. põderet (alias considerat) in prin. & in auc. ut cum de appell. cog. §. certum c. dilecti. de maio. & obe. Vnde. Quod tibi uis fieri mihi fac, quod non tibi noli, Si potest in terris uiuere iure poli. uel aliter. Ius naturale dicitur uno modo motus ex instinctu nature proueniens quo singula animalia

lia ad aliquid faciendum.inducuntur. Est enim debitum quoddam quod natura cuilibet representat, & hoc debitum secundum Isid. communi est omni nationi, eo quod instinctu nature uel naturali conditione ubique habetur, & non ex constitutione aliqui facta ab homine. Item ius naturale dicitur instinctus nature ex ratione proueniens. Et secundum hoc ius omnia dicuntur communia id est communicanda, ut supra dicitur. Item ius commune dicitur industria hominum statutum. Item ius naturale dicitur equissimum. Item præcepta naturalia, sunt quæ in lege & euangelio continentur ut non furtum facies, non mechaberis. sed quod tibi uis &c. c. preall. Ius autem naturale in gl. ubi prima descriptio data est secundum motum sensualitatis. Aliæ autem secundum motum rationis. Item ius naturale secundũ glo. 1.inst.de iur.natura. gentium & ciui.potest dici quatuor modis. Vno modo ius gentium inst. de re. diui.§.singulorum.Secundo ius pactorum.ff. de pact.l. 1. Tertio ius contrarium s. quod rescindit pacta ut restitutio minoris.ff. de mi.l.1.Quarto ꝑ instinctu nature. ut quod in lege mosaica uel euangelio continetur. Item ius naturale in quatuor differt ab aliis iurib.s. in origine, in dignitate,in amplitudine, & sententie rigore, ut declarat gl.1 dist.5. nã cępit ab exordio naturalis creature,& nullam patitur immutationem,& sibi omnia communia sunt, nec contra ipsum fit dispensatio, sed de aliis iuribus secus,ut ibi.

IVS ciuile inuenit accipi diuersimode,ut d. 1.c. ius naturale.Ciuile autẽ uno modo est quod quisque populus uel queq. ciuitas sibi proprium diuina humanaq.causa constituit secundum Isid.li 5. Secundo dicitur ius ciuile ex l.12. tabularum , Tertio dicitur quod ex legibus plebiscitis, constitutionib. senatusconsultis , principium decretis, uel authoritate prudentum inuenitur. Quarto dicitur ius quod non est prætorium.Quinto dicitur disputatio prudentium, quæ fuit facta sub l.12. tabularum. Sexto quicquid habemus scriptum de iure. Septimo quicquid iure naturali uel iure gẽtium subtrahitur, uel quod non est ius naturale nec gentium, Et sic capiendo ius canonicũ dicitur ius ciuile, & sic sumitur 1. dist. ius autem naturale ut in gl.1.no. in fine.Et quia ita diuersimode ius ciuile inuenitur accipi in iure de prima acceptione habes inst.de iure natu.§.1.De secunda habes ff. de iustitia & iur.lege ius ciuile. §. hæc igitur. De tertia & quinta ff. de orig. iur. l.2.§. disputatio. De quarta leg .ius ciuile preall eg. in prin. De sexta ff.de uariis & extraor. cog.l.1.§.proinde. De septima inst. de usucap.in prin.ut est gl. in §. sed ius quidem ciuile.inst. de iur.natu.gentium & ciui. Item ius ciui. dicitur tripliciter. Primo pro eo qđ in unaquaq. ciuitate seruatur, & sic dicitur in genere. Secundo in specie dicitur ius proprium certe ciuitatis, & sic loquitur §. alie.instit. Tertio dicitur per excellentiam ius Romanorum qñ non exprimitur proprium nomen ciuitatis,et sic in uer.sed & quoties insti. eo.ti.præalleg. & sic cõcordat.§. omnes popu.i.cum dicto uer. in quo §.dicitur quod oẽs populi reguntur legibus emulgatis ab imperato. in uer. dicitur qđ unaqueq. ciuitas iure sub proprio. utitur, sed primum intelligitur, in gene-

generali secundum de particulari.

IVS autem gentium est sedum hostilium occupatio, munitio bella captiuitates, seruitutes, postliminia fœdera, paces, inducte, legatorum non uetandorum, uel uiolandorum regio, connubia inter alienigenas prohibita, & ideo ius gentium appellatur, quia eo omnes fere utuntur c. ius gentium prima distinctio.

IVS aureorum annullorum secundum quosdam dicitur quod olim liberti annulos aureos ferre non poterant, secundum Azo. est priuilegium quod concedebatur libertis, in signum semiplene ingenuitatis uiuebant enim ingenui, sed moriebantur ut liberti. C. de iure annul. au. in ru.

IVS militare est belli inferendi solennitas fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes, & pugne cōmissio. Item signo dato receptio, item flagitii militaris disciplina si locus deseratur. Et secundum canones qui fugit in bello publico infamis est. 6. q. i. infames, & secundum leges capite puniuntur. ff. de re milita. omnia delictum. §. qui in acie. Item stipendiorum modus dignitatum, gradus premiorū honor, ueluti eū corona uel torques dat. Item prædæ diuisio, pro personarū qualitatibus & laboribus iusta distributio, ac principis portio ut dist. i. ius militare & secundum Isi. lib. 5. c. 6. Et ergo nō omnia quæ in bello capiuntur sunt principis, quia dicitur hic principis portio, sed ipse tenetur ea diuidere, secūdum numerum seu naturam personarū. sic etiam rex cuius sunt omnia. 23. q. 5. dicat.

IVS pascendi est ex habitatione domicilii & communitatis.

IVS patronatus est authoritas, siue potestas quam patronus habet in liberum. Aliter secundum Gostr. est authoritas siue potestas proueniens ex beneficiis ante consecrationem ecclesiæ collatis. Et prouenit ex tribus scilicet fundatione, donatione, & edificatione, uel sola co. ut 16. q. 7. filiis & c. quicunque 18. q. 2. abbates. Vnde patronum faciunt dos; ædificatio fundus. Cōpetit autem patrono aliquid honoris, ut si ecclesia non fuerit collegiata, presentet, Sed si fuerit collegiata, tunc non electioni prælati faciende, sed iam facte honestius patroni postulatur assensus, nisi ex speciali concessione obtineat ut partes suas interponere debeat electioni tradende c. nobis. de iur. pat. Item habet aliquid honoris quia primus in processione incedit, ut 16. q. 12. pie menti s. Habet aliud oneris, quia tenetur defendere ecclesiam ab omnibus oppressionibus ut 27. q. 7. filiis. & habet quod uergat ad si inopiam alendus de bonis ecclesiæ. ut cap. filiis preal. &c. quicunq. Vnde patrono debetur bonorum onus, utilitasq. Presente præsit defendat, alatur egēs potest etiam patronus præter egestatem aliquos redditus moderatos habere ab ecclesia cuius patronus existit sine presentatione instituí quis non debet in ea ecclesia quæ patronum habet. Et si ipre tis patronis hoc factum fuerit, secundum rigorem iuris institutio retractanda eod. titu. c. illud uel irrita nuncianda, & ad instituentis uerecundiam institutus amouedus est, & alius quem patronus dignū elegerit ordinandus, ut 16. q. 7. de cernimus. Sed si laicus prælentet unum & postea uariet alium presentando, Videtur a primo discedere, posteriorem præsentando. ff. de procu.

procu.l. sicut §.ult. Et tūc uidetur arbitrio episcopi relinquēdū quis eorum alteri præferatur 2.dist.c. ecclesiastici. uide cap. quod autem de iur. patro. ubi de hoc.c.cum autem aduocatus. Item ius patronatus quandoq. aduocatio, quandoq. uicedominatus, uel custodia, uel guardia, uel ius est frequentationis uel processionis, & quandoq. gratia, ut in glo.1.c. quia clerici. de iure patro. & secundum Gof. in sum.eo. titu. ubi ponit supradicta. Et not. ꝙ ius patronatus non perdit quis per damnationem, uel cōfiscationem iudicis secularis. glo. est in uersi. subiecte.§.rursus in fi. c. pastoralis in cle. de re iud.& est not.dignum. Vnde ubi fit confiscatio bonorum, non confiscatur ius quod non transit ad hæredes extraneos, sed tantum ad filios l.1.§. ibi glo.C. de bo.quæ libe.ideo non confiscatur ius patronatus libertorum, uel emphyteosis ecclesiastica, uel feudum, ut ibi secundū Bal. & in l. qui se patris C. unde liber. Item præsentatus ab eo qui ius presentandi habet & idoneus non admissus a prælato, si patronus non uariet, debet ius in re, & potest agere contra institutum a nemine uel a falso patrono præsentatum de re iud.c. cum Bertholdus & c. decernimus 17.q.7. Si autem uerus patronus uariat, primus præsentatus non habet ius ad agendum contra secundum præsentatum & institutum, sed potest agere contra prælatum qui eum præsentatū ideo neum maliciose non admisit differendo eum instituere, & difficultates ingerendo, ut prouideat & in beneficio competendi iuxta c. pastoralis.eo.ti. Itē ius patronatus trāsfertur in aliū gratuito titu. cum sit spirituali annexum nisi cū uniuersalitate transeat, ut c.seculū.eo.ti. unde uersus. Iura patronatus trāsire facit nouus hæres. Res permutata donatio, uenditioq. Item plerumq. hoc nomen ecclesia pro iure patronatus supponit 16. q.ult.si plures 15. q.3.nemini, & c.1.de iu. patro. Et ergo si quis utatur tali simplicitate uerborum, dono tibi ecclesiam uel concedo intelligitur donare ius patro.quod habet in ea c.quod autem. eo.tit.

IVS publicū constat in sacris sacerdotibus & magistratibus secundum Isid.lib.5 etymo.cap.8.ff.eod. titu.l.1.§.publicum & 1.distin.ca. ius publicum, ubi glos. dicit, qui ledit sacerdotes uel res sacras ob omnibus tāquam pro publico crimina accusari potest. 2.q.l. in primis. Vel sic. Ius publicum est quod generaliter, (alias principaliter) ad publicam deseruit, uel spectat utilitatem, ueluti, ne in portis uel in muris ciuitatis & alias sacris iudicibus, uel sacerdotibus, uel magistratibus, aliquid committatur, uel inferatur.

IVS priuatum dicitur quod specialiter ad singulum utilitatem alicuius pertinet, secūdario tamen etiam ad rempublicam, ut in pactis, & conuentionibus mutuis priuatorum specialiter iuris conspicitur insti.de iust.& iur.§.2.

IVS reipublicæ.s.alterius quam romanorum est ius cuiuslibet ciuitatis indubitanter secundum omnes qa ciuitates regulariter utuntur iure priuatorum, ut. ff.de uerbo. signifi l.eum qui. & C.eo.tit.in rub. l.1.in glo.lib.10.

IVS quasi naturale est quod dominus uel patronus habet in seruum & libertum.

IVS quiritum dicitur a Quirino.i. Romulo, et est proprie Romano-

rũ quia nulli tenẽt hoc ius nisi quirites.i. Romani ſcd̃m Iſid.li.5.ety. i.diſt.c. ius quiritũ, in quo agitur de legit. hæredib. de tutelis, de cu rationib. de uſucap. Cõſtat autem ius quiritum ex legibus, & plebiſcitis,et ſenatuſconſulti,cõſtitutionibus principũ, edictis ſenatorũ et reſponſis prudentum, ut ſcd̃m Iſi. ibidẽ & diſt.2. in prin. ubi de ſpeciebus Romani iuris, de qbus omnibus lex plebiſcitum. ſenatuſcõ. prætorum edicta, reſponſa prudentum &c. quæ ſint require loco ſuo & inſt. de iur. nat.gent.& ciuili.§. conſti. & ſe. ubi hoc ius apud Romanos tantum reperitur diſ. 1.ius quiritum.Et dicũtur Romani omnes qui Romano imperio ſubſunt prout dicitur. Propium Romanorum eſt habere filios in poteſtate & etiam gentiles ſũnt ſub Romano Imperio. Nam Imperator eſt princeps totius mundi, ut ibi glo.

IVS ſibi facere uel dicere, eſt ꝙ manifeſte ſpectat ad iudicis officium ſ.ꝙ a iudice faciendum ſit, ſibi uẽdicare,ueluti ſiquis rẽ ſua propria rapit autoritate,putans ſibi hoc licere,& in iure confitetur ſe hoc feciſſe de quo quæritur utroq. caſu ipſe facit, unũ debet ſubſtinere cõtrariũ calculũ. i.cõtrariã ſuiam ut præ debito quo teneris alicuius pignus tuum capit te inuito, ius qđ ſibi iure competebat amittit.

IVS habere in re;et ius habere in rem ſunt diuerſa.de conceſſ. præb.li.6. c.ſi.& cle.uni de ſequeſ.poſ.uer.& nihilominus.

IVS prætorium eſt quod prætores induxerunt, adimẽdi, ſupplendi,uel corrigẽdi iuris ciuilis gratia,ut ff. de iu.et iur.l.ius autem.Hoc etiam ius honorarium dicitur, quia qui honores gerunt.ſ.magiſtratus,autoritatem huic iuri dederunt, ut inſt.de iur. na. gen.& ciu.§.pi æto-riique edicta.

IVS ſuccedendi habet hæres, item patronus in bonis liberti.

IVS uerſutum dicuntur præſtigie ſiue captiones uerborũ quibus obũbrantur delicta & dicuntur uerſuta ſecundum Azo.quia quis repellebatur ab actione per quaſdam uerſutias. i. machinationes uerborum. Vel ſecundum Martinum dicitur uerſutum ad exemplum ueſtimenti, quandoq. eſt illud intus quod debet eſſe extra &c.Sic etiam erat uerſutum ius quo illud quod erat puniendum abſoluebatur, & qđ erat abſoluendum, puniebatur.

IVRIS prudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia iuſti atque iniuſti ſcientia. inſtit.de iuſt.& iur.in prin.

IVRIS auſpicium.i.exordium litis ut in c.paſtoralis. de cau.poſ.et C.de excep.l.pen. & de codic.l.ult.i.reſponſo.

IVRIs precepta tria ſunt. ſ.honeſte uiuere, alterum non ledere,& ius ſuum unicuique tribuere. Inſti. de iu.& iur. §. iuris præcepta concor. c.cum deuotiſsimam.12.q.ubi dicitur quod ſummum bonum in terris eſt iuſtitiam colere, et unicuique.&c. Sed queritur,utrum ſeipſum quis ledere poſsit.Et uidetur quod ſic, quia quod de uno conceditur de altero negatur, & econtra.25. diſtin. qualis. 16.q.3 c.ex eo.ff. de iudi.l. cum prætor. ff.de condi. & demon.l. cum ita legatũ. & glo. in c. nonne. de præſumpt. Sed hic dicitur alterum non ledere, ergo uidetur permiſſum ſeipſum ledere. facit ad hoc l.& ſi dãnum §.ſi pater. ff.de pecu.Et ſi uidetur quod clericus ſe uulneratur animo irato, non ſit excommunicatus. Cuius contrarium tenent doct.

doct.per l.omne delictum.§. qui se ff. de re mil. Et uidetur ex alio ꝙ non permittitur militi armatæ militie, ut manus uiolentas in seipsum immittat, ergo nec militi spirituali. Etiam nullus est dominus suorum membrorum. l. liber homo.ff.ad l.aquil. So. dicit Io. fabri quod quis ledens seipsum non incidit in canonem. si quis suadente & cap.17. q. 4. quia ille loquitur ubi alius est agens, & alius paciens, & sic credit talem non esse excommunicatum, sed alias grauiter puniendum. Sed opinio doctorum dicens contrarium est uerior, scilicet ꝙ talis est excommunicatus. Idem tenet Io.And.c. cum contingat. de sen. exc. Etiam mutilans seipsum est irregularis sicut mutilans alium c.1.de homi. Et si prohibitum est ne quis alium ledat, multo fortius ne seipsum, quia charitas incipit a seipso, c.nisi specialis, de usuca & de pe.dist.3.qui uult. & c. non licet 23.q. 5.

IVS canonicum diuiditur in decretum, & decretales quarum uolumen dicitur extrauagans in quinque libris, maxime respectu iuris ciuilis. Quorum librorum materia his habetur uersibus.

Pars prior officia creas, ecclesieque ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de tribus & uita presbyterorum.
Dans thorum quarta mulierum qui docet esse.
Vltima de uitiis & pœnis tractat eorum.

Vel in uno uersu.

Iudex, iudicium, clericus, sponsalia, crimen.

Quibus autem libe habet plures rubricas siue titulos, in quibus permittitur materia in generali, de qua tractatur in capit. sequentibus in speciali. Sub quamlibet autem rubrica sunt unum aut plura capitula, quæ dicuntur decretales uel constitutiones, & aliquando in capitulis sunt. §. unde quando allegabis aliquid ex decretalibus non allegabis librum, sed titulum, & capitulum in eodem, & si sit capitulum longum dices, c. tali, circa principium, medium, uel finem. uel si sint in capitulis paragraphæ allegabis tali. c.§.1.uel. 2. Et post compositiones quinque librorum dictorum per magistrum Raymundum Capellanum Gregorii Papæ noni, circa annum domini 1221. elapsis multis annis, uidelicet anno a natiuitate, uel incarnatione domini 1298. nonas Martii pontificatus Bonifacii. 8. anno. 4. compilatus est liber sextus non quidem sextus cum aliis quinque partialibus prædictis in uno uolumine, sed liber specialis continens etiam quinque partes, & supplens defectus casuum emergentium in libris decretalium non compræhensorum. Deinde clementis constit. a Clemente Papa 5. sub anno domini, 1311. in concilio Viennensi, quod sex mensibus tantum durauit, concepte, & edite sunt, licet idem Clemens morte præuentus, ad publicum non perduxerit. Sed Ioannes Papa 22. de post compleuit, correxit, & mutauit. & executioni d mandauit. Et fuerunt promulgatæ anno domini 329. calen. Nouemb. De hoc uide gloss. in proe.Clementi. super uerbo Nouembris, & uerba pontificatus. Et dicit Ioann. Andr. quod iste liber non debet alleg. septimus, sed debet intitulari Clementinæ. scilicet constitutiones Clementis 5. Sed

decretũ quod magister Gratianus circa annum domini 1309. compilauit diuiditur in tres partes. Prima distinctio quia est distinctum per centum & unam partes, quarum quelibet habet unum uel plures canones, quæ ulterius subdiuiduntur in §. & uers. Sed secũda pars decreti nominatur causæ quia continet in se triginta sex causas, a quibus nomen accepit. Quæ alterius subdiuiduntur in qõnes & hæ in canones, qui ultra in §. & uersi. subdiuidi possunt. Tractatus autem de pœnitentia imponitur in causa 33. in q. 3. Et habet septem distinctiones, quarũ qualibet habet canones plures, cum. §. & uer. suis. Tertia & ultima pars decreti nuncupantur de consecratione, & habet sub se quinq. distinctiones cum canonibus uel capitulis, paragraphis, uel uersic. Vnde decretum dat centum distinctiones & unam. Triginta causas & sex addit tibi mixtas. Distinguit septem, pœnitentiã, consecrat quinque. Authorem quãtum tibi declarato Gratianum. Et in dictis quatuor libris satis patet modus allegandi qui in fundamentis alumnorum iuris poni consueuit, quare his supersedeo.

IVS uero ciuile diuiditur in quatuor libros principales, scilicet. Digestũ C. Institutiones. Autenticas. Quibus additur collatio decima, seu liber feudorum. Primus ergo liber iuris ciuilis est digestum, qui continet leges & statuta romanorum, & diuiditur in tres libros principales. scilicet digestum uetus quod habet libros partiales uigintiquatuor. Infortiatũ, quod habet libros partiales quatuordecim. Et digestum nouum quod habet libros partiales duodecim. Quibus connumeratis erunt libri partiales quinquaginta digesti ueteris infortiati & digesti noui. Et uocatur digestum seu etiam pandecta, uel liber pandectarum, uide supra in litera D. Secũdus liber iuris ciuilis uocatur Codex, qui continet statuta sanctiones & præcepta imperatoris. Et fuerunt tempore Iustiniani Imperatoris tres Codices, s. Codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus, de quibus codicibus extrauagantibus diuus Iastinianus animum suum ad Imperiales constitutiones dirigens unum codicem fieri fecit quẽ suo felici nomine intitulauit, Codex Iustiniani, ut in rubrica proemii codicis. Et diuiditur iste liber in duodecim libros partiales, quorum nouem primos doctores legere solent, sed ultimi tres qui longe post primos nouem compositi sunt raro legi consueuerunt. In quorum allegationibus hoc est speciale qđ ad tit. & ad l. cum. §. additur numerum, uidelicet li. 11. 12. &c. ut C. de murilegu. & gynecia &c. libr. 11. & de digni. l. si ut proponis. lib. 12. Tertius liber principalis dicitur autenticum uel autenticorum & sunt quædam excerpta quasi prędictorum librorum summula. Et diuiditur iste liber in nouẽ collationes, quarum quælibet subdiuiditur in titulos, & tituli non in leges, sed in §. Et differunt autenticum & autentica, quia autenticum uolumen est per se, sed autentica est lex una uel paragraphus incorporatur libro codicis, & antiquo iuri superradditu. Et allegatur sic C. de episcop. & cleric. autent. generaliter. C. de sacrosanct. eccles. autenti. multomagis. Sed in autentico simpliciter allegatur titulus & paragraphus. ut in autentico.

ut iudices sine quoquo suffra. §.tali uel tali.& sufncit. Item decima collatio intitulatur liber feudorũ & habet duos libros partiales, quorum quilibet subdiuiditur in titulos, & isti in capitula & paragraphos. Quartus liber principalis legum dicitur institutiones uel instituta. Et iste diuiditur in quatuor libros partiales, & est introductorius in ius ciuile & canonicum, maxime quo ad declarationem terminorum in utroque iure usitatorum qui tanquam ostium in donum præbet introitum in sapientia iuris. Quare consulitur omnibus quasi modo genitis iuris alumnis, ac iuris concupiscentibus. per institutiones documenta sua primordialia capessere, & nutrimenta, ut ali doctrina primitus inforciati securius mereantur inhærere sanctioni Iustiniani Imperatoris Christianissimi. Nullus ergo præsumptuose sine institutionum doctrina, iuris maxime ciuilis sublimitates tenet abscendere, ne corruat ex alioqui satagit uolare sine pennis. Et hæc denominibus diuisione quæ librorum principalium iuris utriusque sufficiant. Quorum modorum allegandi in singulis cum exemplis suis, uide in fundamento iuris. Et not. quod ius ciuile tripliciter se habet ad ius naturale & tres operationes circa ipsum & eius materiam exercet, aliter, tamen & aliter. Nam ius ciuile primo addit super naturalem determinationem per congruos modos ut est uidere in delictis uerbi gratia ius naturale, & eius rectitudo dictat delictu puniri. inst. de ob. quæ ex del. nascun. in prin. ff. de fur. l. i. Et ita omnia præcepta decalogi sunt a iure naturali super illis principiis fundata quæ ponit iurisconsultus, de iust.& iur. ff. eod. titu. l. iustitiæ §. 1. & in proe. de scilicet honeste uiuere, alterum non ledere, ius suum cuique tribuere. Secundo rectitudo naturalis uult nemini subtrahi ꝙ suum est, & ius legale distinguit actus ab illa rectitudine deuiantes. s. actum furandi, fenerandi, rapiendi, &c. Et ultra ostendit quomodo unus illorum actuũ plus uel minus deuiet a rectitudine nature & secũdum illud maiores siue minores paternas statuit. Tertio declarat, nam iure naturali rectum est neminem cum alterius iniuria uel detrimento locupletari, non tamen habetur ex eodem iure si fit possibili euentus in quo quis locupletari possit cum alterius iactura, sine tamen eius iniuria, sicut in præscriptionib. & in usucapio. De ista triplici operatione loquitur. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure.

IVSTITIARII sunt qui deputãtur ad iustitiam faciendam, & est uulgare apulie, ut in c. literis, de pign.

IVSTVM est quod ex præcepto uel superioris ordinatiõe alicui cõcessum est, & sic iustum est illud quod ordinatur iure. l. iuste. ff. de acquir. poss. Sed iustitia est habitus, seu uirtus superioris ad præcipiendum bonum subditorum. Quare &c.

IVSTVM & honestũ si concurrũt præferendum est iustum. Panorm. in cap. bonæ memoriæ in 15. not. de postu. præla.

IVXTA, aliquando exponitur, id est prope uel a latere, extra de maio. & obe. c. solite. uer. hoc aũt prudenter. Aliquando id est secundum, ut iuxta uerbum Apostolice, id est secundum extra de baptis. c. maiores, cir. prin. & dic. quòd

quandoque ponitur similitudinarie. ut tu uiuis iuxta Petrum id est ad similitudinem Petri. Aliquando significat uicinitatem temporis, ut iuxta festum pascatis, id est prope & uide not. extra de uerbo. signific. Item adde quot modis iuxta sumatur Barto. in l. i. ff. testa. in extrauag. ad reprimendam, in uersi. iuxta.

## DE K ANTE A.

KALENDE sunt certi dies mensium a calo greco quod est uoco latine, ut nota in l. qui ante Kalendas, & in l. eum qui. ff. de uerb. obli. quia promissio talis. promitto ante Kalendas, dupliciter accipi potest. s. ante finitas & in dubio interpretatio debet fieri contra stipulatorem. l. ueteribus. ff. de pact. l. quicquid astringende. ff. de uersi. oblig. Ergo perinde est ac si promisisset ante Kalendas finitas, & tunc bene sequitur quod qui aliquid promisit ante Kalendas sit illi similis qui promisit Kalendis. Et allegantur isti tex. cum ratione præmissa in arg. ad testes concordandos, quorum aliqui deponunt ante guerram, alii post, ut qui dixerunt post, intelligantur post inceptam & qui ante, intelligãtur ante guerram infinitam & hoc fuit dictum Ang. & Imo. l. si quis peremptorie super 1. glo. & doc. l. 2. §. pen. & l. 3. §. cum quid. ff. si certum peta. per Bart. in l. 1. C. de usufru. l. insulam. §. penul. ff. solu. matri. per Ia. Bu. in l. sed & si possessio. §. item si iurauero. Imo. ff. de iureiuran. l. inter stipulãtem. §. 1. ff. de uerborum obligatio. In not. in capitulo cum contingat, de offic. deleg. in capitulo cum tu. & magistralis in cap. in nostra de testi. Et aliqui dixerunt quod testes tales ideo concordantur, ne puniantur de falso, non ut probent, ut per doct. in legibus allegatis. Alii dicunt quod concordãtur ut probent, ut per glo. in dicto capitulo cum tu. Sunt ergo Kalende prima dies in quolibet mense, etiam dicte a colo, quia antiqui colebant primum diem mensis, & sic dicuntur quasi colendi. Vel dicuntur a uerbo greco calo, id est uoco, quia Romani habebãt præcones quos prima die mensis mittebant per terram dicentes, uocat uos senator ad nundinas, præparate uos, de hoc est. glos. nota. in l. cum bissextus ff. de uerbor. signi. quæ etiam declarat nonas & idus de quib. uide in fine primi libri computi chirometralis, & in aliis. Item in fine libri 6. in gl. i. super data lib.

## DE L ANTE A.

LABRA sunt imagines quæ distillant aquam, salientes scilicet aque, & fistule quæ salientibus iunguntur.

DELYRIA sunt quæ hic auctor de labris affert, nempe Accursium secutus. ff. de actione emp. & uen. leg. limes (seu ut nos impressimus, funes & labra) in gloss. & text. Sunt enim labra apud iurisconsultum loco iam citato, crateres lapidei. quibus aqua saliens ex siphunculis concupitur. Vide Budeum in legem iam citatam.

LAC dicitur fructus industrialis secundum Bar. in lex diuerso, in repetitio. ff. de rei uen. & idem dicit de mala. ibi.

LANIO onis est macellarius, uel beccarius, a laniando sic dictus, quia dilaniat & dilacerat animalia & per frustra carnes incidit & uendit,

dit, uel est ille qui lanam separat a coriis bestiarum & exuit siue excoriat bestias & sic dicitur a lanificio secundum glo.in l.cum delanionis.ff.de fun.instru.legat.

LATA culpa non est intelligere quod omnes bene intelligunt, non facere quod omnes faciunt, uel maior pars uel id facere quod nulli uel pauci faciunt.ff. de uerbor. significatio.l. late.

LATOMIE apud antiquos locus dicebatur ubi lapides cedebantur Liuius in 11.belli punici.Comprahensa postea priuata ædificia, comprehense latomie, & meminit Callistratus in l.succurritur.ff. ex quib. cau. maio.licet in uulgaris cod.latumiis mendose est scriptum.

IMO uero recte scriptum puto. Vide Bal.in annotationibus ad pādectas, ad l.iam citatam.

LATITARE est malitiose occultare animo fraudandi creditores suos agere uolentes. ff.qui. ex cau. in pos. ea.l.fulcinius.§.quid sit latitare, & habetur in glo. c.consultationibus 2.de offi.deleg.

LATINI sunt uel dicebantur olim quidam qui ita erant a dominis manumissi ut essent in uita liberi, & gauderent plenaria libertate in bonis suis sed in morte serui erāt,quare post obitum eorum non poterant succedere parentibus & bona eorum tanquam seruorum ad dominos deuoluebantur, & hæredes eorum nihil post mortem eorum consequebantur. Sed contrarium habent conditionem dedititii, ut supra dictum est in litera D.&in desuetudinem abierunt, quia pessima conditio erant,ut inst.de liber.uersus. Vita latini gaudent dedititii morte.

LATRO dicitur qui per uim & de die furatur.in auth. sed nouo.C.de ser. fugit. & differt a fure, quia fur est qui clam aufert secundum Bar. ibidem. Item latro est qui de die, fur uero qui de nocte. l.congruit. ff.de of.præsi. Itē latro dicitur qui maxime est perfidie. l.in omnibus C. de emen.seru.& uide.aut.ut nulli iud. §.pe.& l.capitalium. ff.de pe.

LATRO publicus est ille qui palam, & publice furatur ut sunt pirate, uel qui publice stant in stratis, uel isti qui habentes arcem, & castrum disrobant homines transeuntes.Nocturnus uero depopulator agrorum dicitur qui obsidet stratam publicum disrobando transeuntes, & differt a publico latrone quia iste clandestine furatur & moratur in loco, unde dicitur nocturnus depopulator agrorum quia in nocte segetes destruit dum ibi se abscondit. lacet & iacet.Pan.in c.inter alia. in ult.not.de immu.eccle.

LAEGVS est medius inter prodigum & auarū.glo.& ibi doc.in c. ex parte de consuetudine.

LARVE sunt deformationes hominū propter appositionem coloris.

LAVDVs est sententia arbitri. Et laudare est sententiam arbitralem ferre.

ITEM laudare debet arbitrer in loco ubi compromissum est factum, alias non ualet laudum. l. si cum dies.§. si arbiter.ff.de arbitris. Sed quomodo locus accipiatur, dicit Ludouicus de Roma. quod pro ciuitate, & allegat Specula. singulariter in titu.de arbi. uer.item quæritur astricte.&c. §.sequitur. Item laudum arbitrorum non potest rescindi prætextu instrumentorum de nouo repertorum, si equiparas arbitramentum transactioni.Si autem uis equiparare reductioni appellationis, tunc posses sicut in appellatione, in qua non probatum

probabo, dicit Federi. de senis in consi.suo,238. quod incipit Petrus testatur.

LAXAMENTVM uocat lex iudicias duorum mensium qui dantur tutoribus ad pecunias collocandas. in authenti. ut hi qui obliga. se habe. prahibent res mino. §. quoniam autem uidemus.

LAICVS est secularis & de populo, & qui non habet sacros ordines c. duo sunt 22.quæst.2.gloss.in c.1.de prcou.in 6. & dicitur a laos græce quod est populus latine c. duo. 11.q.1.

LAICVS potest excommunicare, & esse commissarius in causa spiritua li ex permissu Papę, sed ea quæ com petunt soli sacerdoti, ut est confe ctio eucharistiæ non potest Papa cō mittere laico. Panor.in c.consultationibus uersicu.4.dubitatur. de cle ri.agro.

## DE L ANTE E.

LEVIS culpa ut in. §. præterea quibus mod.re contra obl.inst.

LEVISSIMA culpa, est non præuidere. quod sapientissimus præuidisset. ut posui rem in capsa & claue clausi, & credebam esse clausam, claue amota non probans an essent clausa. Et similiter de leui depositarius non obligatur, si res deposita perditur nisi partes si conuenerunt. Sed de lata culpa semper tenebitur. Et etiam est lata culpa nescire iura ciuilia l.leges. C. de legibus, ubi casus ad literam, quia omnes debent scire iura ciuilia. Non ergo excusatur dicens, nesciebam ꝙ lex prohibebat. Etiam in maleficiis ignorantia crassissima, & negligentia maxima lata culpa est, quæ dolo comparatur. Sed casus fortuitus est inopinate rei euentus, qui nullo homine remedio præuideri potest, ut C. de pigno. actio. quæ fortuitis & institu.eodem titulo. §. item is cui. uide supra culpa.

LEGATVS est ille cui certa patria, uel prouintia committitur gubernāda, ut in c. nouit.de app. Potest et dici legatus quicunq. ab aliquo ad aliquos est missus.

ALITER legatos dicimus eosdem quos aduocatos uel patronos causarū qui in forēsibus negotiis præminentibus litigantibus suum præbent patrocinium. Et nota ꝙ sunt tria genera legatorum. Quidam de latere domini Papæ mittuntur, ut cardinales, quod appellant fratres. Et tales possunt absoluere homines sue & alterius prouincie & extra & equiparantur pro consulibus. Alii sunt non de latere, sed datiui, & illi simpliciter in legationem mittuntur, ut prælati quæ tantum absoluunt prouinciales & in prouincia, non extra constitutos, & equiparantur præsidibus prouinciarum. Cæteri sunt natiui. qui suarum ecclesiarum prætextu legatione funguntur, ut archiepiscopus Cantuariensis, de quo in cap. 1. de offic. delega. lib. 6. Et tales sunt quatuor scilicet archiepiscopus Eboracensis Cantuariensis, Remensis, & Pisanus, ut no.in allegat.c. 1. eod.tit. lib.6. Et legatus per literas de sua legatione fidem facere debet si exigatur, ut C. de man. prin. l. unica eius uice fungitur, a quo destinatur, & uicem alterius gerit quare honorandus est, sicut ille qui uicem gerit. 89.distinct. ca.ult. ubi dicitur ꝙ diaconus non debet sedere ante præsbiterum nisi locum habuerit sui Patriarchæ, tunc cum sicut illius locum tenens honorabitur ut

94.di-

94.distinct. capit.i.Item legatus generalis, potest cognoscere per simplicem querelam, per appellationem, de causis subditorum suffraganeorum suorum, ut nota. in glo.causæ illorum.c.1.eod.titu. Et legatus a latere conferre potest ecclesias uacantes, si est cardinalis, alias non, ut not.in c.2.eo. titu. lib. 6.

LEGATVS proconsulis est cui proconsul postquam prouinciam est ingressus, mandat iurisdictionem determinatam & asignatam, ut quandoq.intere moram necessariam passus trahens, ut in l.aliquando.ff.de offi.procon.& leg.

LEGATVM est donatio quædam in testō a testatore relicta inst.de leg. §. 1. & ff. de leg.1.l.legatum, uel est deliberatio hæreditatis, quia testator ex eo ꝙ uniuersum hæredis foret alicui quid collatum ne sit esse in l.legatum.ff. de le.1.& relinquitur legatum, non ut hæredi sed cui placet, ut dicendo, hoc illi do, lego, uel relinquo, idest dandum despondo. Vigebat āt legatum olim pluribus modis. Quādoque per uendicationem, his uerbis. Ille ammodo uendicat a me illam rem sibi, ut dicat suam esse, & petat ut suam. Quandoque per donationem his uerbis. Hæres meus damnatus esto.i.obligatus esto, hoc illi dare. Quandoque secundum quosdam legatur per condemnationem, quando a testatore aliquid relinquitur in pœnam & in damnum hæredis hoc modo. Si hæres meus titiam duxerit in uxorem, in damnum suum, & pœnam centum ei lego. Quandoque uigebat legatum per uerbum sinendi. his uerbis. Sino illi hanc rem.i. permitto illum habere. Si uero res apud illum esset aptus esset hic modus legandi, ut sineret cum habere quod apud eum tunc esset. Quandoque per præceptionem, scilicet cum duos, uel plures hæredes instituit, & alteri eorum prælegauerit aliquid, ad hoc ut id præciperet.i.præ aliis, seu ante alios haberet. Et no. quod legatum regulariter trahitur ad hæredes. Et fideicommissum fere idem est, quod legatum, sed est dictum fideicommissum, id eo quia olim pēdebat ex fide hæredum, sed modo quod iuris est in uno. idem est & in alio.

LEGATARIVS est cui aliquid legatum est, & qui legatum accipit. Et talis potest esse testis in testamento ut inst. de test. ordi.§.legatariis. Sic etiam fideicommissarius ut ibi dicitur.

LAGARE, est ultimam uoluntatem testatoris de singulis rebus disponere.& legatum ab hærede præstandam alicui relinquere. Etiam legare alia significatione est mittere, & sic inde dicitur legatus, id est, missus, sed cum significat relinquere, uenit inde legatum. Et legare omnes possunt qui testamentum facere possunt, & legare possunt omnibus illis, quos possunt hæredes instituere. Item legari potest res testatoris & hæredis, & etiam res extraneæ personæ, & sic quando testator sciebat rem alienam esse, tunc debet hæres rem illam emere a domino, & tradere legatarios, & si dominus uendere uoluerit, debet hæres legatarios tradere æstimationem. Item possunt legari fructus futuri, item iura actiones & seruitutes, sed non res quæ non est in rerum natura, ut hypocentaurus, & ea de quibus non est commercium, ut forū Romanum, basilice uel templa, & quæ publico usui destinata sunt. Item potest legatum

gatum relinqui quibuscunque uerbis, aptis tamen & ideneis, ut si dicat testator lego dari iubeo, impero, mando, præcipio, & sic de aliis. Item relinqui potest legatum pure, in diem & sub conditione. Et potest testator huiusmodi legatis apponere conditionē quam uoluerit, quia hæredis institutio est caput & fundamentum testamenti. Et quia sine hæredum institutione non ualet testamentum, ideo multum interest tabellionis de hærede considerare & inquirere, secundo de hæreditatis diuisione, tertio qui possunt & debent institui, quarto quo modo & qualiter fiat hæredum institutio.

LEGITIME partes hæredum. his uersibus continentur. Quatuor aut intra damnatis iura triennem. Semissem uero damnatis quinq. uel ultra Arbitrium sequitur substantia cætera patris. Quarta tibi satis est si extraneus hæres. Tunc tabellaris cum reddete cūcta rogaris. Tunc de falcaris cum per legata grauaris. De istis partibus uide glo. in c. raynutius. de testa.

LEGITIMVM dicitur sex modis. Primo quod non est prohibitū & sic p abnegationem ꝓhibiti. ut succesfio de legitima. Secundo strictius quicquid est permissum, non est per abnegationem prohibiti, sed per positionem liciti. Tertio in positiuo digniori, scilicet a iure ciuili concessium, capiendo ius ciuile largissime pro prætorio & omnibus partibus iuris ciuilis. Quarto concessum a iure ciuili, restringendo ut non comprehendat prætorium, sed omnes alias partes. i. senatusconsulta, principium placita, & responsa prudentium. Quinto ad huc plus restringendo iūs ciuile solum pro l. 12. tabu. Sexto maxime restringendo solum pro lege 12. tab. exclusis responsis pendentium. & dictis prætorum. ita notatur in l. unica. C. quando non pet. par. pe. accref. hæc Cato. saccus.

LEGVLVS. i. collector. C. de muri legu lis, super rub. lib. 11. l. si cuius §. inde quæsitum. ff. de usufr.

LENO est qui pretium pro comperto stupro accipit, uel damnatam de adulterio ducit, uel qui eam adulterio subiicit, uel adulterum se facit uel quæstum de adulterio, uxoris accipit. uel mancipia quæstuaria habet scilicet qui tabernæ uel alicui negotiationi præponit, meretrices ut plus lucretur. (& hic est infamis) uel qui uxorem depræhensam in adulterio, in matrimonio retinet ut C. ad leg. iul. de adulter. l. crimen. lenocinii. & gloss. de multis modis lenocinii concordantie allegantur. C. de spect. & scenino, & lenoni l. 1. §. lenones & l. 2. & 3. lib. 9.

LENOCINIVM facere non minus est quam corpore suo quæstū facere. l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nupt. & de crimine lenocini not. in l. athletas. §. ait prætor ff. de his qui not. infa. & l. 2. §. lenocinii. ff. de adult. & uide aut. de lenoci. per totum ubi prohibendo lenocinium tangit multas fraudes lenum.

LEVITA hæbraicum, latine diaconus. c. cleros. 21. dist.

LEO est bestia nec continetur appellatione pecoris. l. 2. ad. l. aquiliam. & l. hi enim. ff. de edi. edi.

LETAMEN est sterquilinum a letando dictum, quia letas facit segetes.

LETALE est idem quod mortiferum, unde dr̄ de aliquo uulnerato ad mortē ꝙ letale uulnus habet & uenit a letū, idest mors, unde Bo-

leti

leti leti causa fuere mesi.

LEX est constitutio populi qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt, secundum Isi. lib. 5.& dist.1.c.lex est. Et dicit glo. ꝙ olim populus statuit leges sed hodie transtulit hanc potestatem in Imperatorem, insti. de iu. na. gen. & ci.§. sed quod principi. Vel aliter, Lex est species iuris & ponitur quandoque stricte, scilicet pro eo quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante uelut consule constituebat. institu. de iur.nat.gent. & ciui. §. constat autem. Nam consul, est qui senator erat, & populum consulebat, an eis placeret ita statui, & populus respondebat ita. Et etiam sic diffinitur.

LEX est commune praeceptum uirorum prudentum consultatio. delictorum quae sponte uel ignoranter contrahuntur, coerctio communis reipublicae sponsio.ff. de leg. 1. Quandoq. ponitur large pro omni rationabili statuto. Vnde etiam dicitur.

LEX est sanctio sancta iubēs honesta prohibēs cōtraria.quae sumitur ex lege graeca,ff.de leg. & senatusc.

LEX etiam quandoque dicitur consuetudo.i.q. 1.c. 2. Quandoque ratio.i.dist. consuet. Quandoque ius scriptum, siue constitutio quicunque Quandoq. constitutio ciuilis tantum.Et qualis debeat esse lex, habetur in c. erit.3. di.ubi dicitur. Erit autem lex honesta,iusta, possibilis secundum naturam & patrie consuetudinem, loco, tempori que cōueniens, necessaria, utilis, & manifesta, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat. Et ibidē in c. seq. §. leges dicitur qđ non est iudicādum de legibus, sed secundum ipsas instituūtur autem leges cum promulgantur, & firmantur cum moribus utentium comprobantur. Nam lege non tota perspecta, inciuile est iudicare uel respondere. ff. de leg. l. in ciuile. Et leges ipsae canones sacros imitantur. in auth.de eccl. tit.§. 1. col.9.c.1. de iur. cal. & c. 1. de no. ope. nunt. ubi subditur. Sacrorum statuta canonum principum constitutionibus adiuuantur. & sic econuerso in materia ciuili ius canoni cum cedit & imitatur. Lex alia priuata, alia publica. Lex publica est quae sanctis patribus scripturis est confirmata, ut lex canonū. Lex priuata est quae ex instinctu spiritussancti in cordibus fidelium est scripta,scilicet charitatis quae dignior est ei prima 19. quaestione.2.duae sunt.

LEGVM authores seu inuentores ponuntur dist.2.c. Moyses, & capit. fuerunt usque in fi. dist. eiusdē ubi dicitur Moyses gēti hebraee prius omnium diuinis leges sacris literis explicauit. Phoroneus rex primus grecis leges iudiciaq. constituit. Mercurius trimegestus primus egyptiis leges tradidit, & dicit gl.ꝙ trimegestus dictus est propter tres potentias eloquentiā, sciētiā, & uirtutē. Solon primus leges Atheniensib. edidit. Licurgus primus lacedemoniis iura legum ex apollinis autoritate confinxit, Numa Pōpilius qui Romulo successit in regno primus leges Romanis edidit, deinde cum populus seditiosus magistratus ferre non posset, decemuiros legib. scribendis creauit, qui leges ex libris Solonis de graeco in latinum sermonē translatas, duodecim tabulis exposuerūt. Fuerunt aūt hi decem uiri. Appius claudius, Titus Genocius, Publius sestus, Lucius Veturius

turius, Caius Iulius, Aulus Mālius Sulpitius, Publius Curiatius, Titus Romulus, Spurius posthumus. Hi decem sunt electi ad scribendas leges secundum Isido. lib. 5. ety. Leges autem in libris primus consul Pompeius redigere uoluit, sed non perseuerauit, obtrectatorum motu. deinde Cesar, id est Iulius edi cepit idem facere, sed ante interfectus est. Paulatim autē antique leges uetustate atque incuria aboleuerunt, quarum & si iam nullus usus, sit notitia tamen necessaria uidetur secundum Isidor. lib. 5. ety. c. & 2. distin. 2. ubi glo. dicit causam quare notitia illarum legum est necessaria, & est ut sciatur causa quare tollantur. C. de caduc. tollen. l. unica quia papa arguit etiam ab abrogatio iure, c. nouit. de iud. Vel ideo notitia talium est necessaria ut reprobentur maledicta. 37. distinc. legimus qui de mensa.

LEGES noue, & legum codices & a quibus ceperunt, habetur in ca. fuerunt, præalleg. dum dicit Isido. ubi supra. Noue autem leges a Cōstantino Cesare ceperunt & reliquis succedentibus, erantque permixte & inordinate. Postea uero Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus suo proprio cuiusque imperatoris titulo dispoluit, quem librū a suo nomine Theodosianum uocauit.

LEGES quibus nos utimur quomodo fuerunt facte, require. ff. & institu. de exhæred. lib. per totum, & in multis passibus. Nam ut dicitur, distinctio, 2. c. quædam. Leges quædam dicuntur ab his qui eas condiderunt, ut consulares, tribunitie, Iulie, aquilie, cornelie, & præcipue lex pompeia, lex papia, a papio alias papiniana, a papiniano. Lex falcidia, & complures alie, de quibus infra. Quædam etiā dicuntur a locis, ut lex Rhodia & consimiles.

LEX aquilia loquitur in eo casu, quis culpa sua alicui damnum dederit, ueluti equum, seruam uel aliud animal occiderit, uel uulnerauit, seu uestem suam sciderit, aut illius rebus damnum dederit, & in hac l. uenit culpa leuissima, ut si quis ex alio se præcipitauerit & super alium ceciderit tenetur lege aquilia. Casus uero etiam occidentem excusat, institu. de leg. aqui. §. iniuria. Et si putator ramū deiecerit, & non proclamauerit, & sic aliquem occiderit, tenetur ea leg. sed non tenetur l. Cornelia. de siccar. in qua uenit tantum dolus. ff. ad legem aquil. & ad leg. Corne. de siccar. Require supra Actio legis aquilie.

LEX commissoria proprie non est lex neque senatusconsultum, sed potius pactum, & habet locum cū uenditor conuenit cum emptore ut si intra certum diem non fuerit solutum pretium totum, uel pars, cum de pretio per partē certis diebus soluendo conuenit ut in tali die uel tempore sit res inempta uel inuedita si dictum sit ut reddeat possesio uel dominium ad uenditorem. Tale autem pactū non habet locum in pignoribus, sed in emptionibus ut ff. de leg. cō miss. l. ult. & l. si fundus. Et ꝙ res dicitur inempta, ita accipitur si uē ditor inemptam esse ueluti, cuius causa id cauetur alias fraudaretur uenditor, si ex ista ulla in potestate emptoris esset, non dando pecunia, pecuniam ineptum facere

re fundum,tex.est in l.2.ff.eo. ti.

LEX cornelia de falsis pœnam irrogat his qui falsum testimonium dixerunt, uel falsum testamẽtum, uel aliud quodlibet testamentum scripserunt, aut sigillauerunt, aut alias falsum commiserunt puta in moneta uel mensura. Et est dicta lex cornelia a Cornelio scilla primo inuentore. Dicitur etiam testamentaria, & eius pœnam seruos est ultimum supplicium, in liberos uero deportatio. institu. de publi. iudi. §. item lex cornelia de falsis.

LEX cornelia de sicca.loquitur de his qui dolo malo interficiunt scilicet telo uel iactu fulcire, & huiusmodi. Vel etiã dicitur lex cornelia de beneficiis, a ueneno, puta quando quis alium interfecit ueneno. aut magis lensuris uel incantationibus, uel qui mala medicamenta publice uendidit. Et dicitur desi catus, a sica acuta uel cultello, eo, quod significat seruũ uel cultum ut inst.de pub. iud.§.siccarii autem unde dicit gloss. ibi, quod sicca est cultellus utrinque scindens quem portant peregrini quandoque in baculo quoddam, ita quod non patet unde uersus.Et sica mucro latens, sicarius, inde uocatur.

LEX duodecim tabularum fuit origo totius iuris ciuilis, secundum glo.instit.de iure natu.gen. & ciui. §. ex non scripto. in uer. origo. ff. de orig.in l. 2. §. 1. Et di. lex scripta in 12. tabulis, quarum decem a ciuitatibus Athenientium & Lacedemoniorum, a decemuiris fuerunt alia re & due ad allatam declarationem per eosdem decemuiros postea audite, ut dicit gloss. in uer.decẽuiros. §. deinde c. Moyses dis.7.Dũ. n. leges propter discordiam plebeorum cum nobilibus fere p 30.ann.in desuetudinem abiissent,creati sunt decẽuiri, qui transtuleruut leges grecorum in latinum,& eas in decem tabulis ebur neis scripserunt. Et his decemuiri postea uidentes in illis decem tabulis multas leges deesse accepta potestate corrigendi diminuendi interpretandi addendi & supplendi, duas alias tabulas addiderũt, & exinde dicta est lex duodecim tabularum. Postea cum prædicti uiri sibi magistratum usurparent a populo sunt creati, & sio consules facti qui senatusconsulta composuere.Postea prætores cõstituti sunt qui electa prætorum fecerũt. Et lex duodecim tabul.sic dicitur, & hoc nomẽ olim accepit cum romani intra pœnes se non haberent sed essent pœnes græcos.Ipsi .n. leges scriptas desiderantes a græcis miserũt nuncios,ad græcos, q sup plicarent eis iura traderent, quod græci Romanis tenuerunt, sed miserunt & suis sapientẽ quendã, ut exploraret an digni essent Romani leg.q cum Roma uenisset Romani excogitantes qd fieri poterat quendam stultũ ad disputandũ cũ græco posuerunt ut si pderet,derisio esset. Græcus natu disputare incepit, & leuauit digitum unum significans ꝙ unus esset deus. Scultus credens ꝙ uellet eũ non oculo cecare,duos eleuauit digitos. s. indicẽ & mediũ( q ẽt ad iuramentũ necessarium leuatur) & cum eis etiã pollicem (sicut naturaliter euenit) quasi grecũ cecare uellet utroque oculo Græcus autẽ credidit quod trinitatem ostenderet. Iterum ergo grecus apertam manum extendit, ut ostendere omnia nuda & aperta esse deo. Stultus,autẽ timẽs alapam seu maxillatam sibi dari pugnum clausum quasi repercussurus leuauit Grecus intellexit ꝙ deus omnis

omnia clauderet parma. Et sic credens Romanos dignos legibus, abiit,& decemuiris discretis a Romani electis, quos greci dignos legibus indicauerunt leges cōdi. fecit. Et sic greci tradiderunt ipsis 10.tabulas eburneas, quibus continebatur tam ius scriptum quod in ciuitate athenarum frequentabat quam non scriptum, quod in altera ciuitate scilicet Lacedemoniorum erat in usu. Postquam uero isti decemuiri fuerunt sic cū decem tabulis reuersi, ab ipso populo Romano habuerunt potestatem super illas decem tabulas examinandi, addendi &c. ut supra de hoc in gl. l.1.ff.de ori.iur.

LEX falci.dist.2.quædam in fi.prohibet ne quis in testamento plus extraneis legare possit quam ut quarta pars sit hæredibus data. Dicit autem falcidia a falcidio tribuno auctore,uel secundum Azo. dicta est a fabri falce. i. a diminutione quam imponit singularib. relictis, resecat. n. de legatis ut falce resecātes segetes. Nam olim licuit cuilibet totam hæreditatem suam alteri relinquere sed postea Falcidius statuit quod quarta pars hæreditas deberet relinqui hæredibus legitimis &c. ut supra De F. Triplex autem est falcidia, una debita iure nature, alia iure institutionis,tertia dicitur quarta trebelliani quæ competit hæredi instituto qui rogatus est hæreditatem aliis restituere dist.2. respōsa de testa. c. raynutius,& c.raynaldus.

LEX flauia de plagiariis eos prosequitur qui liberos aut seruos uel filios alienos ab urbe uel de una prouincia ad aliam subducunt & eos uendunt fraudulenter inscijs dominis & patribus ut ff. ad leg. fal.de pla l. n. & l. lege, & l. eum.

SVNT q. malunt legere, lex fannia de plagiariis. Sunt q. legant flauia. Tu uide catellianum cottā in dictione plane plagiarii nomine.

LEX fusia(alias fusia uel fusfia) canina non permittebat in testamento manumissio fieri usque ad certum modum uel numerum seruorum,licet inter uiuos sit, sed hodie ista sublata est, & multomagis hoc liceret in ultima uoluntate. Et dicitur canina fortes quoddam inducta quis canis uocabatur. Nā canis naturam seruabat, qui stat in palea, quam nec sibi habere potest,nec alii fauet, ut sit consonans rei nomen institu.de dona.§. est & aliud. Talis ergo moriebatur tanquam canis, quia non poterat tenere seruos,nec libertatem patiebatur eis dari. instit. de le. fusi. cani. tol. in glo.1.

LEX heliescentia deditiorum est de latina libertate, de institu. qui & quibus mo.manu. non pos. §. eadem lege eliescentia, ubi dicit quod domino minori 20. ann. non aliter manumittere permittitur quam uindicta (idest uirga prætoris)apud consilium( idest apud locum consilii super hoc) iusta causa manumissionis approbata fuerint manumissi, ut ibidem text. inquit.

LEX Iulia de adulteriis & stupro persequitur adulteros, si eos, qui siue uirgines, uiduas, aut honestas aut honeste uiuentes corrumpunt aut uiolant. Et non solum temeratores aliarum nuptiarum gladio punit, sed etiam eos, qui cum masculis nephandam libidinem exercere audent, siue non ferentur, institu. de publi.iudic. §. item lex. Iul. de adul. & ibi per totum de legibus hic positis, quia publica iudicia sunt.

LEX

LEX Iulia de ambitu punit eos qui per ambitum seu ambitiosem mu neribus datis ad honores seu ad officia publica accedunt seu succedunt, de quo instit. de publ. iudi. §. sunt præterea. in gloss. & in l. 1. ff. ad l. iul. de ambitu.

LEX iulia lese maiestatis eos punit qui in principem aut in remp. aliquid committunt & machinatur. Et est contra tales statuta pœna capitalis. Item q usque ad quartã progeniem non succedunt nati ab eis nisi per principem dispensetur eum eis, & sic pœna eius anime amissionẽ sustinet, ut C. ad l. iuliam. maie. §. publica autem.

LEX iulia repetundarum loquitur de his plectendis quo tempore ad ministrationis aliquid acceperint ut iudicarẽt uel non iudicarent, uel aliquem in uincula conicerent uel non. Ad hoc enim competit ut datum reseruetur, & q alter puniatur. Vltra hoc etiam competit contra eosdem illis qui ipsis aliquam uiolentiam passi sunt, ut si coactus fuerit quis a talib. uendere rem suam minori pretio quam ualebat, & in similibus casibus. ff. ad leg. iul. repe. l. 1. 3. 4. & 5.

LEX iulia de residuis punit eos qui officium publicum ad administrationem habuerunt, & tempore ad ministrationis seu publicam pecuniam quem accederunt in quodcũque negotium erogandam, retinuerunt, & non erogauerunt, uel qui rempublicam quam acceperunt tradendam in communi erario, non reposuerunt ibidem, sed pænes se furtiue & dolose retinuerunt, ut ff. ad leg. Iuliam. pecul. l. 2. & l. 4. § lege.

LEX Iulia de ui publica punit eos qui uim cum armis fecerunt uel intulerunt, & est pœna deportatio nis, ut instit. de publi. iudi. §. item lex iulia.

LEX iulia de ui priuata punit eos qui sine armis uim inferunt publicatione tertie partis bonorum. si autem ui raptus uirginis uidue uel sanctimonialis aut alias fiat faciẽtes & operam flagitio dantes pœna puniuntur, institu. de publi. iudi. §. item lex iul. de ut priua.

LEX iulia norbana loquitur, de latina liber. ut insti. de li. §. libertinorum autem.

LEX iulia de annona competitur contra illum qui facit uel procurat annonam fieri cariorem, quia in hoc leditur respublica. ut ff. ad. l. iul. de anno. l. 2.

LEX iulia peculatus competit contra illos qui pecuniam uel rempubli. uel sacram uel religiosam furantur, puniuntur autem, ut 2. insti. de pub. iu. §. lex. iul.

LEX iulia miscella (alias uiscella) habet locum quando maritus relinquit uxori in testamẽto aliquid sub certa conditione si alteri non nupserit. Et conditione non seruata non tenetur hæres relictum per istã legem. Et qualem faciat cautionem, uide in auth. cui relictum. C. de indict. uidu. tol. & de l. iul. misce. tol. l. ibidem.

LEX hortensia lata. i. facta. & a rege nomen sortita est, qui eam statuit & fecit, quæ concordauit inter plebem, & populum & principem qua constituitur ut non minus aut plus ualeat plebi scita quam lex populi, de quo instit. de iur. na. gen. & ci. §. sed & plebiscita.

LEX papia patrum continet premia pro suscipiendis liberis, & dicitur a papio authore alias papiniana, a papiniano authore uide de hoc inst per quas perso. no. ius acqui. in §. sanctitum etenim.

LEX

**LEX** Pompeia da parricid.( alias par ricidiis ) punit eos quo patri aut matri aut auo, aut proauo,aut alteri de consanguineis, aut parentibus suis mortem infligunt, Et statuit illa lex pœnam acerrimam ꝙ tales inculeo.i. corio bulliro consumantur, in quo ponatur uipera cũ simia, cane, & gallo gallinaceo & in mari uicino sic proiiciantur uel in flumine propinquo si mare nimis remorum fuerit. De his omnibus.no.instit. de pub.iudi.§.alia deinde. Lex populi antone matice dicitur lex per eccellentiam.

**LEX** publiciana dicta est a publiciano prætore authore. Require supra Actio publiciana.

**LEX** rhodia de iact. subuenit his quorum merces causa communis periculi euitandi eiectæ sunt, & propter iactum nauis salua facta est, Quibus datur actio contra magistrum nauis uel eos quorũ merces sunt salue, Et dicitur rhodia ab in sula rhodo alias rhodosis in qua antiquitus plurium fuit usus mercatorum, & dicit glo. hæc iniquissima est, scilicet pro patientibus naufragium, omnia auferant inhabitatores, ut l.modestinus.ff.eo.ti. hodie autem excommunicati hac lege utentes, ut distin.2. quidam, & sequen.

**LEX** satyra est quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta sic a copia rerum, & quasi a saturitate.Vnde & satyra scribere est poemata uaria condere, ut Horatii,Iuuenalis. Persii &c. dist. 2.c. satyra.Et secundum Isid. lib.5. de qna.C.de la.li.tol.l.unica,in princ.

**LEX** attilia loquitur de commissione tutele in prouinciis præsidibus eorum. Rome prætori urbano & maiori parti tribunorum plebis de quo uide isti. de attilie.tu.ꝑ to.

**LEX** uicellia loquitur de liberto appetente ea quæ ingenuis tantum competunt,priua.honores & dignitates asserendo se ingenuũ esse ff.de qu.ff. de testa.ho.l. ingenuum.

**LEX** uiarum dicitur solitaria per excellentiam.

**LEX** municipalis dicitur quam aliqua ciuitas constituit sibi,& est ius ciuile inst.de iur.natu. gen.& ciui.§. 1. in tex. & glo.

**LEX** canonica appellatur diuina.cap. nimis,de iur.iur.cap.1.de ius. cal.& lex ciuilis dicitur ex humana cap. 1. de præscri. l. 6.potest tamen ius canonicum etiam dici lex humana, quia sunt in eo multa ab hominibus statuta, licet respectu aliorum iurium ciuilium dicatur lex diuina. Similiter lex ciuil. potest dici diuina aliqui respectu, imo sacra dicitur, & per ipsam quis religiosus efficitur. ut C. de legi. constit.l.leges. Quare Imper. dicitur religiosissimus in proe.institu.uide cap.quo iure,di.8.& l.fi. C de presc. lon.temp.& Archid.in uersi.humane.c.fi. de præscri. libr. 6. ubi dicitur quod leges diuinitus pro ora principum sunt promulgare. 16.q. 3. nemo.11.q.3.Imperatores. Et aliquando uocantur leg. public. 3. q.5.c. de accusationibus. Aliquando leges exterorum, uel leges seculi.ut ibidem. Sed canonice diuine dicuntur,3.q.5.quia suspecti. & canonibus & legibus quælibet studere deberet, quia permittitur quenquam in eis peritum in paupertate uiuere, uel anxietate mori ut inquit Iuriscon. in auct.de hær. & fal.§.fi. col. 1. & in proe. ff. ubi dicit tex.legum oratores nitissi.efficiantur.§. nos uero. & glo.in uers. ditissi. ponit uersus. Dat galineus opes & sanctio inst. Ex aliis paleas, ut supra de A.in dictione a.s.

LEG IVS

LEGIVS. Require supra homogium legum.

DE L ANTE I.

LIBELLVS pluribus modis accipitur, ut no. Spe. in trac. libellorum. Quandoque enim dicitur paruus liber codicillus, uel schedula in qua actor causam & actionem ex primit, & est duplex. Quidam est accusationis, & ille criminalibus locum habet. Et quidam conuentionis, & ille in ciuilibus, ut est glo. unic. in prin. c. 1. de libel. ob. Et debent plura contineri in libello, ut in his uersibus continetur. Quis, quid coram quo, quo iure petatur, & a quo. Recte compositus quisq. libellus habet. Nam libellus conuentionis debet continere nomen actoris scilicet quis sit qui conueniat. Et quid uetatur. Item quae petitur & nomen iudicis, scilicet coram quo agitur & ius quo res petitur, sic causam petendi. Et nomen rei. s. a quo res petitur, etiam tempus & diem in quo libellus datur. Sed in libello accusationis cōtineri debent nomen accusatoris, nomen rei & iudicis, & crimen de quo agitur, & quandoque persona cum qua crimen dicitur commissum & locus in quo, & dies accusationis coram iudice, & mensis in quo crimen est commissum, sed diem & horam ibi ponere non est necesse, secundum Gof. quandoque & secundum ponitur pro pane azymo seu sub cynericio. ut C. de epi. au. l. iudices ubi tex. inquit ꝙ incarceratis debet uictualis substantia ministrari uel tradi libellis duobus aut tribus diurnis. Et dicit ibi glo. 1. panib. a libet ibi, uel a liba libe, quod est panis albus uel subcinericius, & sic libellus diminutiuum est, unde dicitur. Pueri noluit libum a sacerdote accipere, in auchoritate ibi allega. Quandoq; & tertio capitur pro precibus principis oblatis. C. quando libel. prin. obl. lit. cont. fa. Quarto pro iudice deleg. de offi. cōsu. l. ne quisquam. Quinto pro scriptura demandatoris. Sexto proscriptura recusationis. Septimo pro scriptura quā uir dat uxori quam repudiat & ille dicitur libellus repudii. Octauo pro scriptura appellationis. ff. de appel. l. 1. Nono pro scriptura quā iudex dat appellanti. s. pro apostolo de appel. c. cordi. lib. 6. Decimo pro scriptura infamatoria quae dicitur libellus famosus, quam nullus scribere debet, nec dictare sub pœna capitis secundum leges. Proprie tamen libellus est scriptura agentis quaestionem continens, & facturam actionem depromens. & dicit Cy. quod est breuis scriptura intentionem actoris acusatoris contra reum clare depromens. Et sic libellus non debet esse uerbosus, uel utens superfluis nec obscuris, uel alternatiuus, quia alternatiua ponit obscuritatem, ut not. in glo. in l. si rem, ff. de rei uendi. est tamen libellus incertus admittendus ubi incertitudo prouenit ex facto aduersarii iuxta not. in c. significantibus. de libel. obla. Et ꝙ quandoque libellus alternatiuus admittatur no. ibidem, uidelicet de consuetudine, nunquam tamen de rigore iuris. insti. de act. §. sunt & alii. alias. §. sed iste quidem. & ea quae sunt cōsuetudinis obseruātur. ff. de edil. edict. l. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem. & melius eo titu. ꝙ si nolit. §. qui mancipia. & glo. in c. abbate sane de iudi. lib. 5. in gl. in uer. domini uel quasi quae est elegantissima & aurea dicenda. Vel sic. Libellus est breuis membrana actoris petitionem complecti-

pletes. Dicitur autem libellus a libro diminutiue propter sui breuitatem sicut codicillus codice secũ dum Spe. in ti. de li.conce.in prin. uel dicitur libra. i. iustitia unde iudex debet stateram equalance ministrare.45. dist. omnia.24.q.1. offeramus, & c. abbare sane.de re iudi. l.6.§. præfatus ergo. & c.1. eod.tit.lib.6.

LIBELLVS repudii. Require Repudium.

LIBERALIS causa est quando principaliter mota quæstione ab aliquo dicitur aliquis se alius suus seruus esse ipse uero contendit se esse liberum. Si uero confiteatur se esse seruum nõ actoris, sed alterius non est causa liberalis, sed causa dominii & causa hic ponitur pro iudicio.

LIBERI sunt qui ex ingenuis nascuntur, fiunt autem liberi qui manu mittuntur, Et dicuntur a libertate & sunt filii & filię, et cæteri oẽs in recta linea descendentes usq.a l tri nepotes, & ulterius dicuntur inferiores seu posteriores. Similiter parentes dñr oẽs ascendentes per paternam seu maternã cognatione nobis coniuncti usq. ad tritauũ & ulterius dicuntur superiores seu maiores. Appellatione ergo liberorum intelliguntur nepotes ex filiis & aliis descendentibus. ff. de uerb.sig.l. liberorum & hæc ex masculis. Sed appellatione filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes. insti. qui da.tut.poss.in fi. & est glos. super uerbo. liberi.in clem.unica.de baptismate. facit gl. in c præsentia.de probat.

LIBERA, hæc dictio significat ꝙ possit fieri libere quod mandatur, non tamen significat ultra mandatum generale & sic nõ uiderentur concessa quæ requirunt mandatũ speciale. Et hoc de usu cõi, licet secus ex significato attento de iure scripto. Tunc.n. significat posse fieri quod sine mandato speciali non fieret, excepta denotatione, l.procurator generaliter. ff. de procu.iuncta l.filius. ff.de dona. Significat ergo quod posset alienare, quod non posset procurator cui est concessa generalis administratio non expresso uerbo libera, cuius significatum addit & operatur, non autem significat donationẽ, quia donatio ex natura sua est gratia. Vnde not. sc͞dm Bar.in l.qui Romæ. §. Callimachus.ff. de uer. ob.uerbũ libera in illo tm̃ operatur ad quod refertur uer.gr. dicendo constituo te procuratorem ad agendũ & defendendum litem contestandam, dans, & concedens liberam potestatẽ &c. non uidetur cõcessa administratio causæ, sed solum instãtiæ, quia hæc uerba important, & de causa non possunt trãsigere, sed solum de instantia. Item ibi constitutioni procuratorem ad recipiendam solutionem dans ei liberã potestatẽ, ibi potest prorogare terminum.facit ad procur. qui ad agendum.li.6. & l.duo. ff.de admi. tut. Idem de uerbo, plena.l. si procurator.§.ꝙ si plena. C.de proc.Idem si dñs concessit ꝙ procurator possit ꝙ ipse dñs licet non expressit uerbum libera uel plena potestate.l.creditor.§. Lucius. ff.mã.Idem si dominus promisit se ratum habiturum quicquid per suũ procuratorẽ actum fuerit.l.1. ff. de procu.

LIBERE potest illud fieri quod non dependet ex consensu uel licentia alterius Panor. in c. statuimus.in i.not.de regula. adde eũdem Pan. c.lator.in n.de homi.

LIBERATIO sumitur pro dispositione liberatoria, & significat diuersimode, Nam ibi testator legat

debitori

debitori suo qui solus est liberatio nem, significat debitor agere possit contra hæredem ut eum liberet per acceptilationem. l. 2. §. nunc de effectu. ff. de libr. leg. quia quando testator dicit uolo liberari, uel lego liberationem, significatur quod uult ab hærede liberari, ex communi modo intelligendi. Item ibi duo sunt rei promittendi qui tenentur ad idem debitum quilibet insolidum, testator legat uni liberationem; significat ꝙ ille possit agere contra hæredem, ut liberetur per pactum. Sed alter non liberatur nisi ille unus liberaretur ex maiori ui, uidelicet acceptilatione. Nam tunc etiam alter liberatur sicut acceptilatio capitur pro tali solutione, ꝙ uno soluente, alter liberatur. secus in pacto. Sed certe pactum liberationis in simplici ratione ualet tantum sicut acceptilatio. Item duo sunt rei promittendi socii uni legata est liberatio, significat, ꝙ etiam ille cuius nomen ascriptum non est, habetur pro legatario, & sic agere potest ut liberetur sicut ille qui nominatus est, & hoc si testator ei prouidere uoluit, quod probatur ex similib. coniecturis sufficienter, quia in contrahendo socii sunt. Et intellige socio secundum Bart. quibus omne lucrũ & damnũ est cõmune in illo debito. Itẽ ibi duo sunt rei promittendi non socii, facti debitores ex pecunia quæ peruenit ad utrunque uel conuersa est in cõem utilitatem testator legat liberationẽ uni. non liberabitur acceptilationem, sed per pactum, & istud pactum proficiet etiam alteri in parte seu mediata debiti. Et sic intellige quod nota. glo. in. § nunc de effectu. præalleg. Conclude ergo, aut sunt socii, & liberatio fit per acceptilationem, & sic facta uni prodessent alteri, sed iste alter non legatarius non potest agere nisi ubi testator ei prouidere uoluit. Aut non sunt socii, & tunc liberatio fit per pactum de nõ petendo, & prodest alteri in mediætate, ut in altera medietate tantum conueniatur. Item not. ꝙ pactum factum uni prodest alteri prout actum est, & non alias. nam si est actum ius ex eo quæri. n. illi cui fit illi quæritur tm̃. Si uero actum est ius quæritur utriq. tunc quæritur utrique. In dubio uero pactum factum reo prodest fideiussori, sed non pactum factum fideiussori econtra prodest reo, nisi ubi fideiussori fit appellatio, & principalis obligatus est re, quia tunc hæc acceptilatio respectu principalis continet pactum quod sibi prodest l. & per iusiurandum. §. & si fideiussori. ff. de accu. Posset tamen dici ꝙ principalis liberatur ipso iure, quia hoc fit per consequentiam, ut ibi not. In acceptilatione autem si fit principali prodest fideiussori. Facta autem fideiussor prodest ei tantum, si hoc est actum. In dubio prodest principali licet non semper prout notatur in l. si quis reum. ff de li. lega Et finaliter concluditur, ꝙ liberatio legata uni ꝑsonæ in una re, uel in uno debito, ad aliam personam, aliam rem, uel alium debitum extenditur si hoc disponentem quouis probabili medio uoluisse significatur. Et liberatio generalis non comprehendi: non contineri aliquod medium concludit. Et liberatio concessa specialiter, generaliter inter uiuos, & in ult. uoluntate significare quod ius mediũ probabile declarat.

LIBERTAS est res spiritualis, & ideo potest uenire in commutationẽ cũ alio spirituali. de re. perm. c. ad qõnes

nes.de fer.non ord.c.nullus.in glo. ult.Item libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quo ui aut iure prohibetur. inst. de iur pers.in prin. & hæc facultas quãuis late pateat, tamen ti quandoq. resistitur de facto, & qñ que non possumus quod desideramus, uel de iure, ut quando facere furtum aut rapinam prohibemur.

LIBERTAS latina libertas quæ habebat, quòd si moreretur ille cui dabatur libertas tunc renuit, sed si super uixit, tunc non tenuit. Sed hodie est correcta per l. 1. C. de la. lib. tol. Require supra Latini. Et dicebatur latina per similitudinem. Nam ut Romani nominati sunt, quia Romanis subiiciebãtur & incolumes mittebantur. licet secundum rẽ latini uel Romani uel essem illa libertas latina dicebatur, cum non esset uera libertas.

LIBERTAS deditia. Require supra de ditita.

LIBERTAS fideicommissaria ẽ q̃ testator directe nõ uoluit cõpetere se p manumissionẽ alterius cuius fide hoc cõmisit. s.ut manumitteret. libertas testamentaria est quæ ex ipso testamento directe competit, ut C.de test.ma.in prin. in gl.

LIBERTAS uindictæ est q̃ fit per uindictam.C.de uin.liber. in prin.gl.

LIBERTI siue libertini sunt qui ex ita causa a seruitute manumissi sunt, nec est inter eos differentia, licet quidã minus prudenter dicant libertinum esse filium liberti. Vnde libertus meus uel libertinus dicitur ille qui seruus meus fuit, sed manu missi eum, & ego ipso dicor patronus.de quo super uers.in seruitute. inst.de liber.

LIBEBTVS arbortiuus est qui in testamento eius qui abortus est, id est, mortuus manumittitur.

IMO uero libertus orcinus dicitur ab orco, quod ab eo manumittatur, qui ad orcum tendit. Alii libertum orchinum uocant, a græca dictione orthos directum ut directũ libertum intelligas. Vide Alcia.in dictione orcinus.lib. præte.i.

LIBERTVS assignatitius est quem patronus eius cuius ex liberis suis esse uelit, ei assignauit.

LIBITVM dicitur, ꝙ iure licet, semper in prin.ff.de rit.nup. aliqñ etiam dicitur & quod de facto licet.l.1.§. si cui uentrem.& ibi gloss.ff.de uentre inspi.

LIBRARIVS est q libra apponẽdo põderat causas rerum determinat, uel est libros uendens & custodiens.

LIBRA auri constat quandoque ex c. aureis.Bart.in auth.sed nouo iure. C. si cer. peta. hodie uero constat ex 96. ducatis Venetis Bart. in l. quoties. de suscep. & arca. libro. 11.C.

LIBRIPENS idem est ꝙ librarius. de quo gl.inst.de test. ordi.in prin.

LIBERATIO sumitur pro dispositione liberatoria, & significat diuersimode, ut supra habetur.H.D.

LICERI uel licitari est rem appretiare, unde dicitur. Non curo centum græce uno obolo liceri. Sed licere actiuũ significat rem prætio mensurabilem estimare, quanto pretio ualeat. unde uersus.Diues in orbe licet, pauperem sed nemo licetur. Liceor enim est actiuum in significatione, & passiuum in uoce. Sed liceo contra, unde. Non licet asse mihi qui me non asse licetur. Inde licitari est frequenter estimare uolo rem rei uendibilis. Et licitator, id est suasor, uel procurator seu proxeneta.

LICITATIO est uenditio proposita, ut cum aliquis emptor in re ab altero uolente emere pretium auget,

auget. Vnde quando aliqua res publice uenalis exponitur, & unus offert decem, & alter quindecim, quando proclamatum est ꝙ quis plus offert, eam habebit illæ qui plus offert, dicitur alium uincere licitatione. unde cum alterum sic intendit superare plus offerendo in quacunque negotiatione licitatio est, & qui in licitatione uincit rem fert. C. de sac. san. eccl. auct. qui res, & C. de fid. instru. & iure hastę fiscalis. l. quicunque lib. 10. Et ergo licitatio subhastatione uel oblat. ad substatationem, ut licitatio. ff. de pu. & ue.

LICITARII dicuntur, qui emendo, uendendo, uel conducendo rem aliquam, uel negotiando, aliquid aliud plus differendo, alter alterū contendit superare.

LICENTIA multiplex est, ut no. Archi. 24. q. 2. si abstinere.

LICTOR dicitur q. magistratus fert insignia l. ego cum in uilla, & l. ma numissio. ff. de manu. uindic.

LIBITINARIVS is dicitur, qui quæstui inseruiens libitinariam exercet, quique necessaria funeribus uendit, uel qui curam mortuorum sepeliendorum habet, seu qui conducit funera, dictus a libitina dea in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant uendebantur. Refert Seneca uota libitinariorum esse, ut mortes plurimorum optent, quod illis quęstuosissimum sit, & de his intellexit Vlpia. in l. quicunque. §. idem ait. ff. de inst. act.

LIMA est instrumentum fabrile, & ferreum quo metallo roduntur, poliuntur, minuuntur, & purgantur, 7. q. 1. §. cum uero. uersi. ferrum. & glo. in cap pastoralis, de re iudi. in clemen.

LIMITES sunt fines uel termini regionum, inde limitare terminare dicitur uel restringere, unde limes est terminus agris positus, uel pratis seu cāpis, uel etiam dicitur meta. Sed limen est introitus domus, dictum a limite. Nam limina sunt edium limites uero regionum uel finium, de quo insti. quib. mod. ius pat. po. sol §. dictum est aut.

LIMES episcopatuum seu parochiarum sicut non potest præscribi, ita nec iura adherentia limiti, ne ex hoc oriatur confusio limitū, quod est menti tenendum secuudū Pan. in c. cum sint. circa fi. de deci.

LIMITANEI dīr qui cōstitutio sunt inter castra et ciuitates uel cōfinia oppida, ut limites defendant et colāt, ut C. de fun. limi. l. ult. in fi. lib. 11. Et dicit Acc. super rub. ibi dē ꝙ quidam habent pro limicosis trophis, a trophos. l. descriptio, & limites. i. descriptio ad usū limitū alias militū qui īperiū custodiunt.

LIMINARCHE dīr pricipes locorum in quibus sunt diuersarum prouinciarum diuersarum aut regnorū diuersorum limites, et termini, unde ēt dicūt colliminatio qui confinia oppida uel ciuitates tenent trans limitem locorum.

LIMINARCHA est uocabulum græcum, qui limen portum dicunt hinc limenarchæ qui præsunt ore maritie maxime in hostium confinio de quibus meminit Arcadius in l. munerum ciuilium. §. qui annonā. ff. de mun. §. ho. & Pau. in limenarche ff. de ser. fug. & Impera. in l. non idcirco C. de lib. caus. in quibus tamen locis liminarcha legitur. tanquam a limine descendat, secūdum glo. nostram. Posset ēt forte dici liminarchas, atq. aspiratione, ideo sic uocitatos, quia ad hoc constituebantur ut hostes a limine pellerent, & sic erit uocabulum latinum & compositum, & cōis lectio

seruabitur, & secundum hæc castiga uerba imperatoris, in l. 1. C. de offic. comiori, ubi altarchia mendose legitur, pro limenarcha.i. liminum perfecta.

LINEA est collectio personarũ ab eodē stipite descendentium diuersos gradus continens, & numeros distinguens, & est linea graduũ descendentium & collateralium l. 1. & l.iurisconsultus.ff. de gra. affin. diffinit.Ioã.And.in appa. suo super arborem consanguinitatis, ubi ui de late per eum.

LINTEVM non dubitatur uelum uocati.

LINTEARII sunt qui lintea nauis uel nautum uel lineariorũ negotiationem exercent &c.

LINTEARIA dr̄ talis negotiatio.

LINTEARIOSA uel lintearium est negotiatio lineariorum.

LITEM pendere est litem contestatā esse, uel litem in incerto esse, cum ambiguus sit eius exitus euentus. nam litis & iudiciorum euentus est incertus. ff.de pecu.l.quod debetur. Pendere autem dicitur lis per appellationem, uel recusationem con sultationem uel relationē uel quan diu diffinitiua sententia non est la ta, de quo per doctor. ut lite pen. per totum.

LITEM contestari dicitur quando actor proponit intentionem suam & actionem coram iudice contra aliquem, & illa statim negat, tunc est lis contesta. Et dicitur pendere nam in suspenso sunt omnia donec lis sopiatur.i.terminetur, ut ad superiorem negotium transmittatur. Et dicitur lis pendere quoad hoc ut mihi innouetur quatuor cōcurrentib. Primo quod citatio emanuerit. Secundo ꝙ a iudice competente. Tertio ꝙ ad partem peruenerit, uel a parte impediēte factum sit quominus peruenerit. Quarto ꝙ in ea talia sine expressa per quæ pars instruatur super quibus conueniatur, ut in cle.fin.ut lit. pen. Et potest addi quintum, ut ibi no. quod emanat & perueniat debito tempore.

LITIS contestatio est negotii principalis ab actore & reo hincinde facta narratio, quam narrationem præcedere debet libellus, nisi forte de consensu partium remittatur. Fit autem litis contestatio coram iudice per narrationem actoris, & contradictoriam responsionem rei, ut quia negat, uel per aliquam exceptionem quam opponit animo cō testandi litem, id est ea mente, ut in causa procedat uel resistat. Est ergo litis contestatio secundum Goffre. hincinde apud iudicem negotii principalis facta narratio per principales personas, non per aduocatos, nisi forte principalis adeo fuerint indiscreti, ut eorum defectus de licētia iudicis per alios suppleantur, ut in cap. pastoralis, de iudic. Et litis contestatio in initium actionis & conflictus, in causa de hoc uide gloss. bonam, in cap.dudum 2. uerbo propositam, de electio.quomodo & quando fiat litis contestatio.

LITIGIOSA res est mobilis uel immobilis res uel se mouens, de cu ius dn̄io causa mouetur inter petitorē & possessorem conuentione iu diciaria, uel precibus principi obligatis, & iudicibus insinuatis, & per eum futuro reo cognitis. ff. de litig. aut. litigiosa. Fit autem res litigiosa incontinenti oblato libel lo. Alii dicunt rem litigiosam non esse ante lit. contest. de hoc glo. in c.1.ut lit.pend.lib.6.

LIS a contentione limitis prius nomē sumpsit, de quo Vir. limes erat

positus

positus litem ut discerneret agris c.forus.de uerbo.sign. ad medium. Et lis dicitur mota cum fuerit con test.c.ex partę.ii.de uerb.signific.& c aduersatio.de excep.

LITIS quasi contestatio est quando aliquis conuentus in iudicio super rebus mobilibus, quas possidet no mine alieno, nominat dominum in iudicio, & accipit inducias ad denuntiandum domino ut ad iudicem ueniat uel mittat. Si autem ipse dominus non comparet in termino sibi dato, tunc lis quasi contestata est dominum, siue habetur pro contestata, ad interrumpendum lõgi temp. præscrip. ut in c. quoniam frequenter .§. in aliis. uer. ꝙ si super.ut lit.non contest.

LITERIS dicitur obligatio contrahi, quando quis cõfitetur in aliquo instrumento se recepisse pecuniam quam nondum recepit, sub spe numerationis futuræ sibi faciendæ, prout a creditore eidem promissum extitit illi competit actio non numeratæ pecuniæ si exigitur ab eo debitum antiquum recepit.

LITERE de rato dicuntur procuratoriæ quia constituens procuratorem semper adiicit in fine quod ꝗc quid procurator fecerit super causa ad quam datus est, gratum, ratum.& c.habebit. ut in c. cum dilectus.de relig.domi.in glo.

LITIGATORIS nomine non solum actor sed etiam reus intelligitur, ut in c.1.de litis conte. lib.6.

LIVELLVS differt a feudo, primo quia in eo iuratur secus quam in liuello. Item feudum datur amore, liuellus uero pro mercede. Item in feudo non succedunt fœminæ in liuello secus, & de multis aliis differentiis uide Fely.in c. cæterũ col. 5.& sequen. in uersicu. 9. fallit de iudi.

DE L ANTE O.

LOCATIO est personæ uel rei ad usum facta concessio uel mercede uel pecunia numeranda conuenta, alioquin de alia re erit contractus innominatus, de quo uide not. per docto. de loca. & conduct. super rubr.

LOCVLVS est bursa uel marsupium in capit. primo de deposi.in gl.dominus loculos habuit ut indigentibus subuenire. 12.q. 1.habebat dominus loculos.

LOCATOR est ille qui rem aliquam pro certo pretio uel certa mercede alicui utendam concedit, uel alium re sua mercede sibi conuẽta uti permittit, ut cum loco tibi domum meam ad habitandum in ea, ego dico locator, tu uero qui sic uteris seu ad usum recipis, conductor nuncupatis, ut in c.1.de loca.& conduc.

LOCATI actio. Require supra. Actio locati.

LOCVPLES. Require supra bona liberorum.

LOCVS religiosus. Require infra religio.

LOCVS sanctus dicitur qui firmus est, uirtutibus munitus, Domino quidem .quod sanctum scilicet a sanguinibus .i. peccatis immolari debet. de quo insti. de rer. diuis.§. sanctæ quoque res.

LOCVS insignis secundum Io. An. in c. statutum. de rescr.lib.6. est ciuitas. licet ibi non sint periti. Et de hoc dat ibi rationem. Sed secũdum Inn.Host. Abb. non sufficit esse ciuitatem, nisi sit ibi pia peritorum. Com. dicit sufficit si de uicino loco possunt haberi periti Paul. de Leaza. in cle.unica, de foro competen.dicit insignem locum in quo potest copia habere necessariorum pro episcopo, familia, & equitib.

suis, licet non sit copia peritorum.

LOCA uicina quæ dicantur, uide Panormi. in c. super specula. in fin. de priuileg.

LOCI adiectio significati diuersimode disponit u.g. testator dicit. Titio lego centum quæ sibi uolo solui de pecunia quam habeo in tali loco, puta tali castro tali arca. Et si in illo loco nihil est, tunc nihil debetur, si minus est, nihilominus tota pecunia debetur l. quidam testamẽto. ff. de legat. 1. Lucius. ff. de ali. & ciba. de tibi test. legauit alimenta libertis, postea scripsit ꝙ ex certis fundis percipiantur si non possunt percipi ex illis fundis, aliunde debent suppleri. facit l. Paulo Callimacho. §. fina. ff. de legat. 3. Ratio quia locus hic apponitur ad demõstrationem unde solutio fieri possit, & nõ ad taxationem seu restrictionem legati, quare legatum non restringitur, etiam qua legatum fuit factum in genere, & sic remanet in genere. & adiectio loci refertur ad designationem fiendæ solutionis. Et quod de legato dicitur, idem in contractu intelligitur paritate rationis, ut si dicatur. Promitto tibi centum soluenda de pecunia quam habeo in tali loco. Et ibi lego uel promitto decem quæ habeo, in arca si nihil est nihil debetur si minus est illud tantum debetur l. si seruus. §. qui quinque. ff. de legat. 1. quia locus adiicitur summe immediate, & per hoc significatur ꝙ illa summa quæ ibi est debebatur, & non alia. Vnde testator uel promissor se refert ad illum corpus pecuniæ quod ibi est, & ideo si nihil est, nihil debetur, uel quatenus est eatenus tãtũ debetur. Cætera multa exempla ponit Petrus burgundi §. sacramenta l. inter stipulantem. ff. de uerb. oblig & finaliter loci adiectio operatur quod ratio dictat, uel lege disponitur, uel prout uoluntas disponentis dictat, quam quouis medium probabile declarat. ut l. cum certus. ff. de uino tritico & oleo lega. si debitor. §. 1. ff. de contrahen. emp. & uendi. l. eum qui Kalendis. ff. de uerbo. oblig. l. legatum. §. uim. ff. de annu. lega. cum similibus.

LOGOGRAPHIVS. i. scriptor publicæ rationis, & dicitur à logos sermo uel lexis ratio, & graphos scriptura, secundum Accurt. in rubr. C. de tabel. scri. & logo lib. x.

LOLIVM herbe genus, alio nomine zizania dicitur, ut etiam declarat glo. in cle. dudum de sepul. in uerbo zizania. Proinde corrigenda sunt uerba Celsi apud Vlpianum in l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. aquil. dum quærit si lolium aut auenam in alienam segetem, castiga si lolium.

LORICE genera sunt armorum, ut in aut. de armis. § penul.

LONGA consuetudo est quæ 10. uel 22. annis inducitur & multomagis longo tempore, ut si 30. uel 10. annis perdurat.

LONGVM tempus, longissimum & longeuum. uide Azon. in sum. quæ sit longa consuetudo. §. 1. & dicitur longum tempus inter præsentes decennium, & inter absentes uicenniũ l. fi. C. de præscri. long. tempo. & §. 1. inst. de usuca.

DE L ANTE V.

LVCRIFACERE. i. acquirere.

LVCRVM refertur ad omnia prouenientia ex prosperitate fortunæ qualiacunque sint, quæsitus tamen comprehendit solum lucrum prouenìens ex industria personæ, ut est tex. & glos. in l. & si adiecit. ff. pro socio not. Abb. in ca. sedes, nu. 13. de rescr. Quæ autem sint honesta

sta lucra. uide spe.in tit. de cleri.cō iu.uer.fed quam dicee.

LVCTVS tempus alii usque ad trigesimum diem, alii usque ad quadragesimum obseruabant 13.q.2.& fœmina si nubat intra tempus luctus infamis est cōtra leges ciuita. ut C.de secund.nup.l.1.& 2.

LVERE. id est liberare unde dicitur, pignus luitur.i.liberatur. Alio modo accipitur pro puniri, unde dicitur Luo penas, id est punior. Vnde. Ereluo pignus penas cruce, luce tenebras. Dicitur & luere quando lauitur ouis. De primo significato. uide insti.de leg.§. sed & si rem.

LVERE debet in corpus obligatus ad pœnam pecuniariam pro maleficio commisso, si non est soluendo, secus si est obligatus ex contractu uel quasi, quia tunc expectatur donec peruenerit ad pinguiorem fortunam. Panor.c.statuimus in 3.not. de maledic.

LVGVBRARE .i.uigilare, & nocti proprie attribuitur. Sic dicitur, luna habet radios lugubres, & sol claros. uide institu. de leg.§.nostra in tex.& glo.

LVPINVM est genus leguminis non minus terram appetens quam lupus pecudes, & inde nomen sumpsit, tellurem mirum in modum amat. ut quamuis fructeto solo coniectum inter folia uepresque, ad terram tamen radice perueniat, & inter fruges enumeratur a Iuliano in l.frugem.ff.de uer.sig.

LVSTRVM est spatium quinque anno. unde dicitur. Indictio cōstat ex tribus lustris.i. durat usque ad xv. annos ut extra de fide instr. inter dilectos. uide supra indictio.

LVXVRIA no. Arch. de consue c.fin. lib. 6.

## DE M ANTE A.

MACHINATIO. uide ut supra dolus, & est quasi astutum ingeniū quid est quod homo semel deditus malitiæ non adueniat in aut. ut hi qui ob. se habere perhi. res mino. post prin.cle.6.

MAGNANIMITAS est ornatus omnium uirtutum scd̄m philosophum 5. ethi. & est magnanimitas in imperatore.l.1.C.de testa.lib.6.

MAGNIFICVS dicitur quasi magna faciens, & ideo hoc uerbum competit regi ex etymologia uocabuli. Ab.in c nouit de offi.deleg

MAGISTER nauis regre supra Actio. exercitoria & C.e.ti.l. unic.lī.12.

MAGISTRI scriniorū dicebātur qui scriniis sacri imperii præpositi erant, uel sunt pragmaticarii, sic dicti, quia pragmaticas sanctiones illas.s. quas principes faciebant & statuebant concilio procerum suorum scribebant, & exempla earum in scriniis reposita ad memoriam custodiebant.

MAIOR dicitur ille qui xxx.annorum impleuit ætatem. de quo not. insti.de cu. per totum & per docto. de rest.in inte.c.1.

MAIOR pars attenditur quo ad numerū & sanior quo ad zelum iudicum. Vel pōt dici maior pars quæ maiori innititur rationi, ut 9. dist. sana.& 18.dist.c. multis.

MAIVMA est ludus qui uigebat in maio & dicitur a maio, uel maium græce, latine ingressus .s. æstatis quando herbæ frondesque uirentes letificant. Inde uenit maius. C. de maiuma in rub.lib.11.

MAIVMA erat quidam ludus qui fiebat in mense maii not. C. de maiuma lib. 11. in rub. & sic fieri debebat ut morum seruaretur honestas

ſtas,& uerecundia caſtis moribus ꝑſeueraret.l.unica.eo.ti.

MANGONES ſiue uenalitarii ſunt qui in ſerui emendis uel uendendis mercationem exercent.

MAGI ſunt qui uulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur, hi ſunt qui permiſſu Dei maleficiis elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium & cap.22. quæſtione 5.nec mirum. Et ibi qui ſunt necromantici, hydromantici, & de auguriis & aruſpiciis quæ omnia ibi reprobantur. Dicit enim Auguſtin. x. libr. de ciui. Dei,ibi ad finem, quod ideo quiſquam non debet eis credere,quia aliquando ueniunt quæ prædicunt, aut ſanare uidentur infirmos, aut lædere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit, ut ipſi qui hoc audiunt uel uident, probentur, & appareat quali fide uel deuotione ſint in gratia erga deum.Hæc ibi.

MACELLARE eſt mactare uel trucidare.Inde dicuntur macellarii qui pecora uel quadrupedia mactant, ut eſt glo.ut in clemen.1.de uita & honeſta.cleri.

MAGISTER dicitur qui præ cæteris alicuius rei ſine negotii curam gerit. Et interpretatur ſyllabiliter quaſi in maiori ſtatu exiſtens,ſed literaliter ſic quaſi manum ac rem gerens inter ſcolares tenens eos rigide,ſed gloſ. uerbo capitulo. 1.de magiſter. dicitur a monendo ſiue a monſtrando,ut ff. de uerbo.ſignificatio.l.quibus uim.Magiſtratus,prætores uel conſules dicti ſunt, eo ꝙ maiores reliquis officiis, & illi ſunt tanquam capitis principis, membra, ut C. ad l. Iuli. maieſta. quiſ uis. Et horum alii ſunt maiores,alii minores.alii medii. Maiores,ut illuſtres,qualis eſt perfectus prætorio orientis, item illyrici itē aphricæ, item urbis Romæ. Minores ſunt clariſsimi, puta præſides prouinciarum. Medii ſunt ſpectabiles ut proconſul. præfectus ægypti qui dicitur auguſtalis. ut ff. de officio præfecti auguſta. Eccellentiores præfecti ſunt præfectus prætorio orientes, & illyrici quorum officium eſt, ut ab eorum ſententiis non appellatur. Item nec contra eorum ſententias datur, reſtitutionis ab ipſis. Item concedere poſſunt, leges. ut tamen non ſint contrariæ generalibus legibus uel conſtitutionibus ut C. de offici.præfect. orientes & illyrici l. formam.

MAIORITAS eſt multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia ſenectutis, alia prælationis, de quibus uide per Abba. in cap. ſtatuimus, in princip. de maio. & obed. uel dic, quod quis quis maior altero quatuor modis nobilitate, diuitiis potentia, & honore,ſecundum Abbat.in cap. ſuper, eod. de teſtib.in uerſic. not. quatuor qualitates, & Felyn.eod.ca. uerſi.not.2.ibi ſuperior.col.3.

MALEDICVS eſt qui obliquitur de homine detrahendo ei, & eum obloquis deprimendo, ut capi. 1.de cler. maled. Summa autem iniquitas eſt detrahere, & omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt 6.q. 1.c. ſumma. & detractores fratrum homicidæ ſunt.de pe.diſt. 1. homicidiorum, Non tamen ſemper peccant maledicentes, ut 23.diſt.c.in nomine domini, in fi. ubi ponitur longa maledictio, quia maledicorū duo ſunt genera.ca. tum ſcin.24.ili. Omnis enim blaſphemus Dei & ſanctorum maledicus eſt. c. ſtatuimus.eod,tit.

MALEFIDEI poſſeſſor eſt, qui ſic ſe alie-

alienum occupasse §. quod autem insti.de usuc.

MALLEAtores adulterinæ monetæ sunt qui falsam monetā malleant.

MANCIPIVM est seruus uel ancilla, & est neutri generis in uoce sed communis generis in significatione, & dicitur quasi manu captū, & dicitur mancipium omne quod manu capi potest, sicut homo, equus, & hoc generaliter, sed specialiter tantū significat homines, quia tales erant serui capientium eos in bello iusto.

MANCVS est defectuosus & secūdum catholicō dicitur quasi manu carens, ut cui manus abscissa est, uel is qui imbecillitate dextere facilius utitur sinistra ff. de edil.edic. c.qui clauium.§.pe.

MANDATVM secundum Azon. est officium ab eo qui gratuito suscepit exhibendum. Et dicitur mandatum quasi manu datum. Quod enim aliquis per se facturus erat, alii gerendum committit contrahitur solo consensū. Et nota.quod mandatum posterius factum non derogat priuilegio nisi de hoc faciat mentionem capitulo graue. de offic. ordi. Item per mandatum generale non prohibentur nisi illicita capitu. super quibusdam de uerbor. significatio. Item tantum ualet mandatum generale quo ad omnia, quantum speciale quo ad quædam de uo.& uo.redem.cap.magne. §. 1. Item rei turpis mandatū nullum est.ff.mand.l. 3. Item quando mandatum uel pactum unum continet in se duo quorum unum est possibile, & alterum impossibile, non obligat in contractibus, ut si ego existens Romæ promitto tibi hodie dare x. erfodie. Sed quandoque obligat in iudiciis ut si iudex mandet alicui quòd compareat coram eo die impossibili, tunc tenetur comparere de impossibili secundum Hostien. capitulo dilecti. de do. & contume. Item qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati institutio, manda. §. si iniqui. Item mandatum speciale derogat generali, etiam si Deo non facit mentionem capit. pastoralis, de rescri. secundum Ber. in quæstionibus & hoc fallit in quatuor casibus. Primo in mandatis generalibus, quæ sunt in effectu specialia capi. ex parte de offic. delega. Secundo in priuilegiis, de rescrip. cum ordinem. Tertio quando res non est integra. Quarto in legatis. ff de supel. leg. l. 3. Et differunt mandatum, iussio & præceptum, quia missio importat necessitatem, nec finitur morte iubentis, quia successor id facere tenetur. Mandatum uero importat liberam obsequendi uoluntatem, & finitur morte unde præceptum non præcipitat mors præcipientis. Mandatum mandatore cadente cadit, ut no.de rescri. eam te & cap. in his, de uerb. signi. Quidam tamen dicunt quod tam præceptum quam mandatum finitur morte, si nominibus expressis scribantur secundum Ioan.And.14. q.1.quod præcipitur.

MANDATOR dicitur ille qui aliquid mandat alicui ut sibi uel alii aliquid faciant. Require supra si-i deinstor.

MANDATARIVS est qui mādatum suscipit adimplendū. Et qn mandatarius accusatus de crimine conueniri possit ex sua persona, uide l. nō ideo minus C. de accu. & inscri. & no.in c.mulieres, & c.ut fame, de sen. excom. Et inter istos oriuntur actiones hincinde, quod ille qui sic mādat alteri, cōtra illū qui mandatum

tum suscipit adimplendũ, cũ prius cogi non posse ꝙ reciperet mandatum, competit actio mandati directa inquãtum eius interfuit factum fuisse quod mandabatur, Rursus ipsi mandatario qui mandatum suscipit, competit actio mandati contraria si quas expensas fecit uel impensas ratione mandati suscepti, in quantum non excessit fines mandati. Si uero mandatum excessit in impensis factis, ipsas non repetet per actionem mandati contrariam. Sed inquantum utiliter expendit per actionem negotiorum gestorũ repetet.

MANIFESTVM est publicã uel famosa proclamatio ex certa scientia & certis authoribus proueniẽs. Et potest manifestum probari per multos testes uel authores, non tamen per tot quod fiat notorium uide gl. in cap. constitutionum de uerbo.sig. li.6.& 6.q.placuit, Specu. tit.de noto.cri. §.sequitur de manifesto circa prin. ubi dicitur, manifestum est patet quod pluribus sed non omnib. sed notorium oibus, patet, ut no.in l.ciues.C.de app. per Bal.& Butr.

MANIFESTVM illud dicitur quod ex coniecturis apparet cap. 1. & ibi Abb. in 2.not.de cleri.non resi.

MANIFESTE uel palam testari dicitur qui non in publicũ hæredẽ nominat, sed corã testibus qui ad solẽnitatem sufficiant testatur.

MANET.i. tenet uel astringit ca.cum laicis de reb.eccle. non alie. Vbi dicitur ꝙ laicis quãuis religiosis disponendi de rebus ecclesiæ, non est data potestas, apud quos obsequẽdi manet necessitas, non authoritas imperandi de constit.c.ecclesia sanctæ Marię.

MANICHEI sunt qui Christum dñe non esse uerum hoiem, ut dicit glo. in l.manicheos C. de hær.& mani. Extiterunt a quodam persa qui nocatus est Manes qui duas naturas & duas substantias introduxit. i. bonam & malã, & animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit Testamentum uetus respuunt, nouum ex parte recipiunt ita dicit tex.24.q.3. cap. quidam, ubi uariæ sectę hæreticorum enumerantur & in l.arriani. C. eo. De multiplici hæreticorum nomine uide in d.ca. quidam.

MANSER est filius illegitimus proprie discorto natus secũdum Host. quasi uulgo quæsitus. Vnde secundum Abb. Manseribus scortum, sed mecha notis dedit ortum. Vt seges a spica, sic spurius est ab amica. Dant naturales quæ nobis sunt speciales c.nisi cum pridem de renun.in.§.persone in fi.ubi glo.

MANSVS secundum uulgare italorum dicitur quantitas terræ quæ duobus bobus sufficit in anno ad laborandum.

MANVMISSIO est datio libertatis, i.detectio.ff. de acquiren. rer. do. l. adeo.§.cum quis in fin. Sed secundum Pla.Ioa. & Azo. datur seruo libertas quam prius non habuit, alias non diceretur dare sibi. ff. de acti.§.sic itaque l.1. & glo. insti.de liber.in uer.datio, ubi uide utrum quis det quod non habet. & ca.i.de sup. negli. præla. ubi pro & contra de domino dantẽ usumfructũ formalem, & de creditore transferente dominium pignoris. Et manumissus dicitur qui est liberatus a manu, & potestate domini. Nam quandiu in seruitute est, sub manu & potestate domini sui est, sed post q̃ manumissus ab illo liberatur, ergo dicitur quasi extra manum, id est potestatem domini sui missus & talis dicitur libertus domini sui,

sui,& dominus patronus eius.

MANVMISSIO testamentaria, dici potest omne illud quodcunque ex causa testamenti praestatur, uel propter testamentum contingit. Et not. ad hoc q fiat manumissio inter amicos requiruntur quinque testes.C. de lati. li. tol.l. unica §. sancimus. Verum est in ultima uoluntate. Sed ad manumittendum inter uiuos sufficiunt duo testes, ut notab. in gloss. & §. & lege praalleg.

MANVALIS obedientia no.de maio. & obe.his qui, de resti. spol. olim causam ad quam subditi tenentur praeclaris suis sine scriptura & iuramento,ut no.in c.legebatur, de maio.& obe.

MAPPA, est ornamentum equi. & sunt linteamina alba, quibus cooperiuntur equi cardinalium, cum faciunt processionem, nota.in authenti. de consuetudine.§ quantuncunque.

MANIPVLA,est quoddam ornamentum,quod Imperator Cōstantinus Cardinalibus concessit. Alii dicunt manipula esse mitrā episcopalem,ui de Spec. in rationali diuinorum lib. 3.sub rub.de manipula, & uidebis pulcherrima.

MARITI, appellatione non ueniunt sponsi de praesenti in materia odiosa,secus in fauorabili, quia tunc ueniunt sponsi de futuro, ut dicemus infra in litera, in uerbo uxoris appellatione.

MASSARITIA est idem quòd supellex, ualet omne utensile domus cuius appellatione uestis non continetur, ut l.si quis in fundi uocabulo. ff.de leg. 1.

MASTICONIVM, est domus ubi leprosi congregātur.

MASCVLINVM concipit foemininū, ut ff.de leg. 3.l.qui duos, & capitu. generali, de elec. libr.6.& l.quicunque.§.de ser.fu. & significantur per dictionem masc. gene.uerbi.gratia. ibi. Filiis meis do tutores etiam filio significantur ff. de test. & l. si ita. Ratio est uoluntas ex equali affectione prouidendi eis, ut tueātur & bona sua conseruentur. Sed ibi, filios meos exhaeredo, masculinum non concipit foemininum,qa filia non comprehenditur l. 1. §. quaeritur. ff. de uend. in pos. mitt. quia masculinum de se prolatum, non significat foemininum, ut est ibi aliqua coniectura probabilis, qua hoc concludatur,sed est odium exhaeredationis quod dicat significatum uerbi non extendi, ut in gula odia de reg.iur.lib. 6. Item ibi quicunque it uel proiicit de nocte per fenestram nocens, soluit decem, significatur etiam foemina. l. quicunque praalleg. Et sumitur significatum extra paritate delicti. Similiter ibi, uirum sanguineum, & dolosum abominabitur dominus, comprehenditur etiam foemina ratione delicti quod odit etiam deus in mulieribus licet ceteris partibus magis peccet masculus quam quod foemina, quia ratio naturaliter in eo plus dominatur. Et ergo in crimine laesae maiesta. criminosus punitur, & filii sui ubi etiam filie comprehenduntur mitius, tamen puniuntur foeminae l. quisquis C. ad l. Iul. maie. Item ibi, si mihi filius natus erit, ex besse haeres esto, & ex triente uxor. Si uero filia nascetur, & triente haeres esto, & ex besse uxor. si filius filia nascuntur, haereditas diuiditur in septem partes, ut filius quatuor, uxor duas, & filia unam habeat, sic uidetur uoluisse testator, nam appellatione filii nō continebatur filia l. si ita deo, de lib.

libe.& posthum. Nec ibi significatur fœmina, dicendo quis potest esse aduocatus in ætate. 17. anno rum patet ex edicto de postulando quo prohibetur fœminæ postulare saltem pro aliis.l.1.§ sextum.ff. de postu. Et idem de procuratore quo ad esse procuratorem in iudicio. l. fœmine. ff. de procurato. Idem etiam in teste ad testamentum, iure ciuili romanorum, ut in §. testis inst.de testa. immo quod plus est si exprimatur nomen communis generis, ubi autem numerus testium non adhibetur, duo sufficiunt l. ubi numerus. ff. de testi. & continetur etiam mulier. Idem in omni materia in qua ratione uel lege, statuto, uel usu non fit differentia inter uirum & mulierem quia tunc ad paria iudicatur. Aut enim est adiectiuum ipsum masculinum ut quicũq. quisquis, q̃dã &c. & concepit fœmininum quia intelligitur homo uel persona, ut l. me tum §.animaduertendum. ff. quod met. causa. & l. unica. in fin.C. de rap.uirg. Aut est nomen appellatiuum, ut filius, & tunc si de fauore agitur, concipit, si de odio non concipitur, ut no.in l. quicuqnue. C. de se... gi. præall. & l. 1.de uer.sign. ubi ..lo.ponit exceptiones. Sed econ uerso fœmininum non competit masculinum, quia appellatione fœminini non significatur intelligi masculinum nisi euidentissime appareat, sicut sub nomine appellatiue aliud significatur. l. si quis in fundi uocabulo.ff. de le.1.cum ibi nota. Et hæc dicta intelliguntur de mascul. no.1.dictione masculini generis. Sed masculinum quandoque significat masculinum, uer bi.gra. testat. legat ancile libertatem si primo pareret filium peperit filium & filiam ex eodẽ utero, & incertum est quis primo natus sit, dicit tex.q̃d filius cẽsetur prius editus l.si fuerit §.h. ff. de reb. du. Ratio q̃a de natura masculus fortior est femella eiusdem etatis.

MASCVLINVM concipit fœmininũ, sed nõ cõtra. Panor.in c. super inor nata, in 1.c.col.uersi. nec statutum. de præben.

MASCVLINVM ẽ dignius fœminino quod concipit ad mentem legislatoris, non quantũ ad uerba ut l.ff.de uer.sig. ubi bona glo.

MATEMATICI sunt qui dicunt se scire aliquam artem diuinãdi, & di cuntur a matesis media lõga quod est diuinatio, & profertur penultima producta sine aspira ione. Sed mathesis penultima correpta cum appellatione significat quadriuium, unde.Scire facit mathesis, sed diuinare mathesis.

MATRICVLA dicitur habens curam ecclesiæ tex. & gloss. in c. mulieres 32. dist.

MATERFAMILIAS est quæ in honestate uiuit, unde nec nuptie nec natales faciunt matremfamilias sed boni mores.

MATRICVLA est chartula ĩ qua scribitur aliquid & præcipue liber uniuersitatis in quo nomina suppositorum conscribuntur & matriculantur, & est diminutiuum a matre l.matricula.C.de agen.in reb.lib.12. & in l.2.eo.titu. & l. petitionem de aduoca.diuerso.iudi.ff.& cap.perlectis, iuncta gloss.in uer.matriculis 25. dist.

MATERTERA est matris soror insti. ut de gradi.cog.ĩ gl. uers. patruus.

MATER tera magna est auie soror, sicut pro matertera pro auie soror.

MATRICVLARIVS dr̃ hab͞s officiũ pulsandi campanas, uel qui habet matriculare studentes.

MATRIX ecclesia ponitur pro maiori

ri baptismati quæ generat baptismū sicut mater, ut glos. in uerbo, matricem in cle.i. de sen. excom.

MATVRARE quādoque significat festinare quandoq. est per solem digerere, ut fructus maturantur.

MATVRVS quis tripliciter ostenditur uultu, gestu, uoce. Spec. in tit. de aduoca. §.5. uersic. cum autem.

MATRIMONIVM idem sonat quod nuptie & est legitima maris & fœminæ coniunctio indiuiduam uite consuetudinem retinens. 27. q.2.§.1.& de præsum.c. illud de cō uer.in.fi. ex literis & subaudi hoc scilicet ad propositum in quo debet esse tempore quo nubunt uel matrimonium contrahunt inst.de pa.po.in prin. Et matrimonium est duplex.s. uerum & præsumptum. Verum, quo contrahitur inter personas legitimas per uerba, apta, nullo impedimento sub existente. Præsumptum dicitur quando inter personas legitimas interuenit tractatus de contrahendo, uel uerbo, apta, in euentum tamen conditionis uel arbitrii alieni, & succedit copula carnis, ut inquit Gof. Et non dicitur patrimonium, licet a digniori debeat fieri denominatio, & tantum uotum habeat uir in liberos, sicut mater.l.liberorum.ff.de uerb.sig. ideo quia mr̄ maius exercitum uel officium exercet circa liberos quam pater, capit. fina. de conuer. coniuga. qui ante partum onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa. Igitur ad honorem eius dicitur matrimonium, ut etiam de conuer. in fi. capi. ex literis. Et nota quod matrimonii tria sunt substantialia quæ dicuntur bona eius, ut de condi. appo. c.ult. & 17. q.2. omne itaque scilicet fides. proles & sacramentum. Et si apponatur conditio contra aliquod bonum matrimonii uel eius substantiam nullum est matrimonium exemplum de primo, si dico, contraho tecum si te pro quæstu adulterandam exposueris, non est matrimonium, quia est contra bonum fidei quod consistit in eo quod alter coniugium suum corpus (quod suum non est, sed consortis sui) non exponat uel det alteri, alias est adulter, fur, & fidei fractor. Exemplum de secundo, ut si dico, contraho tecum, si generationem prolis euites si uenenum sterilitatis accipias non est matrimonium quia contra secundum bonum eius scilicet bonum prolis, propter quam multiplicandam fuit matrimoniū a deo institutum. Exemplum tertii, dico, contraho tecum donec ditiorem uel pulchriorem habuero non tenet matrimonium, quia est contra sacramentum indiuiduitatis, quia nullum debet esse diuortium inter coniuges. Sic eodem modo dic quod professio religionis non tenet dummodo fit contra bona uel substantialia religionis quæ sunt etiam tria scilicet castitas obedientia, & addicatio proprietatis, & de his pone exempla suo modo ut supra. At si dico, contraho tecum si furtum feceris, si digito cœlum tetigeris, non est matrimonium quia turpis & impossibilis conditio quæ est contra substantiam matrimonii habetur pro non adiecta, c.1. & ultimo, de conditio. appo. Et nota quando contrahatur matrimonium, & quando sponsalia de futuro, declaratur ex significato uerborum prolatorum, & actum sequentium. Vnde uerba formalia matrimonii sunt illa quando uir dicit accipio te in

meam

meam mulierem, & mulier. Accipio te in meum uirum c. licet de spon.duo. &c. si inter de despon. Similiter est matrimonium, si quis iuraret quod aliquam ad hoc tempore pro coniuge teneret. & sicut uxori fidem seruaret,& ipsa eidem iuraret se illum pro marito habituram, & sibi tanquam uiro proprio sei uituram, ut in cap.ex parte,de sponſ. Nam licet ibi nō exprimantur uerba formalia, tamen idē est ac si unū de equi politibus fiat ut l.certum ff.si certum, peta. Dicunt etiam quidam doctores quod uerbum habiturum hic significat præteritum, non futurum. Similiter dicendo, promitto tibi quod nūquam habebo aliam uxorem, nisi te, uel uolo te, & non aliam in uxorem, uel consentio in te sicut in meam uxorem, uel promitto quod uolo te habere in uxorem, uel placet mihi te habere in uxorem, uel promitto quod tibi seruabo fidem sicut uxori meæ, uel uolo quod ab hac hora in antea sis mea uxor, uel iuro quod habebo te pro legitima uxore,de hoc uide 22.quæstio 4.§.ultimo uersicu. est etiam. Item si dixerit,iuro uel promitto tibi tanquam uxori dummodo uerba mulieris sequantur, contrahitur matrimonium per quemlibet prædictorum modorum, ut not.ibi Spec.eodem. titu.§.primo. Item ibi si dicat uir, iuro quod tu es uxor mea,]et mulier econtra. Iuro quod tu es uir meus dicunt quidam quod non sit matrimonium de præsenti, sed sponsalia de futuro, capiendo es,pro eris ff.de uer.sign l. uerbum erit. Nam & si sint uerba præsentis temporis, non tamen ad matrimonium apta, ergo alii dicunt quod nec sponsalia contrahantur. Sed ibi promitto quod te ducam in uxorem, & de cætero tenebo te uxorem sunt sponsalia,quia sensus est, ego te ducam, & ex quo te duxero decreto te tenebo argu.ac.ex literis 2.de sponsa. Secus si non addito uerbo ducam,dicat, promitto quod tenebo decetero in uxorem etiam dimisso hoc uerbo decetero, tunc est matrimonium, ut capit. ex parte, & sponsa prælleg. Item si dicat promitto, quod tenebo te ī uxorem donec terra ponatur super oculos meos,& mu lier eodem modo respondeat, & uir intelligit deceptorie, id est donec sibi placuerit, quia dum non placebit ponet terram super oculos, si sibi appareret de dissensu, non est matrimonium, alias sic, quia iste uerba donec terra. &c.significant tempus mortis. Similiter donec oculi & os mihi claudantur.capit.ex literis. 1. de sponſ. Item si uir contrahit cum una sub conditione,& cum alia pure, & conditio sub qua cum prima contraxit, existit, iudicandum est pro matrimonio secundo contracto, c.super eo,& c.de illis. & c.per tuas. de cond. appo.secundum Hostien. quia matrimonium purum præfertur suspenso,]& conditionali. Alii dicunt iudicandum pro primo, quia per primum partes ligarunt se sub conditione,nec habent in potestate se soluere,donec eueniat conditio, & per consequens non alio contrahere. l. potior. C. qui potiores in pigno. habentur,& dicūt quod dictum præcedens est potius ex ratione ciuili inductum propter melium bonum matrimonii præsentis & certi quam futuri & incerti. Alia exempla ui de supra de conditio. Item nota de matrimonio beate uirginis euid ista consensit in copulam carnalem

cum

cum Ioseph, nec illam committendo, nec appetendo, sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo 26.q.2.§.cum ergo. non proposuit se seruaturam uirginitatem in corde sed uotum uirginitatis non expressit ore, subiecit enim se dispositioni diuinæ proponens se præseruaturã in uirginitate nisi Deus ei aliter reuelaret secundum Gof. de spon. De origine autem matrimonii ꝙ fit a triplici iure, uidelicet, a naturali, gentium, & ciui. uide in gloss. insti. de iur. nat. gen. & ciuili. §. matrimonium, & quot modis potest impediri, uide instit. de nup. in glo. §. enumerari. ubi ponunt quatuordecim.

MATRONA dicitur quæ iam nupsit, quasi quæ in m̃rimonio conuenit.

MATVLA genus uasis est ad urinam & aquã tenendã proinde mundo muliebri continetur, ui scripsit Vlpi. in l. argumento. §. mundus. ff. de auro & ar. leg. Alio nomine matella & metellio dicitur Plau. in amphi. Ne tu postulas metallam unem tibi aquæ infundi in caput.

MAXIME quandoq. dicitur comparatiue. Aliquando pro tantum, de fil. preb. c. ad abolendam. Aliqui legunt maxime quia pro magis & tenetur proprie, secundum Barto. ibidẽ. Item maxime supponit idem in alio casu, sed maiore esse rationem in expresso. C. unde lib. l. si aliquando subauditur. ut l. uerum. in prin. ff. pro soc. Ad primum facit. ff. de probat. l. causa deinde in prin. & ibi maxime. de pœni. & re. c. officio. in fi. de spon. c. sponsam. uide hic not. c. præalle. ad abolendam. in addi. gl. 1. & per Io. An. super ea etiam not. de hoc in c. cum contingat. de foro comp. in glo. 1. de elec. c. cum inter, & c. quoniam frequenter. §. porro, uel lite non contest. & proprie implicat idem in contrario sensu.

DE M ANTE E.

MECHIA potest dici omnis fornicatio 22. q. 4. omnis machia & ibi plene.

MEDOGRAPHIA. i. litera. Inde medographus. i. medicinæ scriptor sic accipitur. C. de tab. scri. & c. li. 10.

MEDIASTINVS seruus est ex abiectoribus, ita dictus quia don. estica quæque uilissima ministeria obire. in domo cogebatur, ut ligna cõgerere, domũ purgare, & huiusmodi. Hoc aiit nomine inde utitur, quia in media domus partem ad omniũ aliorum uultus præsto esse debet. de quo meminit iureconsultus in l. fi. ff. de no. oper. nun. & in l. item apud Labeonem. §. prætor ait. ff. de iniu. & in l. 1. de exercitoribus. ff. de nau. caup. stab.

MELO proximus una dictio est, & est nomen dignitatis, ut no. in l. peculiari. C. de proxi. sacro. scri. l. 12. Mẽbrana species charte in qua describentur inst. & alia quæ conseruatione indigent. & ideo dicitur quia de membris animalium eripitur, ut insti. de re. diui. in gloss. §. litere.

MEDIVM dicitur hæc uita. 34. q. 4. hæc aut. uita. & not. Io. And. in proe. cleri.

MENDACIVM. Require supra dolus. unde Aug. dicit mendacium est falsa uocis significatio cum intentione fallendi. quod sic debet intelligi, cum intentione fallendi quæ tunc ibi est, uel postea adueni. Quandoq. n. aliquis aliquid promittit, non tamen uoluntatẽ fallẽdi actu habet sed postea acquirit.

MENDICANTES dicuntur quas in publicum quæstũ in tua mendicitate uocauit. et illi reficiebantur publicis annonis. Validi aũt cr[illegible]

T butti

busti non debent mendicare ne miseris, & debilibus panē auferant C.de mendican.ual.l.unicam.li.11. & in auth.de quæst.colu. 6. Conceditur tam aliquibus papa occupatis circa doctrinam fidei ut de eleemosinis fidelium uiuant, sicut apostoli uiderunt, quo seminantes spiritualia temporalia metere poterant quasi de iure naturali, ut dicit Apostolus.

MENIVM uel minarium idem est quod uestibulum a menibus septē. Et dicitur ideo quia menibus adhereret, secundum Hugu. Alii ponunt manerium.

MENSOR est qui metitur agros, colūnas uel signa uel homines uel frumentū uel menia iuxta castrum uel hospitia uel etiam qui omnia officia assignat secundum Accur. C. de mens. in rub. lib. 12.

MENSVRATIO uide quomodo debet fieri, dic secundum Abb. in c.olim, de excep. in pe.col. uer. 3. quæritur, ꝙ qn̄que ritu de distantia locorum ratione itineris considerantur magis usitata quam alia uis licet sit breuior, secundum Bartol. in l.2. in fin. ff. si quis cau. ubi dicit, ꝙ quando tractatur desperatio locorum ratione itineris, consideratur uia magis usitata, non aūt sit commensuratio per indirectum, uel per aerem, secus si fit commensuratio non respectu itineris, sed solius distantiæ dicitur fiet uia breuiori & rectori terrestri, si fieri pōt, alias per aerem. secūdum Bar. in l. 3. ff. de uerbo. signi. Adde Fely. in d. ca. olim uersi. ex quo formatur hæc quæsti. column. 2.

MENSVRAS uel pōdera fraudās qua pœna uenit puniendus. Panor. ca. ut mensure circa fi. de emp. & uen.

MENIA dicuntur proprie edificia murorum ciuitatis sic dicta, quia muniūt ciuitatem. Et interdū dnr menia siue oīa edificia uel dicuntur amene græce. i. defectus latine qa deficit murus ubi sunt menia.

MERA Donatio. Require supra donatio.

MERETRIX dicitur quæ multorū libidine parat. i. obedit. 34. dist. uide. uel cuius turpitudo publice uenalis est 32. q. 4. meretrices. & in gl. 2. c. inter opera, de spon. Dicit .n. Aug. in qōnibus Deut. Meretrices esse, & ad meretrices accidere prohibet dn̄s, quarū publice uenalis est turpitudo. In decalogo aūt machine noīe nōvr̄ hoc prohibuisse aperte qm̄ machina nō nisi adulteriū esse solet, seu intelligi solet. ut etiam in c. prælle. meretrices.

METVS est instanti uel futuri periculi causa mentis trepidatio, ut ff. eo. ti. l. 1. Et not. quod licet non si necessarium periculū esse præsens, tamen exigitur metum esse præsentem, saltem pro futuro periculo. ff. e. ti. l. metum. 2. nam per metum nō quemlibet timorem accipimus sed maiori mali, ut in l. metum p̄ alle. Et dicitur meus quia mentem tenet uel tenet: seu impedit. Quidn. timet, non semper gerit in corde quod habet in ore, de hoc uide gl. 2. c. ad audientiam. de his quæ ui me. ue. cau. fi. Inde meticulosus metu plenus. s. qui metui timenda & non timenda. Et sic dicitur iuramē tum meticulosum. Et utrum hoc obliget ipso iure. Quod sic uidetur de iureiuran. in c. si uero. & ca. uerum quod non patet, quia uotum factum per metum est nullū ipso iure, cum uoluntas in uouendo debeat esse libera. c. integritas. 32. q. ergo & iuramentum pari ratione Inno. concludit, si iuramentū est impositum turpiter & super re turpi. s. occidere innocentem, uel

uel non minstirare alimenta parentibus &cæt.tunc nullum est ipso Iure,nec obligat iurantem, & licet contrauenire propria authoritate est.inter cætera.& cap. in malia pro missis 22.q.4.Sed si iuramentum sit turpiter emissum non tamen super re turpi, si dolo uel metu,sic obligat ipso iure sed absolutio potest impetrari ex superioris uel iudicis officio. ca.si uero,& cap.uerum, præalleg.Addit idem si iurans metu pōt sibi prouidere per aliam uiā q̃ per uiam absolutionis a iuramento melius est ꝙ soluat,quod iurauit. & deinde reperat. Nam quæ fiunt per metum.tenet ipso iure,secundū Gof.sed rescinduntur per actionem quod metus causa, si sunt perfecta. Si uero imperfecta tunc per exceptionem. ff.eo.l.tit. l.metum.§.sed propter. Exceptis sex quæ per metum non tenent ipso iure, ut contractus matrimonii promissio dotis aditio iudicis præstatio autoritatis, alienatio ecclesiasticæ, pro nuntiatio sniæ. Et dicit Io. An. qui uenit contra iuramentum meticulosum,non peccat mortaliter, licet peccet uenialiter, ut caput. uete rum. ad fin. de iureiur. de hoc uide glo.pleniorem in l.extat.ff.eo.titu. Et distingue metus, quia alius est probabilis, qui cadit in constantem uirum & animosum, & hic excusat ut est metus pœnæ mortis, & cruciatus corporis, metus stupri, & seruitutis. Alius est non probabilis.s. qui non cadit nisi in hoïem pusillanimum, & formidolosum, & hic non excusat,ut in ca.cum dicti.eo.titu. Et regulariter (ut prædictum est)ea quæ fiūt per metum,ualent & obligant, ut dictum est, & ut no. 55.q.6.authoritatem. & ca. Abb. eo.titu. Fallit tamen in censibus ibi notatis. ad quos adde casum c.uinci eo.titu.li.6.Etiam scdm coactionem absolutam uel conditionalem distinguitur excusatio metus. De hoc uide supra coactio. Sed utrū metus excōmucationis sit iustus metus. Quod sic uidetur,q a continet corporis & animæ detrimentum.unde.q.1.de manifesta.1 1. q. 3. audi ubi dicitur quod per excōicationem mutatur status de corpore ecclesiæ.in potestatem diaboli. Timenda ergo est quasi mors eterna.11.q.3.nemo.& c. 1. Quod non patet quia est medicinalis,non mor talis ut c. 1.de sen.exc.li.6.& 2. q. 1.multi.Et si est iniusta, uacua nec curāda,quia non ligat quo ad Deū. si est iusta, imputet sibi qui meretur excommunicari. igitur non est iustus,metus nec excusatis excommunicatio eius l. si mulier.ff.eo.titu.& no.Goff. in sum.de his qui u. met. ue causa fiunt.

MERITORIA dicuntur diuersoria uel diuerticula,id est sacrata ædificia alias montaria.

MERCIS nomen ad mobilia tantum pertinet. ff. de uerb. signific. l. merces.

METALLVM & es sunt nomina generalia numeras significantia. Et differunt metallum & opus metalli.unde ille damnatur in metallum, qui legitur cum ferro & onere & labore grauatur, ut non liceat ei facile abire. Sed ille damnatur in opus metallicum, qui ibidem libe ras habet habenas, & aliis metallum fodientibus ministrat, & illius leuior est pœna. alterius autem grauior de quo gloss.not. inst. quib. mod.ius pat.pot.sol. in pœne seruus.

METALLARII sunt qui affluentiam exercitii metallorum habent,ut C. de metal. & metal. & proc. metal. & scdm Accur. super rub. lib. 11.

MVTAS si alias dicuntur metharii purpurei. C. qui res uendi. non pos. l. 1. Vel est celox quidam.

METROCONIA, est utile mensura quæ datur traslatis iussu principis ut C. de iur. fis. l. certa. unde metros græce mensura latine dicitur & comeuilla. inde metroconia quasi mensura uille. Inde & comedia. I. uilla nia uel rustica laus, secundum Accur. C. non lic. habitã. metro. loca sua ad extra. confer. super rubr. li. 11. Etiam mutrocomie sunt parochie, uel dioceses.

METRO POLITANI a mensura ciuitatum dicuntur, quia decem uel undecim debent sub se habere ciuitates. 7. q. 3. ca. 1. uel dicitur a meter. i. mater, quia metropolis est mater aliarum ecclesiarum, secundum gloss. ibidem. Etiam metropolitani singulis prouinciis præeminent quarum authoritati & doctrine cæteri sacerdotes subiecti sunt sine quibus reliquis episcopis. nihil agere licet, de his quæ spectant ad totam prouinciam secundum glo. 22. distin. cleros. §. metropolitani.

MERVM Imperium est habere gladii potestatem ad puniendum facinorosos. Vnde merum imperium dicitur quedam sum. potestas per quam ea quæ sunt iurisdictionis maxime explicantur. Et merum dicitur quia separatum a cognitione pecuniaria, eo quod inde nullum sequitur commodum pecuniarium ut institu. de publi. iud. in princip. Hæc autem sunt meri imperii facinorosos punire, delinquentes incarcerare, membra mutilare, pœnam capitalem imponere. hæc pœna est triplex, ut dicit Hostien. de iureiuran. capitu. uenies, scilicet mors, exilium & relegato. ff. de publ. iud. l. 2.

DE M ANTE I.

MIXTVM imperium est potestas media per ea quæ sunt in iurisdictione media explicantur. Et dicitur mixtum. quasi ex iurisdictione, & mero imperio, quod habet commodum pecuniarium, & pertinet ad ipsum bonorum possessioné dare in possessionem mittere, iubere cauere pupillis tutores dare & oẽs aliæ pene graues præter penam capitalem mutilationem, ut est relegatio fustigatio, uel grauis correctio. ff. de iurisd. om. iu. l. 1. in gloss. & in tex. Aliter distinguitur prout recitari solet circa cap. quod sedem. in gloss. de offi. ord. Merum imperium est quædam sum. potestas & alta ex publico inducta, ut gladii potestas ad animaduertendũ in facinorosos, & est apud principes principaliter. s. papam & imperatorem. Et in spiritualibus merum imperium est ut depositio, translatio sedium episcopalium & diuisio duarum ecclesiarum catedralium, uel diuisio unius in duas ut in ea. quod translationem. de of. deleg. ubi uide plura in glo. Sed in secularibus merum imperium est pœna capitis (ut supra) quæ principaliter est apud principes seculares. s. reges, duces, marchiones, comites &c. Et etiam apud archiepiscopos, patriarchas, & episcopos tanquam apud missos. ut in ca. solite §. subdi. de maio. & obedien. cum suis concord. Mixtum uero imperium est quadam bassa uel media potestas ex publico inducta, partem capiens ex mero imperio, & partem iurisdictione, ut est spiritualibus dedicare ecclesias, uel altaria consecrare, & uergines uelare. Et talis possunt committi non habenti iurisdictionem. ut in gloss. prællega. & ea

quæ

quæ sunt meri imperii expediuntur iudicis officio nobili, & principaliter tendunt ad bonum publicum.

MIXTI imperii quæ sunt, etiam expediunt iudices ex officio nobili, sed principaliter tendit ad bonum priuatum. Sed ea quæ sunt simplicis iurisditionis, expediuntur iudicis officio mercenario, & tendunt etiam ad bonum commune. Venit ergo ad imperiolum. i. paruum imperium, quod habetur iudices inferiores. de hoc no. in c. si diligenti. de fo. compe.

MILES, est qui iurat se non euitaturum mortem propter reipublicæ salutem, uel qui iurauit a signis non recedere. C. qui ex cau. mai. l. pe. & scriptus in matricula, ubi alii milites scripti sunt. ff. eod. titu. l. 1. per totum. Etiam dicitur a malo quod sustinet pro aliis, uel a mille quia ex numero mille hominum eligitur, ut ff. ex quibus cau. ma. l. 1. §. miles. Vnde secundum Azon. miles dicitur a malitia idest duritia. uel a mille, quia de mille forte solum unus eligebatur in militem, & sic dicitur quasi millesimus. Et no. ad hoc quod quis dicatur uerus miles, sex sunt necessaria. Primus ut non ut negotiator, C. de milit. leg. 1. li. 12. Secundo ut examinetur. C. qui mili. non poss. l. 1. lib. 12. Tertio quod eis ensis cingatur. ff. de testa. mili. l. 3. Quarto stigma. i. no. publi. debet suo quia achio inscribi uel imponi. C. de fabric. l. 3. li. 11. Quinto in numero aliorum debet poni & scribi. ff. de testa. mili. l. ex eo. Sexto ꝙ talis habeat priuilegium legis concessisse militibus. Vnde stigma, mucro scriptum, genus, examen, sacramentum. Hæc sex, quæ dici possunt in milite quæri, ut notab. instit. de test. mil. in prin. circa gloss.

MIMI, sunt ioculatores uel dominorum seruitutes seipsos inuitantes iuxta illud, Musca, canes. mimi, sunt ad conuiuia primi. Non inuitati ueniunt prandere parati. De quibus dicit Ludo. de Roma. Si tales dicunt animalia fera, (prout communiter fit) uidelicet leones, uersos, simias. & c. & ab his aliquis occiditur, puniri debent pœna du centorum solidorum. text. est singularis in l. qui uulgo. ff. de edili. edic. iunctis legibus præcedentibus & non debetur eis pœna mortis, quamuis enim qui occasionem dat, occidisse uidetur, tamen hoc est propter tacitum consensum ciuium qui illos cum animalibus ciuitatem intrare, & in ea manere permiserunt. Hæc ille in singularibus suis.

MINOR, est qui nondum impleuit uicesimumquintum annum, & talis restituitur in integrum, usque ad quadriennium, non in delictis atrocibus, sed quatenus miseratio ætatis ad minorem pœnam inducem, induxerit, alias minor sumitur generaliter, pro quolibet inferiori dicitur. Minus assurgat maiori, nec sedeat stante maiori, no nagesimatertia distinctione oportet. secundum Gotfr. in sum. de maiori. & obe. Maior præcedat, & minor sequatur in sedendo, & subscribendo. decimaseptima distin. §. ulti. In incendorum Romana consuetudo seruas contrarium quia minor præcedit ut ibidem iu sumus.

MINIMA causa est causa duorum aureorum, quia pro eo non datur actio de dolo, uel decem aureorum alias decem solidorum uel quæ ad sumptus iudiciales non sufficit,

1.q.6.anteriorum. §.illud, de hoc est glo. usucap. in cap. de appellatio.titu. de app.Ministeriarii (alias ministeriani) dicebantur forte a ministrando, quia præerant castris principium. C. de castren. & ministeri.lib.12.

MIRACVLVM, dicitur proprie illud quòd contingit contra naturam,nā si naturaliter aliquid posset contingere, non esset miraculum. & quot sint necessaria ad esse miraculi. uide glo.pen.circa fin.in i.de reli.& ue ne. san.lib. 6. & qualiter probetur, uide Gemin. in cap.1.nume. 3. & ibi in apostil. in uerbo directa probatione. C. de confess.lib.6.Bald. in l. solum,colum.fin. C. de test. & hæc in c.uenerabil.eo.titu. Alex.consil. 3 uolu.3.

MISTERIVM, dicitur illud quod secretam, & reconditā habet dispensationem,hoc est occultam, & inuisibilem uirtutem, & gratiam a Deo dispensatam & collatam. 1.q. 1. multi ubi datur differentia inter mysterium, sacrum, & sacramentum.

MISERABILES, dicuntur omnes illi quibus non ex natura mouētur ad miserādum propterea fortium iniuriam, puta senes decrepiti,debiles diuturno morbo fatigati etiam si sic sunt diuites,uiduæ,e iā religiosi inter personas miserabiles computantur.nota. per Azo. in summa, quando Imp. inter pup. & uid. in fi.& uide late Alber. in suo dictionar. in uerbo, miserabiles personas.

MISSA solennis, est illa quæ dicitur etiam non pulsatis campanis, nec alta uoce, Abb.in cap.permittimus de sent. excom. quod est intelligēdum, nisi communis usus loquendi aliter se haberet,secundum Fely. in d.c.permittimus.

MISSA (alias missalia) dicuntur donaria, uel quædam præstantiores quas nouus prætor creatus mittebat in uulgis,ut quod quisq. apprehenderet, eius fieret & in coronatione Papæ, uel Imperatoris fieri solet, ut per hoc pressura minuatur, de quo glo. in.§.hoc amplius. insti.de re.diui.

MITTERE in possessionem, est possessionē facere,aut in possessionem dicere,ut rem custodiat,uer.g. contendisti mecum fundum castellanum esse tuum, & probasti, iudex per executorem mittite in possessionem, id est facit te possessorem. Item uolui agere cum titio, quis scitatus noluit uenire ad iudicium, iudex me mittere debet in possessionem fundi. quem petebam non possideam, sed ut custodiam rem, & maneam in fundo, ut ipse titius tandem tedio affectus ueniat, & litem suscipiat, donec probauero illam rem esse meam;uide glo.fi. in cap. de contingen.de do. & cont. quod operatur missio in possessionem, in actione reali, & personali, ex primo, & secundo decreto. Et nota. quod prætor missionem in possessionem ex secundo decreto sibi specialiter reseruauit,& sic legatis, aut subdelegatis non est concessum dare, uel confirmare missionem in possessionē ut not.in glo. fin. cap. quod translationem de offic. deleg. De hac materia, uide in cap.quoniam frequenter, ut lit. non contesta. circa medium,uel post.& glo.in c.contingit præalleg.

MITTERE in possessionem, nomine uentris est mittere in posse nomine eius qui est in uentre, ut cū mulier prægnans mittitur in posse. nomine filii uel filiæ hæredis quem habet in utero ex marito præmortuo.

tuo. Et nota ad hoc ꝙ iudex actorem mittat in possessionem, uel bona uendat, uel eum soluat, requiruntur quatuor necessaria. Primo ꝙ citet reum absentem trina citatione, uel una peremptoria ad domum. Si non reperitur, citentur amici uel affines generali interdicto. Et si non cōparet aliquis procurator uel defensor ex primo decreto, id est mandato, mittitur actor in possessionem causa rei seruandæ quæ missio non tribuit ius sed solum detentionem, ut reus tedio affectus ueniat responsurus, quare dicitur possessio tediales ex primo decreto. Secundum requiritur congruum tempus inter primam & secundam missionem quod est arbitrarium, postquam iure non inuenitur determinatum, uel annale &c. Tertio ꝙ absens malitio se uoluit cōparere, & animo fraudandi creditores. Secus si malitio se tantum, uidelicet propter male ficium aliquod non tamen animo fraudandi. Quarto ꝙ constet de debito legitimo per ueras & plures probationes, nec sufficit iuramentum calumniæ cum agitur de magno præiudicio rei absentis quibus omnibus habitis mittitur actor in possessionem uere & ex secundo decreto. Et sic missus in possessionem habebit omne ius dominii uel quasi quod habuit, reus, imo reus postea non est audiendus, nisi non fuisset per cōtumaciam absens. ut in c.consultationibus de offi. deleg. cuius est hæc materia, & ibi glo. bona.

DE M ANTE O.

**MODVS** est moderamē dispositionis per appositionē oneris tāquam causæ finalis, ut patet ex legib. de ipso loquentib. Et dicitur moderatio ad differentiā conditionis, quæ non est moderatio, sed suspensio dicitur tanquā causæ finalis u.g. promitto, uel lego ut illud facias, nam si dico promitto ut illud facias, tūc non esset illud per modum causæ, sed alterius dispositionis, & hoc capiendo modum specialiter, sed generaliter est omnis dispositio, uel qualitas adiecta dispositioni. l. obligationum. §. modus. ff. de actio. & obliga. Fit autem modus per illas dictiones, ut dummodo. ne. i. ut non &c. Sed quia facit causam, & si conditionem, ut supra de condit. Nam modus significatur per omnē dictionem, uel orationem ex suo proprio significato, uel alias moderationem importantem. u.g. dono uel lego equum, ut des illi equam. C. de his quæ sub mo. leg. relin. l. 2. & l. cum ab eo. ff. de con trahen. emp. ibi ueluti seu hoc modo, ubi dicitur ꝙ si emendo fundum pignori obligatum a te, quo modo dicam ut liberes, tunc liberare teneris. Et sic modis fit per dictionem ut. Etiam in dictione dummodo eadem est significatio. ut d. l. cum ab eo. Idem est in aduerbio ne, ut dicendo. Titium hæredem instituo, ne fideicommissæ ex testamento sempronii retineat quia dictio ne exponitur pro ut non, ut sensus est ut non retineat l. cum pater. §. titio uersi. plane. ff. de leg. 2. Idem in præpositione ad ut dicendo. Lego illi mille ad monumentum meum ædificandum, quia sensus est ut ædificet monumentum. l. quibus diebus. §. fin. ff. de condi. & demon. Idem in dictione prout lego decem procura corporis mei sustinenda. l. lucius. §. fin. ff. de legatis. 2. Idem in præpositione id, ut dicendo, in cura corporis mei, in monumento faciendo &c. Sed si diceretur, lego

uxori meæ in tempus libertorum tunc faceret conditionem. Item in dictione nomine ut dicendo, nomine dotis puellarum pauperum uel redemptionis captiuorum lego, &c. ubi non significantur conditio, sed modus. l. nulli. C. de epis. & cler. Ratio. quia captiui super sunt capti, & puelle semper sunt paupe es. S cus si relinqueretur nomine dotis certæ personæ, uel redemptionis certæ personæ. quia tunc faceret conditionem. Et idem omni alia parte orationis quæ ad hoc significatum potest adaptari ex se uel subiecta materia.

MODERATIO importat diminutionem. Et sic no. pro statutis quæ dicunt de moderatione pœne ad arbitrium potestatis. quia moderatio importat diminutionem ita Fely. capitulo ex literis contraxi, uersiculo fallit secundo & uersiculo tertia declaratio, colum. 13. de constitutio.

MODVLI dicuntur quædam formule, & mensure cementariorum per quas modi & quantitates lapidum comprehenduntur.

MONACHVS est unius animæ custos a monos quod est unū & icos custos. Et dicitur fieri de regula c. 1. eo. ti. lib. 6. Dicitur etiam creati. c. ulti. eo. ti. Et dicitur recipi. c. indemnitatibus. §. si uero. de ele. eodem li. Item dicitur ordinari 16. q. ult. c. fin. Et est mundo mortuus, Deo uiuens extra claustrum sicut piscis extra aquam, in uita spiritua. li subsistere non potest 16. q. 1. placuit. Et non pōt habere proprium. de statu. mo. c. 2. & c. cum ad monasterium ubi habens prop ium in morte sepeliri debet in ste qui. linio. Item non potest esse aduocatus in causa c. 1. & 2. de postu. Nec procurator nisi consentiente abbate & in utilitatem monasterii quæ duo debent cōcurrere. 16. q. 1. monachi & c. religiosus, de procurato. in cle. Et nōt. Lud. de Roma quod ēt nec pro amico sui monasterii nec pro laico secundum Inn. in c. cum l. & A. de re iud. nisi habita licentia, ut supra. Item non potest deferere prioratum uel administrationem sine licētia abbatis c. porrecta. de confirma. uti. uel inuti. & c. 2. de statu mon. Sed potest se transferre adstrictiorem regulam petita licentia, licet non obtenta c. licet & c. non est de regula. & l. qui prætextu. C. de sac. sanct. eccle. ubi glo. Sed ad latiorem regulam non potest ire sine licentia Papæ imo secundum Ludo. de Rom. inter pares est multū dubium cuius licentia tunc requiratur. Inn. in c. fi. de renun. Archi. 16. q. 3. statuimus. Io. An. in c. si religiosus de ele. lib. 6. & c. 2. de test. eo. lib. in nouel. Pau. de Leaz. in cle. fi. de elec. Lapus abbas allegatione. 62. & c. 30. uariam. Lu. de Roma. dicit suo uideri quod requiratur licentia abbatis non enim sufficit habere a priori conuentuali, quia pater totius ordinis est abbas. Dubium tamen facit c. fin. de pact. lib. 6. a simila ione & gloss. in c. cum singula. da præben. libr. 6. Hæc Ludo. de Rom. in singu. suis. Item in refectorio carnes edere non possunt c. cum ad monasterium præalleg. Quidam tamen monachi secundum quosdam ar. a contrario sensu, extra refectorium possunt, quod non est uerum nisi ex causa, ut propter infirmitatem uel debilitatem, ut not. Fran. Zabare. in d. c. cum ad monasterium. prealleg. adhuc quidam instant contra. per c. regulæ. 29. distin. ubi dicitur ꝙ a carnibus quadrupe-

drupedum debeant se abstinere, & sic permitti uidetur de bipedibus perdicibus, gallinaceis & c. Host. dicit quod huic intelle&ui contradicit ratio naturalis ut prohibitio de quadrupedibus, fortius intelligatur de bipedibus de quibus est maior ratio. Secundum hoc dixit de quadrupedibus propter cõmunionem frequentiam talium. Illi dicunt quod propter minutionem concedi potest quibusdam monachis usus carnium. Et dicit Vincentius reuelatum per Angelum, qui minuit. 13. Februarii non morietur illo anno ex febrili distemperantia.

MONETA adulterina .i. falsa. C. de fal. mone. l. 2. sicut & scientia non uera dicitur adulterina, ut in proe. ff. forum. §. hæc autem.

MONETE falsarius qua pœna puniatur uide Panor. in c. quanto. in 2. col. uer. uenio ad glo. de iureiu. & adde quod debitum contractum in quantitate debet solui secundũ monetam quæ erat tempore contracti debiti, uel si non reperitur, soluẽda est ipsius æstimatio, & hoc procedit ex quacunq. dispositione contractum sit debitum. Pan. in c. olim uer. item no. de censi.

MONAGAMVS est uir unius uxoris. sicut bigamus duarum uxorũ. Require sup. a Bigamus.

MONAMACHIA. Reqre sup duellũ.

MONOPOLIVM est alicuius negotiationis aut officii superioris unica exercitatio cum prærogatiua, & singu. inito pacto. uer. g. a. causa negotiationis aliqui inter se paciscuntur ne possessio aliqua pretio minori uendatur quam ipsi inter se constituerunt, uel uenditores panis, uel cuiuscunq. negotiationis inter se pacti sunt, ut rem aliquam uernalem utilem, & necessariam reipublice non dent pro minore pretio quam conuenerunt uendere, uel ne aliquos instruant in arte sua nisi filios uel nepotes, ut ipsi solum commodum artis uel negotiationis faciant, & habeant. Isti enim dicuntur monopolium exercere, & grauissime puniendi sunt quia directe huiusmodi conuentiones sunt contra principem. Et dicitur secũdum Azo. a monos quod est unum, & polus id est ciuitas, quasi una negociatio in ciuitate, uel societas una ex pacto. & inde dicitur monopolia pluraliter a monopolis, & est qui uult esse solus in ciuitate uenditor scilicet is qui impetrat, quod sibi soli liceat in ciuitate aliqua speciale uẽdere emere, uel facere, uel monopole sunt qui impetrant quod ipsius solis liceat huiusmodi facere, etiam in uendendis rebus certum pretiũ statuere, contra quod nemini liceat uendere. Vel dicitur monopolium a monos, & poleo, idest uendo quasi uno modo facienda uel ditio, & talia commercia sunt prohibita. C. de mono. & illi. commen. nego. l. unica. Eodem modo binopolium dicitur a binopolis, & binopola quasi bino modo facienda emptio.

MONS dicitur a mouẽdo per contrarium, quia non mouetur, ex figura antiphrasi, sicut bellum, punctus lucus, & similia sciendum Bar. in tracta. Tiberiadis. 1. 2. 3. charta uer. est autem mons.

MONIALIS est quæ professa est se uelle uiuere secundum regulam beati Benedicti. Basilii, uel Augu. c. perniciosam. 18. q. 2.

MONVMENTVM est illud repositoriũ in quo mortui reponũtur, scilicet sepulchrum sine corpore. Et dicitur a moneo, quia extat ad memo-

memoriam defuncti, l.monumentum ff.de reli. & sumpt. fune.

MORBVS est habitus cuiuscunque corporis cōtra naturam, qui usum eius ad illud facit deteriorem, cuius causa nobis natura sanitatem dedit, siue in toto corpore ut febris siue in parte, ut cecitas.ff.de ędili. edic. l.1.§. sed sciendum. ff.de iud. l.1.§.sed quæsitum.

MORES dicuntur frequentes actus hominum secundum Ioan. Theu. in prin. d.cle. in glo.& 1.dist.mos.

MOS secundum Festum de uer. sig. est institutum patrium pertinens ad religionis cerimoniasq. maiorum.Ex quibus uerbis apparet morem obseruationum quandam esse non lege, sed iudicio & opinione confirmatam. uide Budeum in anno, ad pandectas.ff. de iust.& iu. in l.ius ciuile.

MORES alicuius sunt requirendi in loco ubi diu ille fuit uersatus.Panor. in c.scriptum. in 5 not.de ele.

MORBVS sumpticus alias sonticus est qui cuique rei nocet. ff. de uer. sig.l. morbus, & dicit glo.ibi cuiq. rei agendi, ut ff. de ædili. edict.l. finali.§.fina.ff.de re iudicata l.quæsitum.

MORTVVS est rebus humanis exemptus de offi. dele. quamuis &c. si delegatus. eo.ti.li.6. Vel est uia uniuersæ carnis ingressus c. p.si sub subdelegato eo. titu. & lib.Vel de medio sublatus c. licet.eo.titu.natu medium dicitur hæc uita, & quare sic dicatur no. 13.q.4. hæc autem uita, ut supra.Dicitur autem quis mortuus sex modis,Primo spirituali, & sic dupliciter scilicet.bene. & male.Bene dupliciter.Per baptismum & pœnitentiam de conse. dist.4. ut ostendet.de pœ. dist.i. multiplex. Male tripliciter. baptizatus, ab ecclesia tñ unitate diuisus, de cōse.di. 3.Xps. Secundo baptizatus in ecclesia unitate consistens, tamen criminosus 3. q.4. hi qui ubi dicitur. Nolo mortem peccatoris &c.c. canoni. ea. cau.q. 5. Tertio baptizatus & æternaliter damnatus de conse. dist.4. filius. Secundo ciuiliter, ut ab hostibus captus seruus effectus, libertus in seruitutem ob ingratitudinem reuocatus. Et dicitur econtrario uiuere, qui immaniter occisus est pp fidē Xpi, quare mors sanctorū frequenter dicitur ab ecclesia natalis eorum quasi tunc ad uitam nati sint. Tertio seculariter,ut monachus. 16.q. 1.placuit.1. Quarto effectualiter,ut Paul.mortuus fuit, ut ait Mihi mundes crucifixus est, & ego mundo.26.q.1. qui Christo. Quinto carnalis, et sexto corporaliter, qui duo modi poni possunt pro eodē, & sic Lazarus mortuus erat 24. q.1. si quem forte. Et differunt mortuus et occisus l. proinde. ff. ad l. aquilinam quilibet mortuus non est occisus, sed econuerso, & ita hæc duo se habent ut genus & species & creditum & mutum. l.2. §. appellata. ff.si cer. pet. & simile inst. de iur. natu.§.lex. Et qui mortui nascuntur,neque nati,neque procreati uidentur lege.2. C.de postu.hære.institu.

MOVERI controuersia dicitur non solum agendo, sed etiam resistendo.l.non solum.§. si status,& ibidem gl.C. de procu.;& per Dyn.in §.omnium.insti.de actio.

MORTIS causa donatio. Require,supra donatio.

MORS ciuilis equiparatur naturali in casibus a iure expresśis glo. mag in c. susceptum,de rescri.in 6. &gl.in c. placuit. 16.q.1. Vide tamen an & qñ equiparantur, per

Bar.

Bar. in l.ex ea parte. §. in insulam. ff.de uer.ob.Inno.& Anto. de But. in c. licet,de offi.dele.& Fely. ibidē in 1.col.

MORS ciuilis an & quib. casib.equi paretur morti naturali uide Pan. in c.cum sis de conuer. coniuga.

MORTVARIVM dicitur quod quis reliquit in morte,ut no.in cap.conquerente de offi.ordi.

MOLIRI est conari,cap.quia ex eod. de pa.lib.6.

MINVS not.Pau.in commento decretalis,& si unanimiter, d. postu. præla.

MOS est longeua cōsuetudo, de moribus tractatus in c.mos autem distin.1.uel secundum Isido. mos est consuetudo uetustate præscripta & de hac dictione no.in l.pē.& in aut. consequenter. C. de sent.& interlo. om.iudi.

MOTV propria gratia fieri censetur qñ hoc expresse cautum est in eadem, nec sufficit si probatur pro papa motu proprio fecerit, nisi contineatur in literis ca. si motu proprio,de præben.lib.6. & ibi concor. in glo.fi.

MORTENVS id est a mortem. 23.q. 5. notificasti te morte tenus infirmatum.

MOX qualiter capiatur est gl.in cap. quia propter de elec. super uerbo. mox,& in l.1.ff.si cer.peta.

DE M ANTE V.

MVCRO est uitium panis,unde dicitur.Panis muce scit, uel mucidus fit.

MVCRO est ensis,de hoc uide Archi.in ca.fi. de exce.libr.6. Et sumitur quandoque pro excommunicatione,ut 26.q.1.c.uisis, ubi in fi.dr. Felic. mucrone episcopi, sacerdotum piacula resecantur. i. salubri excommunicatione episcopi sacerdotum crimina puniantur.24.q.3. corripiantur.

MVLCTA est animaduersio uel pœna pecuniaria arbitrio iudicis inflicta,ad correctionem malorum morum, pœna autem est certa imposita a lege, quam quisque in gl. super uerbo, uel tertio. C. de ser. fu.in l.mulcta. ff. de condit. & demon. ubi gloss. dicit quod sit pœna extraordinaria pro arbitrio & ibi a testatore imponitur. Dicitur autem mulcta illa pœna quæ non est a lege statuta uel expressa, nam iudices in pluribus casibus legibus non scriptis sic mulctare possunt litigātes. Ex hoc patet differentia inter mulctam & pænam. Nam pœna generaliter sumitur tam pro pœna pecuniaria, quam pro pœna corporali seu capitali, sed mulcta pro pœna pecuniaria, & per sententiam a iudice irrogata, unde bene appellatur a mulcta non autem a pœna.l.si qua pœna. ff.de uerbor.significa. Item mulcta non inducitur nisi a maioribus magistratibus,sed pœna a quolibet iudice.

MVLIO est custos multorum, unde mulio agit multos, sed agaso ducit aselos.l.idem iuris. ff.ad.leg. Aquiliam.

MVLCERE est lenire, placare uel blandiri.

MVLIER, dicitur mollitie mentis, & ideo uarium & mutabile testimonium profert. facit gl.in c.fortus.extra de uerborum significationib.

MVLTIFARIAM.i.multis modis.ff. de incen. rui. & nau.l.ne quid. sic plurifariam. i. pluribus modis. ff. de in integ.rest. l.1.Item trifariam & omnifariam,ut ff.de mun.& ho. l.fi. §. hæc omnia. & C. de cōn. & com.

com.stipula. optimam.

MVNICIPIVM est oppidum in Italia uel in prouincia aliqua constitutum, in quo pacis obseruande causa milites constituti erant. Si autem in municipio nati sunt non minus di cuntur municipales, ut l.municipes. ff. de uerb.sig.

MVNICIPES dicuntur qui cuiuscun que municipii, maneriei loci ut tenent custodiam. Et dicitur a mune re & capio, non obstante ꝙ munus non capiatur, Et tñ municipes dicun tur qui in eodem municipio nati sunt, ut l.municipes.præalleg.Vel dicuntur qui in municipio faciunt munera, sed abusiue.

MVNICIPIVM est ciuitas. & munici pes cuiuscunq. ciuitatis ciues appel lantur. ff. ad l.iul.de am.l.1.

MVNICIPALIS honor est administratio reip. cum gradu dignitas siue cum sumptu, siue sine erogatióne contingens. ff. de mun. & hono.l. honor.

MVNICIPALIS magister dicitur ille qui preest municipibus.

MVNICEPS originarius dicitur ab origine patris, non sua causa, ut in l.filius.C.de mune. orig lib.10.

MVLTOTIES & toties, no.Archi.19. q. 3. non est.

MVLTI dicuntur duo aut tres. c. in tratur, de conse.distin.2.& l.multis C.de lib. cau. Aliquando multi di cuntur uigintiquatuor disciplina 45.distin. quandoque quadraginta. capit. minus extra de clem.excom. Aliquando decem, ut in aut. de trien. & semis.in princ. Et quot faciant multitudinem, uel dicantur multi, uide late per Bar.in l.prætor. ff. ui. bo. rap. Et an duo dicantur multi uide. Abb.in c.ad nostram de reb.eccl. non alie. Et qui dicantur pauci, uide capitulo latores, de cle. excom.min.

MVLTIPLICATIO est quando dispositio iteratur seu multiplicatur, uer. gra. testator pluribus hæredibus institutis legat ab uno decem titio, & ab alio decem, & sic de aliis a quolibet hærede decem insolidum debētur. l.si pluribus. §.1. ff. de leg. 1. quia significatum sumi tur ex multiplicatione dispositio nis, iuncto quod qualitas est multi plicabilis, ideo ex qualibet dispositione debetur quelibet qualitas adiecta. Item ibi, testator ab hære de instituto legat decem titio, & si hæres non erit, substituit seium, & ab eodem legat decem idem titio, institutus non est hæres, & substi tutus tenebitur tantum ad decē ab ipso relicta uel ab instituto quod idem est, arg.l.licet.ff.de le.1.& l. seruo.§.si quis apud eod.titu. Ratio quia substitutio significat substitu tum esse appositum loco insti. Item testator legat decem titio in testa mento, & eidem titio legat decem in codicillis, singula debentur, qa multiplicatio significatur. l. quin quaginta. ff. de proba. Sed ibi testator legat decem titio in testamento, post in eodem testamento legat titio decem semel tantum debentur. l.plane.§.sed si, non. ff. de leg. 1. quia ex eodem testamento & eadem quantitate concludi tur testatorem quantitatem non uoluisse multiplicare, nisi euiden ter probaretur contrarium. Sed ibi testator leg. decem titio postea in eodem testō lega titio 15. utraque quantitas debetur. l. plane. præalleg. & a contrario sensu, cum dicit eadem, & est ratio ex diuersitate quantitatis. Secus si diceret, titio cui legaui. 10. uolo præstari 15. tunc enim 15. tantum debentur Idem dic in contractibus, prout quodlibet probabile mediū cōcludit.

dit. Item multiplicatio deberi significatur, uerbi gratia numeraui tibi decem, & incontinenti stipulor. 20. illa debentur. l. si ita, ff. de noua. & dele. quia significatum sumitur ex stipulatione facta incontinenti post numeratione. Item ibi promitto tibi decem, tibi promitto. 10. bis teneretur, quia si intelligeretur de eiusdem promissio secunda esset frustatoria, ꝙ non est dicendum. argu. l. si quando. ff. de leg. 1.

MVNVS est duplex, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum est ꝙ in administranda republica cum sumptu sine dignitatis titulo subministratur. ut. ff. de mun. & ho. in prin. Et differunt munus & donū. quia munus est cum aliquid datur causa præcedente, donum uero sine causa. ut ff. de uer. signi. l. inter ponum. & cap. peccatum, de reg. iu. libr. 9. Et inquit Paul. in l. munus ff. de uerb. signi. munus tribus mod. dicitur. Vno modo donum. Altero modo onus inde immunitas appellatur. Tertio officium, unde munera militaria. Inde municeps qui numera ciuilia capit, unde dicitur. Det meritum munus, sed con fert gratia donum.

MVNVS cū causa datur, domum sine causa. De hoc etiam p Io. Andr. in glo. in c. accusatus, de here. lib. 6.

MVNIMENTVM est oē quo quis instruitur & munit, c. cū qui, de proba. & per Arch. in c quamuis, circa fi. de elec. in 6. & c. pia, de exce. in 6. idem dic de documentis.

MVNERA patrimonalia & mixta, ui de Soe. tit. de censi. & exa intracta. libel. §. nunc autem dicendum. uersi. quæ autem sunt munera. Item munerum alia sunt sordida ut arene fodiende, calcis coquende, quæ in dignitatibus constituti non cōseuerunt subire, Alia sunt sordida con trario modo se habentia.

MVREX est quoddam genus piscis, inde muragulus quasi legens murices. Sunt autem murices pisces ex quorum sanguinem fit attramentum imperiales in quo purpura tingebatur, secundum Accur. in l. 1. C. quæ res uen. non pos. Etiam conchilium est animal simile. & utrū quæ debet simul comburi et simulteri, ut ex eis fiant signa.

MVRGISO dr̄ ille qui in ers est & desidiosus, & hoc intellexit Vulpia, in l. 3. §. idem pomponius. ff. de edi. edic. licet in incorrectis codicibus legatur murionum.

MVRILEGVS dicitur seruus authoritate iudicis manumissus, quem dominus liberos grauando manumitti disposuit, liberi tamen mortuo parte seruum illum non manumittunt, & sic tanquam mus perforamina liberatur. i. libertatem consequitur, quia iuris potestate manumittitur. C. de murile. in rub. li. tit. secundum Accur. ubi dicuntur murileguli serui qui capiunt pisces qui dicuntur murices, ut supra & in illis seruis partus non sequitur matrem, sed succedit patri in offi. & in hoc est speciale, ut l. qui autem patrem. & l. hi qui. li. & titu. præalleg. & hoc de iure romano, secus autem de iure longobardorum, quia semper in deteriorem trahitur statum, ut si matrimoniū. Si autem cōcubinatus seruatur ius romanorum quod sequitur uentrem, insti. de inge. in glo.

MVSIO id est fatuus.

MVNIMENTA dicuntur probationes & instrumenta quæ causam muniunt, uide de elec. c. quamuis in gl. fi. libr. 6. alias monimenta dicuntur eo ꝙ monent & informant iudices quid facere debent.

MVNI-

MVNIFICVS, est ille cui quod officium est impositum, & res munifica dicitur quasi munus faciens l. 1. C. de prædiis & om. rebus nauicula lib. 11.

MVTATORIA dicuntur uulgo diuersoria uel fallonica quasi secreta edicia, & ponitur et pro uestimẽtis plurib. mutationum habentibus.

MVTVS est qui proprie loqui nõ põt §. item surdus. inst. qui nõ est perẽ. f. facere testamentum. & l. discretis. C. qui testa. fa. poss.

MVTATIO capitur pro uariatione in facto, uer. gratia testator legat scyphum uel poculum, & fit massa, uel econtra, legatum non perimitur, immo debetur massa poculo legato uel econtra. l. seruũ filii §. si procula. ff. de le. 1. quia non significatur uoluntas testatoris mutata, & qa proculi ad massam & masse ad proculum facilis est reductio & sic non est magna immutatio, etiã nec in estimatione est magna distinctio. Item ibi, testator lanam legat & inde facit uestimentum, legatum perimitur, l. lana. ff. de le. 3. quia ex immutatione rei, significatur uoluntatis mutatio. Et sumitur significatum ex hoc, quia lane ad uestimentum non est facilis reductio, & quia quo ad est mationem magna est dif. similiter quo ad adaptationem qa uestimentũ uni aptatum alteri uix adaptatur, & adaptatur, hoc fit cum magna diminutione sui sed ibi testator lanam legauit, hæres de ille uestimentum fecit legatam non perimitur. l. seruũ. §. item si lana. ff. de leg. 1. secundum intellectum gloss. ibidem. Ratio, quia mutatio facta per hæredem nullatenus significat uoluntatis testatoris mutationem. Et idem dic in aliena lana legata ponendo quod dominus ex ea uestimentum fecit, nam ex hoc nõn significatur, mutatio uoluntatis testamentori nisi alias appareat. Non est tamen dicendum quod debetur uestimentum, sed estimatio lane. Item ibi, testator legauit aream, deinde domum desuper edificauit domus debetur. l. serue filii §. si aream. ff. de leg. 1. quia area est fundamentum & pars potissima. Etiam quia testator modo uidetur in eadem remanere uoluntate, nec impositio edificii sufficit ad mutationem uoluntatis, immo quia uoluntas remanet in legato, & edificium sequitur suum significatum ꝙ testator legat domum. Item ibi, testator legat domum, domus ad aream reducitur, area debetur, quia legatum tenet in tota re & qualibet sua parte, ergo & si in parte perimitur, tenet tamen in parte remanent, hoc addito quo ex mutatione rei nulla significatur uoluntatis mutatio. Sed si testator legat domum quæ ad aream reducitur, deinde aree edificium imponit nihil debetur. l. si ita. §. si domus, in fi. ff. de lega. 1. Ratio quia alia domus est, & non est illa quam testator legauit. Item ibi, testator legauit nauem destruitur nauis, & extra eisdem tabulis reficitur debetur. l. si res §. areã. ff. de sol. Ratio quia est eadem nauis ex eisdem tabulis refecta.

MVTILARE esse aliquod membrum amputare, uel aliquod integrũ detrũcare. ut hoĩni manũ uel pedẽ uel aliquod membrum auferre.

MVTVVM est quod alicui præstatur, ut tempore suo reddat. Et dicitur quasi meo tuũ, unde est nomẽ compositum ex corrupto & integro, qa qđ meum fuerat mutuando tuũ facio. Vnde res q̃ ponderantur ut argentum, & similia quæ numerantur ut pecunia,

pecunia, & quæ mensurantur ut frumentum mutuari possunt, ut l. 2.ff.si cer.pe.§.mutui datio, ubi dicitur ꝙ mutui datio cōsistit in his reb. quæ pōdere, mensura numero ue consistunt instit. qui.mo.contr. obli.l.prin. ueluti oleo, frumento, pecunia numerata &c. Et licet usura sit quicquid accedit sorti in mutuo ex pacto uel intentione principaliter tamen in aliis rebus, puta uestibus, uel aliis nō in mutuo consistentib. ēt usura cōmittitur, ut 13.q.3.c. plerique & c. seq. usura est. Vbi amplius requiritur quā datur. Pro quo distingue duplicē usuram, ut infra, dicetur in litera V. Sed nunquid erit mutuum si qs oues ad mutuum dederit Rn̄de ꝙ non quia in mutuo inspicienda est natura est cōsuetudo rei mutuatæ. Nam pecuniæ consuetudo natura & aptitudo est ut ad numerum detur. l. 1. de contrah. emp. & uen. & sic de fruméto. Sed libri oues & similia, non dantur ad numerū, nec non pondus, uel mensuram eo ꝙ res mutuata non eadem sed consimilis reddi debeat & in hmōi rebus nō pōt omnimoda similitudo inueniri, ita ꝙ res semper omnino similis reddatur. Mutuum.n. dantes & nihil inde sperantes & c. de usu, consuluit, & c. nauiganti e.tit. in gl. & mutuum tripliciter potest recōciliari, ut no.gl.institu. quibus al.licet.§.licet si. & ibi.qui.mo.recon.ob.§.item is in glos. & differt mutuum a cōmodato, quia cōmodatum est de eadem re præcise mutuum aūt est de consimili restituto, ut no.gl.ibidē, & unde ibi aliam differentiā notatam, & mutuū etiā dr̄ esse triplex naturale tantum, s. quando fit numeratio sine stipulatione de soluendo, ciuile tantum quādo stipulatio interuenit de soluendo siue numeratione, ciuile & naturale quando numeratio & stipulatio interuenit.

## DE N ANTE A.

NANCISCI est aliquid acquirere cōsequi ual adipisci unde dicitur nactus sum illa.i. adeptus sum uel acquisiui eam.

NATVRA dr̄ multi modis qnque uis insita reb. similia de similibus procreans. Secūdo stimulus uel instinctus naturæ ex sensualitate ꝓueniens ad appetendū procreandu uel educandum. Tertio instinctus naturæ ex ratione proueniens, ut est gl. 1. dist. ius autem naturale.

NATVRALIS est filius ex concubina qui in domo propria tenetur unica quasi loco uxoris, & ita is ī bonis paternis ab intest. succedit in duas uncias paternæ substantiæ, si alii filii legitimi nec uxoris extet. in bonis autem maternis cum filiis legitimis succedit.

NATVS uiuus dr̄ q uocem emittit uel aliter descernitur esse uiuus, & habet formā hominis, scd̄m Bart. ī l. qd̄ dicitur. ff. de liber. & posthu.

NATALE dr̄ scriptura cum annis domini, & præconizata, quæ dicebat lucium esse natum ingenuum & sic in legendis sanctorum intitulatur natalis sancti Io. quando moritur quasi nascatur nunquam moriturus, uel dicitur prima natiuitas qui est de iure naturali, & oēm hominem dicitur liberū undē constitutum est nō officere manumissionem natalibus, i. genuitati inst. de inge. in fin. Item dicimus seruus iste restituitur natalibus. i. libertati quam habet ex iure naturali. ff. de na. rest. l. 2.

NATIVITAS est triplex naturæ gr̄e, & gloriæ. Naturæ prima est in utero

ro iuxta illud. Quod in ea natū est & c. firmissime de conse. dist. 4. natiuitas gratiæ est secunda quando quis renascitur ꝑ baptismū, iuxta illud. Nisi, quis renatus fuerit de nuo, & c. qui in maternis eadē di. Natiuitas gloriæ est quando depo sita uetustate pene homo nascitur ad gloriam. cap. post baptismum e. di. sicut mors sanctorum natalis di citur. c. sane. 34. q. 2.

NATVRA sumitur multis modis. Primo est ius insitum rei, similia de similib. procreans. Secundo est quidam instinctus nature ex sensualitate proueniens, ad appetendum, procreandum & educandum. Tertio est instinctus naturæ ex ratione proueniens. Quarto est ius naturale. i. ipræcepta naturali in prin. decre. §. ius autem, & ibi not. Aliquando na ura. l. consuetudo. l. 1. ff. ad maced. & ibi glo. in uer. natura, aliquando idem est quod possibilitas naturæ. l. si quis posthumos. ff. de lib. & posthu. Aliquando pro diuina scientia, l. sed & si. §. paterfa. ff. de iud. Aliquando pro naturali ratione insita a natura. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indeb.

NAVLVM est uectura siue pretium quod præstatur pro eadem facta conuentione inter uectores. i. uehendos pro mercede nauigationis cum illis qui nauigium exercent uel ducunt, unde Lu. de Ro. in singul. suis, dicit talem. Nauem conduxi, uel mulionem, aut galeam, ad portandum familiam meam. Quid si moriantur aliqui in naui, utrum pro illis natura debeat naulum uel pensionem habere. Subdistingue, si fit conuentio de illis ducendis, uel ad talem locum ddportandis tunc pro mortuis non debet solui naulum. Si uero fit de illis pactum in naui ponendis, tunc secus. Tertio dubitatur de nerbis tunc etiam debetur naulum, text. est fin. in l. si uehendā. in princ. ff. ad l. rho. de iac. Similiter dicetur de infante nato in naui. ff. lo. l. sed addes. § si quis mulierem.

NAVTA est qui ministrat in naui, uel ducit nauem eam gubernans, & ea quæ ad usum eius pertinent faciens. ff. nau. cau. stabu. l. 1. §. 2. ff. furt. aduer. nau. l. unica.

NAVTICVS tyberinus est qui naui uigat in flumine Romæ, uehendo in Romam uel extra uehendo ad castra, ut C. de nau. tyb. lege ad castra lib. 10.

NAVTICVM fænus est quod ꝓpter nauticam pecuniam uel quasi nanticam exigitur. ff. de nau. fe. per to. & C. eo. ti. l. cum proponas.

NAVTICA pecunia est quæ periculo creditoris in nauigio suscepto datur traiicienda. Sed quasi nautica est cum periculum mutuare pecuniæ in me recipio si aliqua conditio non existat, puta si piscator non capiat pisces et huiusmodi. ui de glo C. de nau. feno. in rub.

NAVFRAGIVM est naue fracta sub mersio rerum, uel corporum, & dicitur quasi nauis fragium. i. fractura. C. de naufra. lib. 11.

NAVICVLARII seu naucleri sunt q̃ transportant publicas species secundum Accu. C. de nau. pub. Spec. transpor. lib. 6. in rub. Et dicuntur etiam illi qui annonarias species a susceptoribus in prouincia accipere, & Romam uel in castra ubi erant milites deferre debeant.

NAVSOcomium est domus in qua iuuenes educantur.

DE N ANTE E.

NECESSARII. i. consanguinei instituti. de hære. qual. & diffe. §. sui.

NECESSITVDO ē parētela uł cognatio

tio.l. non est singulis.ff. de reg.iu. ubi glo.sic exponit.

NE prout quandoque capitur..ff.de acquir.pos. l.absenti.§.1.de hac dictione uide. C. de iudi.ui.tol.in autent.cui relictum.

NEC implicat sensum contrarium expresse, ut no.in l.iuris ignorãtie C.qui admit.in bo.poss.possunt.

NEGOTIVM est triplex, i. commune,publicum,& priuatum.Commune est quod pertinet ad dispositionem alicuius regionis. Publicum quod pertinet ad regimen alicuius ciuitatis, sed priuatum quod pertinet ad priuatam personam. Et istis tribus negotiis correspondet triplex dispensatio scilicet politica quæ consistit in prouisione pluriũ seu totius communitatis, & hæc docetur in octo libris politicorũ. Arist. Economica,quæ consistit in dispositione familiæ,& habetur in duobus libris economicorũ Arist. Et monastica uel ethica quæ consistit in regimine sui ipsius tantũ, & illa tractatur decem libris ethicorum eiusdem.

NEGOTIORVM gesto. dicitur qui negotia sine mandato gerit.inst.de obligatio.§.1.

NEGOTIATIO est in commerciis,sicut negotium in dispensatione,unde tam negotiatio quam negotium aliquando significat actionem alicuius rei, cuius contrarium est otium.Aliquando actionem causæ, quod est iurgium litis, & dicitur quasi negans otium.c. forus. §.negotium de uerb.sig.

NEGLIGENS dicitur quasi nec legens secundũ Isid. lib. 10.ety.in 2. lib.de negligentia. c.ad secundum, & uide Ioan. And. in c.cupientes. §. ꝙ si per uiginti. extra de ele. ubi ponit differentiam inter negligere & contemnere.

NEGLIGENTIA est eius quod fieri debet uel potest omissio.

NEGLIGENTIA in prælato est peccatum mortale. Panor. in c. nihil in 1.col.uers. quo ad secundum de præscrip.

NEGATIVA apud iuristas est improbabilis, ut 6.q.ult.accusator. C.de proba.l. actor.de elect. bonæ memoriæ.i. ubi dicitur. Negantis factum nulla est probatio,subaudi recta, quia quod nihil est,non cadit in sensum. Vnde sciendum ꝙ multiplex est negatiua scilicet facti,dicti, iuris, qualitatis, & quædam pura. Vnde negatiua facti duplex est scilicet pura, quæ habet determinationem temporis, loci uel alterius rei, puta quia est coarctata ad certas ad personas de qua è casus in c. tertio loco,de probat. ubi coarctatur ad ꝑsonas capituli. Et illa probari potest indirecte, uerb.gr. si instrumentum exhibeatur continens stipulationem factã tali die uel loco, ar. c. ex tenore, de test. Aut non habet aliquam talem determinationem, & tunc probari non potest directe uel indirecte. Vnde onus probandi transfertur in aduersarium,et hoc ideo ꝗa negatione an non sunt cause nec circunstantie, quæ sunt necessariæ in probatione, ut si quis dicit nunquam contraxisse cum berta, uel non cognouisse Bertam, quæ dicitur negatiua explicita de fri. & male.c. 1. Vel dicitur negatiua positiua.Est enim positio negatiue implicita, ut pono quod in electione tantum quatuor canonici præsentes fuerunt, ut in c. cum Ecclesia de caus.pos. & propr. quas positiones negatiuas iuris rigor repellit sed æquitas admittit,si iudici uidebitur,ut c.1. de confes.li.6. Etiam ibi, si aliquis dicat se esse non cita

tum. Et negatiua facti mixta dicitur, quæ cum affirmatiua implicita miscetur, vt illa quæ habet affirmatiuam implicite, dicendo. Ego non renuntiaui sponte, quasi dicat renunciaui coactus vel inuitus. Et hæc debet probari ab eo qui negat. c. super hoc. de renun. Sed negatiua iuris probari potest, vt si dicat quis alicui. Non potest esse testis, debet hoc probare. Similiter si negetur emancipatio rite facta, negans iuste factam, debet hoc probare, q non sit facta de iure, sed contra ius. in l. ab ea parte. §. i. ff. de proba. vbi dicitur, ab ea parte quæ dicit aduersarium suum ab aliquo iure prohibitum esse specialiter lege vel constitutione, id probari oportere. Item respondet, si quis negat emancipationem recte factam, probationem ipsum præstare debere.

NEGATIVA vero qualitatis duplex est. i. aut qualitatis intrinsece, aut qualitatis extrinsece. De qualitate intrinseca, vt cum homo nascitur, tunc præsumitur negatiua, nisi probetur affirmatiua. Vnde si negetur scientia probandum est hoc examinatione iudicis, de præb. c. cum secundum apostolum. Si ætas per aspectum corporis. Si illegitimas, aut ergo is, cui illegitimas apponitur, est de hoc infamatus, & tunc cogitur se purgare. c. bonæ. præalle. Dicendo ergo. Ille non est idoneus, non est legitimus, non est soluendo &c. probari debet ab eo qui dicit, quia quilibet præsumitur idoneus, bonus &c. nisi contrarium probetur, de præsump. dudum. de seru. in or. fa. c. vnico. & nisi ius præsumat in contrarium. ff. de do. inter vir. & vxo. l. quintus. ff. de proba. l. si pactum. & l. si chirographum. Etiam iudex qui habet ex officio suo cuncta rimari. c. iudicante. 30. q. 5. & 23. q. 8. occidit, de off. deleg. super quæstionum. §. intentionis potest, & debet, si viderit expedire interrogare super negatiua argumen. est. ff. de inter. act. l. vbi cunque. & e. cum Io. de fid. instru. vbi iudex facit interrogationem quam etiam pars facere non poterit, cum esse in causa conclusum faciunt not. per Hostien. & Innoc. in c. super his. de accusa. maxime super negatiua, vbi agitur de salute vel periculo animæ argum. de re iud. c. lator. ad fi. Ex prædictis elicitur q quis in iudicio excusatur a respondendo positioni negatiue, ideo quia qui negat non ponit, sed remouet, siue sit negatiua implicite siue explicite, q̄ faciunt hæ dictiones, tantum solum &c. Spec. in tit. de po. §. 8. sic probat neutram prædictarum poni posse. Nam positiones succedunt in locum probationum. vt in auct. de his qui ingredi. ad appo. §. fin. vnde id solum veniet in positione quod in probatione. Sed negatiue (ut prædicitur) nulla est directa probatio, ergo nec positio, & dat Bald. rationem, quia responsio ad positionem fit ad reuelandum ab onere probandi. Sed positiones negatiuas non habet necesse probare, ergo non ei est respondendum. Et ita dicit sentire gloss. in l. 2. in §. quid obseruari. C. de iur. cal. Si uero habet & necesse probare, tunc deberet responderi, ut in cap. primo, de confess. lib. 6. Item dicit negatiuam positionem esse in qua ponitur dictio absque. ut not. Cy. in l. actor. C. de prob. in 3. q. Hoc uerum quando ista dictio absque uenit ad exclusionem alicuius affirmatiue, & ita ex se non implicat affirmationem, secus si implicaret illam, uerb. gr,

pono q heri fui absque eo q litium tali die percuterem, quia tota die fui absens alibi, nam talis positio non dr mera negatiua, quia oritur ex affirmatiua. s. fui alibi. Et hoc tenet Spe. in titu. de pos. uidendum. uer. 8. fa. no. institu. de inuti. stip. §. item uerborum. Item quia ponens illud, qd ponit, si negatur, necesse habet probare. l. actor. præalleg. quæ est canonizata. 6. q. ult. accusator. in qua dicitur. Accusator quod asseuerat, profitendo proba re se non posse, reum necessitate monstrandi contrarium non astrin git cum per rerum naturam factum negantes probatio nulla sit. Et sicut. præpositio negatiua (ut prædi ctum est) sic etiã positio negatiua est triplex. s. facti iuris. & qualitatis. Et facti duplex. s. simplex & pura quæ non habet determinationem loci temporis uel rei consimilis, ut illa pono me non cognouisse Bertam. c. 1. de fri. & maleh. & cap. De tali etiam in cap. cum ecclesia de cau. pos. & propr. Et talia impura uel mixta, uidelicet quæ est certo loco coacta, ut in c. proposuisti. de proba. ubi per loci inspectionem probatur non cognita. & habet in se sensum affirmatiuum implicitum, ut non cognita. i. uirgo. Et di cit Bart. de sax. in l. quicunque præ allegat. se semper defendisse quod qui proponit negatiuam, debet cau sa probare etiam si non sit coarcta ta loco uel tẽpore, quia intelligitur coarctata persona proponens. per cap. plerique. 2. q. 7. ubi boni uiri suf ferunt peccata aliena, & tacent quæ sciunt inducibus probare non possunt. Et hoc ipse idem conclu dit. C. de ser. fug. l. quicunque præal leg. Ponat actor quicquid uelit af firmatiue uel negatiue pro inten tione sua fundanda, hoc probare debet. Nota q antiqui Doct. negatiuam probari non posse intellexere per testes. Sed hodie potest iudex admittere positiones negatiuas quæ non possunt probari nisi per confessionem aduersari, si saltem hoc uideatur equum & ex pediens. De hoc de temp. ord. c. dilectus. de æta. & qual. c. ult. & gl. antepe. in c. 1. de confes. lib. 6.

NEPOS est filius filij uel filiæ, sed neptis filia eorundem. Etiam nepos capitur pro filio fratris. c. 2. de arbi. & c fundamenta. de elect. li. 6.

NEPOS posthumus est qui post mortem aui natus est superstitie suo patre. Neophytus dicitur nouus in fide. 44. dis. quoniam a neos quod est nouum. & phytos, quod est fides. Item dicitur nouus in religione. ea. dist. sicut olim. Et prohibetur talis ordinari duabus de causis, ut ponit Goffr. in sum. de tem po. or. cap. sequitur. Imo neophytus dicitur a neos, quod est nouus, & phyton, planta seu germen quasi dicas nouam plantam, seu nouum germen.

## DE N ANTE I.

NIHIL quandoque est aduerbium negandi. i. non. ff. ad leg. Aquil. l. qui foueas & C. de contrah. empt. l. cum ipse. Quandoque id est non omne. ff. de acqui. poss. l. naturaliter. §. nihil. & C. de nat. libr. l. fin. Aliquando nihil id est nullum. init. de bo. libr. in prin. Aliquando id est perum. C. de com. pec. l. cum allegas. lib. 12.

NISI quot modis capiatur, uide per Dyn. in regula peccati libr. 6. & l. actione. C. de transa. Nam quando dictio nisi, sequit negationem, tunc stat inclusiue, & sic ponitur respectu excipiendi, ut in ca. postulasti,



Nemesis· quid sit; uid. Giet. in summ· lit. H.

& in c. sedes. de rescrip. capi. Romana. uersi. 2. de ap. lib. Si uero praecedit affirmatio & hoc respectiuo excipiendi, tunc priuat. c. 1. de ap. c. si uero, de sen. excom. cum sim. Item & si adiicitur rationi affirmatiue, priuat. de test. ca. de test. in fi. Quandoque nec ponit, nec priuat 2. q. 1. Haec est ratio, nam oratio praecedens non complectebatur illum casum. Interdum ponitur pro sede. 28. si deinde. Quandoque pro si non ut c. praeterea. 2. de ap. c. & c. quicunque, de sen. excom. li. 6. Vnde quãdo ponit nisi de sententiis & ultimis uolunta. uidetur inducere conditionem, secus in contractibus. De hoc uide per dominum Dyn. ubi supra. Et dicitur nisi componitur ex ui. i. & non si quasi si non. Et sumitur tripliciter. Primo conditionaliter. Secundo exceptiue. Tertio bis modis simul. Item conditionaliter tripliciter, uel quo ad resolutionem, uel quo ad dispositionem, uel quo ad emptionem. Quo ad resolutionem ibi, uendo tibi fundum pro decem nisi alius intra mensem attulerit meliorem conditionem. Nam uenditio puta solutio conditionalis quia resoluitur uel rescinditur si alius infra mensem attulerit maius pretium, sed non stabit, uenditio n. l. 2. §. si in diem. ff. pro empt. Item ibi lego decem nisi nauis ex Asia uenerit infra mensem, dispositio est conditionalis, quia sensus est, si non uenerit legatum ualeat & perficiatur. Similiter ibi lego nisi noluerit dispositio conditionalis est, & legatio conditionale, & est sensus, lego si haberes non contradixerit, seu reprobauerit, sicut apposita conditione, si capitolium non ascenderit. l. fi. ff. de condi. institu. Item ibi lego decem, & adimo nisi nauis ex Asia uenerit, ademptio conditionalis est, & sic est sensus, adimo legatum, & nolo tenere ipsum si nauis uenerit, & quia ademptio est sub condi. uidetur datum sub contraria conditione. l. quibus diebus. §. qui titio. de condi. & de. Significatur etiam exceptiue quando eximit seu tollit aliquid quod est in oratione praecedenti, ut nõ sit idem ius uel idem affectus. Et hoc dupliciter, ut praemissum est. s. affirmatiue post orationem negatiuam, & negatiue post orationem affirmatiuam, ut nullus homo currit, nisi Socrates, omnis homo mouetur, nisi Plato. facit l. 1. C. de transac. & l. si eum. in fin. ff. si quis cau. cum ibi nota Item in praedictis ubi refertur ad resolutionem & ademptionem facit conditionem. Et significat etiam aliqualiter exceptiue, & sic conditio significant, & exceptiue simul.

NIHILOMINVS, & nihilomagis differunt quia primum includit affirmationem secundum negationem. ut institu. quib non est permis. face. test. §. 1. in glo.

## DE N ANTE O.

NOCERE proprie dicitur qui nocet personae non rebus. ff. de his deie. uel effu. l. §. huius autem.

NOCET exponitur. i. non prodest in auth. de app. in princ. col. 4. quandoque id est nocere potest. de sta. libr. l. Labeo, in prin.

NOMINATOR, id est elector officialium, ut C. de peri. nomina. l. 1. & 2. lib. 11.

NOMEN quandoque idem est quod ius debitoris, ut ff. de re iud. l. a diuo pio, ubi dicitur, quod primo debent uenire. i. uendi mobilia, secundo immobilia, tertio nomina. ... id est

id est iura debitorum condemnatorum & specialiter in.§.sic quoque. & seq. Item quandoque nomē idem est quod fama, ut dicendo. Melius est habere nomen bonū quam unguenta preciosa. Eccl.7. Etiā qnque capitur pro nomine rei proprio, uel appellatiuo, & sic dicitur. Nomen consonans debet esse rei 21.di. cleros. de præben. cum secundum Apostolicum. insti. de do. §. est & aliud genus. 27.q.1. si cupis de nomine proprio dicitur quod similitudo nominis inducit affectionem ff. de leg.2.l.cum filius.§.pater, iuncta gl. & ff. de leg.1. si quis in fundi uocabulo ubi dicitur quod de nomine proprio non est cura uel de cognomine, dum in substantia non erretur, quia nomina hominum mutabilia sunt, rerum autem immutabilia.

NOBILITAS secundum Bart. de Sax. fer. in tract. de nobile, quem composuit circa l. si ut proponis. C. de digni. lib. 12. ponit quatuor opin. de nobilitate quos reprobat, Nobilitas est qualitas illata p principatum tenentem, quæ quis ultra honestos plebeos acceptus ostenditur. Primo dicitur qualitas, quia potest adesse, uel abesse præter subiecti corruptionem. Nam mulier plebeia nubens nobili nobilis efficitur. l. mulieres. C. de digni. l. fœmine. ff. de senat. & his quibus imperator de nouo concedit dignitatem, ut in eo. tit. prealleg. Ita mulier nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis, sicut ille qui propter delictum perdit dignitatem. l. quoties. & l. iudices. C. eod. tit. Et sic in aliquo tempore quis est nobilis in alio ignobilis, imo in uno loco, & non in alio, ut sarracenus nobilis captus à Christiano, est ignobilis, & seruus, & econuerso. Dicitur illata, quia nullus a seipso pōt habere dignitatem uel nobilitatem sed oportet quod per alterum cōferatur, imo qui sua auctoritate assumeret, in crimen falsi incideret, ut in l. Iuliam Maiest. ff. de fal. & de reg. iur. c. 1. lib. 6. Vide not. per Bar. in l. reddatur. C. de profes. & me. lib. 10. & in l. 1. C. ut dige. ordo seruetur. & Bald. in l. data opera. in 17. col. C. qui accus. non poss. ubi ponit de nominante se comitem qui non est, & de creante notarios cum non habet potestatem. Etiam quia diuitias confertur, in alium ex mera gratia concedentis scilicet principis qui non recognoscit superiorem, alias enim superior coget inferiorem, ut daret dignitatem si esset ex debito, Possunt tamen præcedere aliquæ causæ ex congruo impellentes concedentem, ut sunt uirtutes & actus uirtuosi. ff. de origi. iur. l. 2. in pen. & ult. colum. Dicitur per principatum tenentem, sed principatum omnium tenet Deus, qui quandoque nobilitas & dignitates temporales immediate instituit, quandoque alius princeps nō recognoscens superiorem in temporalibus. Nam baro qui non est miles potest certo casu facere militem: licet contrarium not. Cy. in l. 3. C. de hære. inst. & Bart. in l. fin. C. unde lib. ubi dicitur quod qui non est doctor, non potest facere doctorem. nec militē qui non est miles. Possunt tamen reges uel duces, extra regnum suum in alienis partibus facere milites, quia ea quę sunt uoluntarie iurisditionis (ut est facere militem) possunt exerceri extra territorium. l. 1. & 2. ff. de offi. procon. & le. Dicitur qua quis ultra honestos plebeios, quia plebeiorum, quidā sunt honesti quidā uiles. l. mulier. C. eod. tit. licet. Ergo

V 3 bone.

uelle. Alii tamen ponunt differentiam dicentes ꝙ non uelle significat priuatiue.i.non esse uoluptatē seu motum uoluntatis. Sed nolle significat positiue.i.esse motum nō fieri,uel non obtinere illud de quo quæritur. Et per hoc dicunt doct. quod si hæres deliberando de adeundo dicit se non uelle adire, hæc uerba non significant repudiationem, quia non uelle adire est non habere motum animi adeundi, non autem per hoc sequitur quod repudiet. Secus si dicat, nolo adire qa sensus est ꝙ habet motum animi ad non habendam hæreditatem, & ideo significat repudiationem.facit l.filii.§.1.ff. ad tertul. propter hoc dicit lex quod iter uelle & nolle est medium scilicet non uelle & nolle l.1.§.sciētiam.ff.de tribu.ac.& hoc de proprio significato uerbi, sed ex circunstātiis possunt recipi alia significata.

NOSOCOMION locus est constitutus propter pauperes egrotantes & languentes in quo infirmis alimenta subministramus de eo meminit imperator in l.illud. §. 1. & in l.pen.C. de sac. sanc. eccle. & in aut.de alie.& emphy. §.emphyteosis.uer.& hoc quidam, quamuis in aliquibus codicibus mēdose legatur nosocomium, cuius meminit etiam Diuus Hierony. dum inquit. Quæ habere poterat, distribuit dilapidauit ac uendidit, & in pecuniam congregatam usibus pauperum præparauit. Et primo omniū nosocomion, id est languētium uellam instituit, in quo egrotātes colligere de plateis, & consumpta languentibus atque inedia miserorū membra resolueret.

NOTA est idem quod infamia l.2.ff. de his qui not.infa.

NOTE sunt signa scripta quibus aliquid significatur,nō tamen sunt litere l.sed cū patrono.§.fi. ff. de bo. poss.& ibi Alex.& 72.dist.c. monachus.& ibi glo.

NOTARE quandoque est reprehendere c.fi.de sortile. Quandoque infamare. c. accedens de purga. can. Quandoque considerare. c.cū olim 12.de offi.deleg.

NOTARIVS est publica persona, quia eius officium ad publicā utilitatem inuentum est, dicitur a notando, quod est negotia hominis publice & autentice in publicam & autenticam formam redigere. Et idem dicitur scriba a scribendo, & tabellio seu tabellarius, a tabula. Require supra locis suis.

NOTITIA nostra triplex est, quædā per auditum, quia scire dicimus quod ab aliis audiuimus alia per uisum quādo negotio interfuimus c.hoc uidetur.22. q. 5. aliam habemus ab hominibus fidedignis per literas autenticas,quos non est uerisimile mentiri.argu.c.1.§.2. extra de post.Est & alia iudicialis, ut per testes & similia ut not. per Garsiam in c.cupientes. in princ.de ele. in 6.

NOTHVS dicitur illegitimus & proprie de adulterio natus, sicut dicit no.febris quæ affligit ut quartana, ut no.glo.in.§.personæ uero. in fi. c.nisi cum pridem. de renun. etiam dicitur a nota,id est infamia, quia talis infamiam incurrit.

NOTORIVM est triplex. Quoddam est notoriū prȩsumptionis, scilicet quod est euidentia iuris uehementis præsumptum, ut paternitas filiatio,ubi non requiritur alia probatio c. quoniam de fil. prȩsbyter. Nam quod quis sit alicuius filius non potest uere probari lege Lucius.ff. de condit. & demonstrat. Vnde filius est quē nuptiæ demonstrat.

strat.ff. de in ius uocan.l.qua semper.in fin. Nam si uir & uxor aliquem infantem nutriunt, & dicũt eum filium eorum esse, tunc præsumitur eorum filius. Est ergo notorium præsumptionis euidentia rei euidenter a iure præsumpta. Aliud est notorium iuris, & est clara iudicialis confessio inconuincibilis probatio, & irretractabilis diffinitio, de quo scilicet notorio quis damnatus est, uel in iure confessus. Et sic illud est duplex, uidelicet per confessionem factam in iure, & per sententiam iudicis, ut in c. uestra de cohabit. cleri. & mu. Tertium est notorium facti scilicet quod commissum uel factum non dubitatur a populo uel a maiori populi parte, & per euidentiã rei nulla potest tergiuersatione celari, nec oportet ꝙ omnes circunstantiæ facti sint notæ. ut c. ultim. de cohabi. cleri. & mu. c. cum dilectus. de purg.cap. in fin. 2. q. 1. de manifesta. & capit. sequent. Et illud notorium est triplex scilicet secundum triplicem distinctionem facti quoddam est facti permanentis & continui, ut ꝙ Deus solis stat in palatio Papiensi continue. c.dilecto de appella. & illius non indiget probatione. Aliud est facti transeuntis, ut quod quidam in publico palatio occiditur coram populo. Tertium est notorium facti interpellati, ut quia usurarius una die tenet mensuram paratam, alia, nõ. Et illud sic describitur, est qddam intellectuale & notum sic ꝙ non potest aliqua tergiuersatione celari, ut ꝙ præsbyter cognoscat concubinam, cum quam habet animalia gradientia circa focum panem poscentia. De hoc plenius no. per docto.in capit. uestra præalleg. ubi tractatur materia notorii, quæ est adeo intricata, ꝙ dicit Ioan. de Ligna. & dominus Anto. de But. quod multi loquuntur de notorio & quid sit notorium ignoran. Et in concilio Basiliensi in sessione. 20. additus est quartus modus ultra tres communes notorietates scilicet quando sacerdos mulierem de incontinentia suspectam & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum affectu non admittit, ut in decret. quod incipit quicunque clericus in quo etiam notorii concubinarii a perceptione fructum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio ipso facto suspenduntur, quos fructus superior conuertat in fabricam uel in aliam euidentem utilitatem ecclesiarum ex quibus isti fructus percipiuntur & nisi monitus concubinam dimittat, aut aliam non resumat, omnibus beneficiis priuetur. Et nota quod moderni ponunt nouem genera probationum quæ in iure formaliter differunt, ut sunt argumentum, præsumptio, iudicium, fama, rumor, pœne occultum, occultum omnino, manifestum, & notorium. Vnde argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. de hære. cum ex iniuncto, de uerb. signifi.cap. forus. Præsumptio est quoddam medium intellectuale ueritatis eliciende ex circunstantiis insurgens, de præsumpt. ex studiis. De illa quæ est iuris tantum, & quæ est iuris & de iure.not. in cap. is qui fidem. de spon. ubi glo.not. de quintuplici præsumptione. Iudicium est medium intellectuale ex aliqua singulari circunstantia insurgens. C.& ff.de rei uendi.l.iudicia. Fama est illesæ dignitatis status, uita & moribus comprobatus, Hoc uerum de fama homi-

nis,

nis, sicut infamia est læsæ dignitatis status uita & moribus reprobatus. Sed fama de aliquo negocio est medium ueritatis eliciende, & communis clamorosa insinuatio insurgens apud totam uel maiorẽ partem populi, ex incerto auctore proueniens. Rumor est particularis insinuatio clamorosa, ab incerto auctore consurgens. Pene occultum est quod probari potest sed difficulter. Occultũ omnino est quod nullatenus probari potest, & subiicitur iuri diuino, de simo. c. sicut. 6. q. 1. si omnia. Manifestum dicitur quod de facili probari potest. Et notorium supra descriptum est de quo etiam datur exemplum de statua & percussione, ut not. in c. super eo. de test. cogen. & in l. ciues. C. de appel.

NOVATIO est prioris debiti ac prioris obligationis partibus hoc uolentibus expresse in aliam obligationẽ transfusio uel trãsactio u. g. debiti tibi centum aureos sub conditione si nauis ueniret ex asia, placuit inter nos nouare obligationem, ut illud quod debui tibi sub conditione, pure & sine conditione debeam. Hoc est nouatio, ita ꝙ prior obligatio conditionalis transit in posteriorem pernotionem. Eodem modo pone exempla in similibus, ut ff. de nouat. & C. eod. ti. per totum.

NOVALE est terra præcisa (alias prætermissa) quæ per annũ cessat. Alii dicunt quod est silua quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, & fieri nouale dicitur & utraque illarum interpretationem colligitur ex legibus ciuilibus. Sed apud notarios Romani Pontificis nouus usus obtinuit ꝙ noua le etiam dicitur ager de nouo ad agriculturam redactus, de quo nõ extat memoria ꝙ aliquando cultus erat, ut in c. quod per nouale. de uerb. sig. ubi de hoc.

NOVELLARVM liber autentic. est de eo de quo fit mentio extra de testator. c. 2.

NOVERCA dicitur quasi nocens arcus uel quia est noua arca sine fructu. inst. de nu. §. socrum. Et dicitur uxor patris naturalis uel adoptiui C. ad l. fal. l licet.

NOVERCA non cogitur stare cum priuignis. Bar. in l. si disc. ff. ubi pupil. educ. de.

NOVICIVM dr̃ aliquod habitu respectu ætatis l. pretium. ff. de ædil. edic. quandoque ex qualitate seruiendi. l. si eo. ti. quandoq. qui minus uno anno seruiuit. l. fi. § quoties. ff. de publi.

NOVVM opus facit qui aut edificando, aut destruendo, aut foueam faciendo, pristinam faciem operis immutat. Secus si uetus reficiat, uel incrementum imponat, quia tunc non uidetur nouum opus facere, ff. eo. titu. l. 1. §. nouũ. §. si quis edificium.

NOVVM dicitur quod non est uetus ff. de ui. tri. & ole. le. pura quod est ante annum. l. fin. §. quoties. ff. de publ. quandoque dicitur quod est ante biennium. l. qui agros. C. de omni agro deser. l. 11. Aliquando dicitur nouum, quando extat memoria, & eius contrarium dicitur uetus. l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arc. Aliquando dicitur nouum, licet sit aliquid de ueteri. ar. l. prætor. §. fi. ff. de dam. infe. & §. sed si eadem insti. quibus mod. tol. obli. Nouum aliquando id est ultimũ c. cum marte. de celeb. missa. non quod ab initio est statutum capit. cum uenerabilis. extra de censi. Item dicitur noua hæreditas quantumcunque lege statuo uel senatuscon-

tusconsulto deferatur, excepta le ge 12.tabel.quæ dicitur uetus l.1. 2.3.§.non.ff.de peti.hære.& l.1.§. capitis.ff.ad tertul.& instit.ad orsi §.sciendum.

NOVVS homo dicitur seruus manu missus postea in seruitutem reda-ctus.l.si seruus in fi.ff.de adimē.le.

DICEBANTVR & homines noui ete ste Budeo in adno. ad pādectas,in l.2.ff.de ori.iur. q.ius gentilitatis & maiorū imagines nullas habe-bāt,terre filii, & uelut a sese orti.

N O V I operis nunciatio secundum Host. est illi qui de nouo edificat in præiudicium alterius, legaliter facta prohibitio l.1.ff.de no.oper. nun.hæc pertinet ad ea tātum, quæ sunt solo coniuncta,ut in l.1.præ-all. Fit autem tripliciter. Primo so lo uerbo dicendo. Nuntio nouum opus, & hoc in loco edificii ipso domino noui operis. Secundo per pactum lapidis uel lapilli. Tertio per iudicis prohibitionem. Primo modo nunciās perdit possessionē. & facit aduersarium possessorem. v.g. uoluisti domum edificare in fundo.meo, & nunciaui tibi quod non faceres,dicendo. Nouū opus nuncio.i.prohibeo.Nuncians uero secūdo & tertio modo retinet pos sessionem, secundum Ber. in c.ex parte,de uerb.signi.

NOVVM opus nuntiare est prohi-bere ne edificium fiat, ut quando nuntio tibi ne edifices in fundo meo, uel per iactum lapilli præ-sentibus testibus. Hæc nunciatio habet talem effectum ꝙ si edifices ibi spreta nuntiatione mea,absque hoc ꝙ caueas de opere demolien-do seu destruendo si te apparuerit iniuste edificare, quicquid postea edificaueris siue iuste siue iniuste, totū debebit destrui,ut in l.1.præ-al.§.opus nouum, & §.nūciamus. Et si aliquid ī publico fiat, omne ciues opus nouum nunciare pos-suat. Nam reip.interest quam plu-rimos ad defendendū causam suā admittere l.2. in fi.ff.de no.operis nuncia. Et dicitur in §. opus præ-alleg. quod hoc edictum non com plectitur omnia opera, ut supra. de interdictis.

N O X A dicitur quod nocet uel no cuit,ut seruus, aut aliud aīal no cens,ut ff.de nox. ac. in rub. Item adde quod noxa aliquando sumi tur pro culpa aliquando pro pec-cato,aliquando pro pena,extra de rescrip.c.statutum lib.6.

N O X I A dicitur ipsum delictum, maleficium, uel damnum datum unde. Noxia delictum, delinquens noxa uocatur. ut insti. de noxal. act.in glo.

DE N ANTE V.

NVDVM potest dici quod non est uestitum rei traditione.l.traditio-nibus. C. de pac. uel quod non est uestitum pignore uel fideiussore.l. sancimus.C.de uerb.sig. Item dici-tur nudum quod est fictitium & simulatum, ut uenditio nuda.l.nu da.ff.de contrah. emp. & quod est sine fructu,ut nudus usus.l.1.ff.de usu & habi. & qui non tegitur ali quo tegmine. c.felicis. & ibi glo. in uersi.nudi.de pe.in 6.

NVLLATENVS, uide in cle. unica. de sequen.in gl.per ordinarium.

NVLLITATIS sententiæ sunt multi modi,ut not.Io. And. de re iud.c. 1.ubi remittit ad Spe. de sen.præl. §.iusta. Et sententia nulla non me retur habere nomen sententię, de re iud. c.fi. lib.6.eo.tit. l.4. §.con-demnatum,& est glo.fi.in cle.uni-ca.de sequest. præalleg.

N V M E R V S pluralis an & quan do uerificetur in uno uel duobus? Dy. in c. pluralis, de re. iur. in 6. & an,

& an & quando, resoluitur uel restringitur in singularem, uide per Bar. in l. pe. C. de imp. & aliis subst. Item numerus pluralis qn̄ geminat, uel inducit plures singulares. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de condit. & dem. cum aliis iuribus.

NVMERATA pecunia duobus modis dicitur. Vno modo respectu creditoris qui proprie dicitur numerare pecunias debitori ut sibi reddantur. Alio modo respectu debitoris quæ proprie dicitur soluere creditori & improprie dicitur numerare cum soluit quod debet. Datur aut exceptio non numeratę pecuniæ a creditore principali debitori, uel fideiussori. Sed numeratio pecuniæ large ponitur hic pro omni re quem quis numerauit uel soluit.

NVMISMA secundum quosdam est idem quod moneta currens & specialis, uel est idem quod nummus. Sed olim numisma, & aureus & solidus auri idem erant, ut C. de uer. numis. po. l. 1. lib. 11. & C. de spor. li. 2. & in Euangelio Matth. Et dicit philosophus, li. 5. ethi. ꝙ numisma factum est non ex natura rei sed ex lege.

NVMISMA passim legas per o, in prima syllaba non ꝑ u, ita. n. grę ci efferunt. Certum qualiter institutum sit uide Bud. in anno. ad Pā de. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & ff. de contrah. emp. ad l. i.

NVMVLARIVS est numerorum numeratorum uel malleator, quoniam & ipse accipit pecuniam & erogat sicut campsor & inde facit scripturam, ad quam frequenter recurritur in dubio, ut per eam data & accepta probentur. Hic etiam argentarius dicitur, ut supra in litera A.

NVMMVS. i. denarius, de quo dicit Phil. 5. eth. quod est mensura omnium rerum, quia est fideiussor nobis in omni necessitate pro qualibet re qua indigemus.

NVMMI sunt inducti de iure gentium cum ciuili. Barto. in l. i. ff. de contra. emp.

NVMMI cadunt in obligationem. Bart. in l. cum tabernam. §. creditor. ff. de pig.

NVNCIVS est qui uicem gerit epistole, & qui sine mandato literis mittitur, qui est uelut pica & organum & uox domini mittentis ipsum, & large quilibet nuntius potest dici procurator, sed non e conuerso.

NVNCVPATIO est quam in cereis tabulis recitat testator dicens quod hoc uult in his cereis tabulis quæ scriptæ sunt ita dico, ita lego, ita quod uos ciues mihi testimonium perhibeatis.

NVNCVPARE est palam nominare, uel uocare & confirmare, secundum Isid. li 6. Require infra. Testamentum nuncupatum.

NVNQVAM quandoque idem est quod raro. 1. q. 1. nunquam.

NVNDINÆ sunt generale forum ad quod unicuique homines confluūt & concurrunt. C. de nundi. l. unica, & clam. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. pos. Aliquando etiam nundine dicuntur epule. l. cum societas. ff. pro socio.

NVPTIÆ sunt matrimonium, uel uiri, & mulieris coniunctio indiuiduam uite consuetudinem retinens, diuini & humani iuris cōicatio. 30. q. 5. nullam. Et dicunt nuptie ex eo quod nubentium in capita solenni benedictione ne labantur & quasi nube cooperiebantur. ea quæst. nostras, & capi. femine. Et illud indiuiduam uite consuetudinem retinens, tantum ualet sicut consor-

consortium omnis uite,& hoc quã tum ad propositum, quia hanc intẽtionem habere debent ut perpetuo simul manere debeant quanuis post contractum matrimonii ante carnalem copulam possit alter altero in uito religionem intrare. Et quãdo nuptie sunt prohibite celebrari habetur in ca. capellanus,de feriis,& in his uersib. Aspiciens ueterem circum quasi quis benedicta Nõ licet hic licet hic,hic non licet hic licet, hic non.

NVPTIE secunde dicuntur oẽs quæ sequuntur primas,licet sint tertie, quarte, uel quinte & c.ui qñ aliqs nubit,alicui post primas nuptias.C. eo.titu.l.si quis.§.tale.& ff.de nul. & pup.subst.in prin.

NVRVS est uxor filii, & eius appellat.pronurus & deinceps continetur.ff.de uerbo.sig.l.nurus.l.2.§.nurum.ff.qui satisd.cog.& etiam sponsa. ff. de gra. co. l.labeo.& l.seruus contrarium uidetur institu.de nup. §. & si qua.

NVNC no. Arch.63.dist.ego, & glo. 33.q.5.audieris,& similiter, de offi. deleg.c. prudentia.§. sexta.

DE O ANTE B.

OB id est propter. ff. rem ra.ha.l.si sine. §.qui patris.sol.matr.l.si ab hostibus.§.si uir.& de dist.pig.l.1.quãdoque subauditur. ff. de me. cau.l. non est uerisimile.§.1.

OBITER id est statim. ff. de rescin. uen.l.1.in fi.

OBLIGATIO est iuris uinculum quo necessitate astringimur alicuius rei soluende secundum nostre ciuitatis iura,inst.de obl.in prin.Et est duplex. s. ciuilis & prætoria.

CIVILIS est quæ aut legibus constituta aut certo iure ciuili comprobata est. Sed prætoria est quam prætor ex sua iurisdictione constituit,quæ etiam honoraria uocatur. Et dicitur obligatio mater actionis, ut ff. de procur.licet §.ea. ob. & institu.de iustit.& iu.in princ. in glo.differt autem ab actione & contractu, quia contractus est uerborum conceptio uel consensus, obligatio autem est qui inde nascitur at actio est quod postea inde surgit, & sic nullum est alterum, ut no.glo.instit.quib.mod.re. con. ob §. ultimo.

OBLIGATVS dicitur qui exceptione tueri se non potest l.uel obligatus. §. 1.de li. causa.

OBTEMPERARE est obsequi uel obedire, uel iussu iudicis comparare.ff. si quis ius. di. non obtemp.in rubro.& nigro.

OBAVDIRE est quasi de mente dedu cere,secundum Ioan. And. de elect. lib.6.c.fundamenta.

OBOLVS põderis genus est quod sex siliquas continet, de eo meminit tex.in c.iudices.1.q.1.

OBSCVRITAS est illa quæ fit i dictione, sed ambiguitas quæ fit in oratione,ut not.glo.tertia, in l. ueteribus. ff. de pactis, uetbi gratia uendidisti mihi fundum, & dictum est accedere stichum,non apparet de quo sticho, ergo non fit condemnatio in actione contractus nisi ostendatur de quo sticho uenditor intellexerit l. si in emptione, in princip. ff. de contrah. emp.& uen. quia ratio dictat actorem probare, & quia emptor agit & probat de sticho, sed nõ de quo statur reo,declaranti obscuritatẽ. Ceteris enim paribus reo fauẽdum est potius quam &c. ut iu regula, cum sint.de reg.iu. Item ibi, uendidit tibi domum locatam per me cuidam, & dixit quod pensionem primi anni haberem,& sequentium annorum

annorum tu haberes, & dixi ius pignorum utrunque secuturum. Dicit tex. ꝙ ius pignorum primo pertinet ad me pro pensione primi anni, & si quid superest, tunc pertinet ad te, & sic fit interpretatio pro præferente. l. Iul. ff. de pi. quia in principali ego mihi prouidi prius retinendo pensionem priorem. Ex quo colligitur & declaratur obscuritas quæ est in accessione, & significat ꝙ pro illa pensione uoluit etiam prius ius pignoris retinere. Item ibi, si quis stipulatur 10. calendis, intelligitur de prioribus l. eum qui calendis. ff. de uerb. obl. Ratio, quia qua ratione intelligeretur de secundis l. eadem ratione de tertiis &c. & sic stipulatio redderetur inutilis. Item ibi, actor petit Stichum in iudicio, sed dixit se intellexisse de nigro, & actor de albo statur dicto actoris l. inter stipulantem. §. 1. ff. de uerb. obl. quia ibi actor ostendit de quo intellexit, & quis sibi debetur, ideo pro eo debet ferri sententia, nec debet reus audiri, quia de alio intellexit, quia non est actoris impediendi processum iudicium & iustitiæ, nec inter est quod statur dicto actoris cum probat sibi deberi, & sic de aliis.

OBREPERE est, quasi latenter sub intrare. 61. distin. nullus inuitus, de celebra. missa. cum creatura, est capitulo ne in agro. in princ. de statu monacho.

OBREPTITIVM, rescriptum, & obreptitio. Require infra rescriptum.

OBREPTIO, id est mendacium. l. sin autem §. 1. ff. de neg. gest, & est mendacium fraudulosum. l. sed si. §. patronum. ff. de in ius uocan. & proprie consistit in pacti narratione, non iuris. 1. sum uero §. subnentum ff. fideicom. liber.

OBRYZIATI dicuntur solidi de bono aureo simpliciter excocto l. uniuersos. C. ue. numi. po. li. 12. lice in utroque loco mendose legatur, & legitur secundum aliquos obriatici. Et ideo aurum obryzum refert Sueto. Neronẽ exegisse, dũ inquit, Argentum, postulatũ, aurũ obryzũ, ut plerisque omnem collationem, palam recusarent. Diuus Hieronym. in Daniele. Ecce uir unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo.

OBSTINATVS est qui post inspirationem & reuelationem, sibi factam in eo quod errauerat perseuerat. 8. dist. consuetudo, in fi.

OBSES uocatur ille qui iurat ꝙ non recedet de certo loco quousq. fuerit satisfactum. Et an liber homo possit dari in obsidem & inferiori a principe an possint dari obsides, uide Abb. & do. in ca. ex rescripto. de iureiuran.

OBTIO est unum genus exactionis. C. de iure fisci. l. penult. super uersi. optionem lib. 10.

## DE O ANTE C.

OCCASIO differt a causa, ut in c. solite. de maio. & obed.

OCCIDITVR quis multipliciter, uidelicet actum in corpore, odio in mente & corde, detractione in ore c. homicidorum, de pe. distin. 1. & Panis subtractione c. pasce. 86. di. c. immolans 14. q. 5. & non corrigendo delinquentes, quia cũ pastor non corrigit delinquentes tacendo occidit c. ephesii. 44. dist.

OCIVM philosophicum est studium, quia philosophus otiatur quando studet. Sed otium uulgare est quando uocatur ab opere seruili, & nota quod otium est triplex. ſ. destituto-

tutorium, quod est ribaldorum qui apud argenas suspendebantur. Et de hoc dicitur quod otiositas & uoluptas a ma sunt hostis antiqui ad miseras animas capiendas de renuntia nisi cum prideni §. uerum si propter. Ego dicit Hierom. ad Rusticum monachum c. nunquam de conse. dist. v. Semper aliquid operis facito, ut te diabolus inueniat occupatum. Secundum est restitutorium, quando quis cessauit a labore & iterum accedit ad opus. Tertium retributorium quod datur emeritis & senibus.

OCCVLVS est quadruplex, ut not. Archi. 32. q. 5. nec solo.

OCCVPARE capitur quandoque in mala & qñque in bona significatione. Et proprie mobilia occupantur, & immobilia inuaduntur, ut in glo. super hoc uerbo. in c. generali de elec. lib. 6. ubi concor.

OCCVLTO omnino (ut permissum est) dicitur quia nulla ratione probari potest & tale uocatur secretũ uel latens uide infra. Probatio.

OCCVLTVM pene est quod per paucos probari potest & quod pauci sciunt ut puta quinque de pe. dist. 1. §. ecõtra aliàs incipit. hæc autẽ secreta, circa fin: uide supra notoriũ, in generalibus probationum.

DE O ANTE F.

OFFICIVM dicit multis modis. Primo ministeriũ. Secundo obsequium.

TERTIO actus persone corrigentis 21 quæst. 1. monachus. Quarto plebania. de statu mona. quod dei. Item aliquando sumitur pro dignitate uel personatu. de præben. ad hæc de cleri. non resi. quia de concess. præben. c. 2. §. 1. Aliquãdo pro litigio. 21. q. 1. de præsentium in fi. ubi litigantes dicunt officium exercere. Item is cui commissa est dispensatio habet officium. Item qui habet potestatem secularem in tabellionatum. Item dicitur præpositura. Sed proprie est aliud a dignitate & a personatu. Et dicitur simplex officium quando quis habet administrationem aliquarum rerum sine aliqua prærogatiua in choro uel capella ultra alios sui ordinis ratione huius officii. Et sic habet onus annexum sine honore uel prærogatiua honoris, ut syndici, procuratores gastaldi. 1. q. 3. saluator uer. in nomine. Item uicedominus qui habet episcopatum disponere dicitur habere officium xc. dist. §. officium 1. q. 1. quis episcopus. 1. rñ. Hæc & plura uide per Archi. de con sue. c. 1. in gloss. Et hoc erat contra iura, ubi tractat de dignitate personali & officio, ut hic dictum. est. Item officium secundũ Car. est potestas existens in iudice exercendi omnia ea quæ pertinet ad eius iurisdictionẽ, & capitur hic iurisdictio generaliter, ut includat omnia pertinentia ad merum & mixtum imperium. Et loquitur de officio iudicis, cuius iurisdictio mater est, sicut obligatio actionis. Nec est uera opinio Pe. de Bella. quod officiũ iudicis, sit exercitium uel executio iudicii, quia magis stat in habitu quam in act. Nec secundum opiniõnem Mar. appellari debet actio, cum differant surrogatum, & cui surrogatur inst. de act. in prin. in glo. 4. Item officium proprie dicitur quod homo debet homini ex natura, ut in c. cum officiis de test.

OFFICIVM iudicis secundum Goffr. est potestas iudicis iure sumpta. Et habet locum tam in his quæ ante iudicium fiunt, quam in his quæ in iudicio occurrũt facienda. Et impleratur loco principalis actionis cum alia

alia ordinaria actio deficit ut in c. fi. de offi.iud.

OFFICIVM iudicialis est duplex s.nobile, & mercenarium. Nobile ideo appellatur, quia a seipso interponitur, nec iure actionis siue obligationis, ut puta si minor petit se restitui integrum, hoc non petit iure obligatus, quia iudex non fuit obligatus nec iure actionis, sed iudicis officium misericorditer implorat &c. Mercenarium iudicis officium est seu sic appellatur, quia deseruit actioni intentare, puta peto a te 20. actione mutui, iudicis officium deseruit mihi in hac actione, quia cōdemnat te, ut restituas mihi uiginti.

OFFICIOSA dicuntur quæ continēt pietatem, quæ nulli obsunt & alicui prosunt sicut a contrario testamentū dicitur inofficiosum quod est contra officium pietatis, dist. 11.si ad scripturas in gl.1.

OFFICIALES iudices. Require supra Assessor.

OFFICINA est quasi tugurium uel tegmen qñ uidelicet palee, id est stramina ponuntur super arbores ut pastores subtus existētes ab imbribus protegantur.

DE O ANTE L.

OLOBERATVS est uestis totali er deaurata, & dicitur ab olon id est totum,& baris quod est aurum. Et differt a uestibus deauratis, quia hæc de optimo auro, quod in uulgari foliatum, in legibus obryzia non dr̄, sed illa de quolibet auro, uel hæc de optimo auro tota erat uestis, illa deaurata similiter in totum. Est & alia uestis quæ habet aurum tantum in paragandis, ut C. de uesti. olobe. & aura.li.11.in rub.secundum Accur.

OLFACERE est nasum ad culum ponere ita exponit gl. in uer.olfacit in l.agaso. ff.si quad. pau.fe.di. ubi agaso ducit equum ad tabernam, qui mulam olfecit,quæ calcitrauit. & agasonis crus fregit. Et dr̄ ibi quod dominus mule tenetur de pauperie. Alias generaliter olfacere est odorem odorare, & olfactus odoratus. Et ab oratoribus ponitur pro scire, ut dicendo. Tanta sunt in me tua beneficia ut quo pacto correspondeam nec utique olfacere possim.

OLIM aduerbium temporis, & proprie respicit tempus præteritum. ff. de contrahen. empt.l.nec emp. & ibi no.ff.de ope.no. nun.l.1 §. 1. aliquando exponitur id est dudum retro. in aut.ut iud.sine quo. suf. §.1. de ex causa t ut.l.sed &.§. quæsitum. Item adde quot tempora significet dictio olim. Bart. in l.1. in prin. ubi Alex. & alii. ff.de ope.nou.nun.

DE O ANTE M.

OMNINO tangit Arch.de præb.c.beneficia. lib.6. & plenius in c.licet canon.de elec.& glo.in cle.2.de ui. & honest.cle. & etiam gloss. in c.& si Christus.de iureiur.

OMNIA comprehendit singula. Nam si episcopus dicat. Do tibi talem uillam & omnia iura quæ habeo ibi, singula iura comprehenduntur, sed non intelligit dare decimas,et alia iura quæ sunt mere spiritualia, quia dictio omnia licet se extendat ad singula,non tamen ad ea quæ sunt penitus naturæ alterius & iuris quamuis ad ea quæ principaliter trāsferunt. Sed quando datur aliquid quod habet temporalia & spiritualia iura,cum omnibus pertinentiis suis ut præbenda habens possessiones & decimas tunc omnia transferuntur simul secundum Hostien.in c.literas, de iure patrona.

Omnifa-

OMNIFARIAM. i. omnibus modis. C. de arb. l. ne in arbitriis. §. 1. de cont. commit. st. l. optimam.

OMOLOGARE est idem quod cōfirmare uel ratificare, & sic dicitur quod arbitrium sit omologatum. Alii dicunt omologare idem quod consecrare.

DE O ANTE P.

OPERA est diurnum officium, scilicet quod quis exhibet alicui per diē artificialem, & non naturalē, sicut dicitur Genesis. i. c. Vespere & mane dies unus. Aliquando ponitur pro breui temporis obsequio uel est idem quod obsequium. Dicitur ergo opera officium tempore limitatum, ut l. i. ff. de operis libet. Limitatio autem stat in disponentium uoluntate, quia per contrahentes potest limitari maiori uel minori tēpore puta quod dies capiatur ad integram uel ad mediam noctem uel ad uesperam tantum, qualiter disponant contrahentes, & erit lex. Idem in testatore. Et quando aliud non apparet de artificiali intelligitur, quia ad hūc communiter fit relatio. Sed in proprie opera accipitur pro reuerentia uel obsequio, ut no. in §. libertus. l. si non sortem. ff. de cōd. indebi. & sic de aliis.

OPPIDVM dicitur terra murata nō habens episcopum l. pupillorum, §. oppipum ff. de uer. sig.

OPILIO dicitur custos ouium l. cū quærebatur. §. fin. & ibi not. ff. de legat. 3.

OPINIO secūdum Spe. est dubia particularis arbitratio, quæ a doctoribus alicuius scientiæ authoritatem habet. Hæc tamen non est præponenda ueritati. Sed secundum Gof. est probabilis arbitrario doctorum non nisi ob instructionem studentium in scriptis redigenda, Et dicit quod habens pro se opinionem doctorum in aliquo casu licet succumbat, tamen authoritate illius opinionis releuatur & excusatur a condemnatione expensarum. Rō quia in iure doctor habet authoritatem, interpretandi pro suo uideri.

OPINIONI illi stare debemus quæ plurimorū testimonio comprobatur, & credere illud quod communiter credunt & tradunt sapientes l. 1. uersicu. sane ex qua ita colligit Bal. ff. de offi. quæst.

OPINIO communis est aliud quam fama. Nam opinio communis facit ius C. de re iud. l. 1. Fama uero non facit ius. Item opinio communis probat, fama uero non. Item opinio communis differt a notorio, quia opinio communis est de longe præteritis quæ probari non possunt de facili. s. per testimonium ui sus &c. Sed notorium est de præsentibus uel proxime præteritis, quæ de facili probari possunt per testes diuisim. Et quod opinio ueritati præferatur est glo. cum con cor. pro & contra, abundans in iuribus, in cap. nuper. de biga. super uer. uidentur. concludit tamen ibi quod casuale est, ut opinioni potius stetur quam ueritati, in fauorem contrahentium testamentorū sententiarum uel prolis. Alias regulariter ueritas præfertur opinioni secundum Ber. in gl. 3. c. ad audientiam, de spon. Etiam ueritas præfertur authoritati nemo in dex. C. de sen. & interlo. om. iud. Item consuetudini. c. si consuetudinem. cum sex capit. sequentibus, di. 8. ubi dicitur. Veritas ualet, & inualescit in æternum, & uiuit in secula seculorum.

OPINIO cōmunis illa dicitur quam plures, grauioresque amplectuntur

ut dicit Panor. in c. prudentiam, in prin. in 1. col. de offic. deleg.

OPISTOGRAPHVM idest tabula lignea, in qua scriptæ sunt opes. l. charte. & ibi glo. ff. de bo. pos. secundum tab.

OPTIMATES sunt quasi meliores, & ditiores de populo, ab opibus dicti.

OPORTET aliquando dicit necessitatem 3. q. 9. non oportet. Aliquãdo honestatem. Item oportebit significat tam præsens quam futurum. de uer. sig. uerbum. & not. glo. 25. q. 1. & glo. 3. c. 1. de præscrip. lib. 6. super uerbo, oportet.

OPVS nouum. Require supra. Nouum opus, & opus laudat magistrũ. C. de uete. iur. enucl. l. 2. §. cõtra autẽ sic in aut. de mona. §. sancimus. col. 1.

DE O ANTE R.

ORBVS dicitur qui sine liberis est uel sine matrimonio, ut supra celebris.

ORACVLVM idest responsum, quia præcando, seu orando, impetratur c. per tuas, de maio. & obe.

ORA sine aspiratione significat finẽ uel extremitatem rerum, præcipue regionum uel uestiũ idest Reg. 24. Dauid oram præcidit chlamidis. Saul. 2. q. 6. de his gen. 13. ad heb. 11. secundum Io. And. in cle. 2. de ui. & hone. cleri.

ORCINVS, idest directe manumissus. l. cum quasi. §. sed & si quis. & l. ergo. §. hi qui. ff. de fideic liber. & not. in l. tutela legitima. ff. de leg. tu. Et dicitur ab orco, id est manu missus ab eo qui tendit ad orcum id est infernũ, uel ab orebos, quod est rectum quasi directe manumissus, uel ab orce quod est capio, nam & inde archiorchus quia multa capiunt manumissi in testamento in quo multa fiunt.

ORPHANO trophus est orphanorũ & pupillorum tutor, & adolescentium curator, qui eos facultatibus & parentibus quasi destitutos suscipit alendos.

ORPHANO trophium est locus in quo talibus alimenta administrantur, 23. q. 8. tributum quamuis, & Spec. in tit. de his qui alie. non in iud. interue. ubi ponit quid sit procurator, comuncta persona, defensor, excusator, syndicus, economus, actor uicedominus, uicecomes, gastaldus, tutor, curator &c. Et de orphanotrophos. C. de episc. l. orphanotrophos. C. de episcop. & cleric.

ORTVS olearius est ortus in quo olus crescit.

ORDINARIVS est cui suo iure, uel principis beneficio uniuersaliter iurisdictionem exercere potest ubilibet. Item est is cui uniuersitas causarum commissa est, unde secundum Specul. Officiales episcoporum ordinarii uocantur. Item secundum Goffr. ordinarius iudex est quia collegio eligitur, & a superiore confirmatur, ut electus in rectorem, qui per confirmationem sortitur iurisdictionem, sicut & episcopos in omnibus præter ea quæ maiorem discusionem exigunt. Item secundum Spec. ordinarius est legatus in prouincia super decretum. Et sunt duplices. Quidam habent administrationem ut episcopi habentes episcopatus quos actu regunt, & isti habent restituere in integrum. Alii sunt ordinarii non habentes administrationem, sed tantum facultatem iudicandi, ut secundum iura ciuilia quæ honorem tantum & dignitatem habent ratione cuius iudicare possunt si quis in eos consenserit. l. 1. ff. de iudi. Secundum iura canonica sunt episcopi renunciantes loco episcopali, non dignitati, retinentes honorem

siue

sine administratione.de renun.ni. si quando cum pridem, de ordi. ab epis.qui re.epi.c. 1. Item epi.copus. cuius episcopatus omnino destru-ctus esset,qui esset episcopus, nullius tamen episcopatus secundum Gof.in sum.de in integ.rest.

ORIGINARIVS, require supra,colonus. Nam originarius colonus, & ascriptitius idē sunt in re.s.eiusdē ēt conditionis homo, sed ratio ne differunt. Nam ascriptitius dicitur, quia sic ascriptus est terris colendis, q nō potest a cultura recedere sine uoluntate domini sui. Sed colonus quia tenet colore terram,& ordinarius quia origine sua adhæret glebe,ut supra.

ORDINARII locorum sunt non tantum episcopi,sed etiam quicunque inferiores qui habent institutionem & destitutionem.c. cum ecclesiarum,de offi.ordi.c.3.§. in conferendis.eo.tit lib.6.

ORDINARIA onera sunt illa quæ ex constitutione uel consuetudine præstantur, ut quod quilibet talis fundus uel domus quolibet anno tantum debeat præstare domino suo uel principi. Sed extraordinaria onera sunt quæ extra cursum, & more ex inopinato euentu uel casu, seu necessitate emergenti in. dicuntur, ut si dominus uel t maritare filiam suam, uel guerre immineāt,& ideo a suis subditis exigat aliquid.

ORDO secundum magistrum sententiarum.& Th.in 4.dist.24.& quod dam signaculum in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium in sum.con.li.3.in tit.22.

ORIVNDVS de ciuitate, uel loco &c. dicitur qui uel ibi uel in uico ciuitatis illius ortus est. ff. ad muni. l. qui ex uico. Vel si pater eius inde ducis originem. ff.eo.tit, l.assumptio.§.filius.& C.de muni. & orig.l.i.& l.filios. li. 10.Et no. in c.usurarum.de usu.in uer. alienigenas lib 5.

ORTHODOXVS, id est catholicus, extra de sum.tri.c. 1. lib.6.& dicitur ab orthos.i. rectum & doxa id est gloria,ut C.de sum.tri.& fi.catho.l.2.in fi.& ibi glo.

ORTVS est locus sine redditu factus ad amenitatem,& dicitur prædium urbanum.iura tenet Fel.in c.Rodulphus. in uers. ortus autem est.col. 16.alias 14.descri.

## DE O ANTE S.

OSANNA, id est,salua obsecro. Mat. 21.de conse.dist.4.c.multi. per Archid.

OSTENDERE,id est monstrare, uel probare. ff.de act. tribu. l.sed & si seruus,& de accu.l.fin.

OSVS, nomina terminata in osus significāt plenitudinem. not. in cap. quanto. de iureiur.

## DE O ANTE V.

OVES dicuntur animalia minuta, id est oues. & ibi Bar. ff. de abig. & appellatione ouium non ueniunt agni, nisi esset de consuetudine, Bar.in l.legatis.§.ouibus. ff. de legat. 3.

## DE P ANTE A.

PACTVM uel pactio dicitur a uerbo paciscor, & sic describitur. Est consensus duorum, uel plurium in idem placitum, i. ad dandum uel faciendum aliquid alteri ab altero eorum. ff. de pact.l.1.§. 1. Et dicitur quasi de pace factum, uel pacis actum. Et ponitur ibi in idem placitum. Nam non fit eodem uero uel fallo,quia si duo uel plures consentiant in hoc uero titius ē homo uel i hoc falso, titius fuit asinus non erit pactum, quia

non esset obligatorium. talis enim consensus neutrum obligat alteri. Item secundum quosdam pactum est contractus, quia paciscendo di uersas in idem contrahimus uoluntates. Et capitur quandoque late pro eo quod non transit in contractum nominatum, ut uenditio &c. Et sic omne pactum potest dici contractus innominatus, ut transactio do ut des &c. Quandoque stricte pro simplici pacto gratis facto, ut promitto tibi 10. &c. Et a transactione, & pollicitatione differt, quia pollicitatio est solius offerentis. Et assignatur differentia inter pactum et transactionem, quia pactum est de re certa & non litigiosa & gratuita. Transactio uero de re incerta & litigiosa, & non gratuita. Et quid sit actum habes etiã de uerb. sig. c. pactum, ubi dicitur pactũ est inter partes ex pace conueniens scriptura legibus actionibus comprobata. nam sepe ad probationem pacti scriptura interponitur secundum glo. ibidem.

PACTORVM diuersa sunt genera. Nam pactum conuentum dicitur, quod sub certis uerbis, & forma factum & expresse redactum est, u. g. nam clarum est pactũ in uerbis, quia sit uerba obligatoria, pactum est obligatorium, si sunt deliberatoria est liberatorium, si exceptionis inductiua, tunc est exceptionis inductiuum, ut si creditor tradit instrumentum debitori, ex hoc significatur pactum liberatorium factum a creditori debitori, ut l. labeo. ff. de pac. Ratio ut redditio instrumẽti aliquid operetur, s. uoluntatem creditoris liberare uolentis debitorem. Sed ibi creditor pignus reddit debitori non significatur liberatio, ut l. se. ff. eo. ti. quia hæc redditio potest aliquid operari, scilicet conferre utilitatem debitori in usu pignoris. Secus in casu præcedenti, in quo non operatur nisi ut dictum est quo pa tet quod redditio pignoris non significat remissionem eorum. Item instrumentum debiti reperitur penes debitorem, ex hoc significatur redditio creditoris nisi contrarium probetur l. si chirographum ff. de pig. quia instrumentum præsumitur peruenisse ad debitorem per reditionem & uoluntatem creditoris & hoc si debitor est extraneus. Si uero familiariter in domo creditoris conuersatur, tunc secus quia præsumitur quod faciliter potuit habere inscio creditore. l. unica. §. ille. C. de lat. li. tol. Item si aliqua bona cõductoris sunt per eũ inuecta, illata uel inducta &c. ex hoc concludit pactum quo pignus cõstituitur locatori. ut l. certi iuris. C. de locat. & conduc. & hoc ex communi modo agendi, quo inuecta atque illata sunt locatori tacite obligata, quia contrahentes uidentur se referre ad communem modum, seu morem. Etiam hoc uerum simpliciter, non solum in prædio urbano, sed & in rustico. Sed tunc demum sunt obligata cum domus scit inuecta & illata esse bona conductoris.

PACTVM tacitum dicitur quod in ueritate non est expresse factum sed ex aliqua lege speciali, ac si fieret statutum ex casu habetur in betur. u. g. conduxi domum a Seio, & res meas intuli, in hoc casu res mee illate pro mercede domus debentur Seio, iure hoc statuente, uel iubente lege pignori ita esse obligata, ac si specialiter & expresse inter nos concordatũ esse & cõuentũ, dato tñ ꝙ nõ cõuenerimus, nec super hoc quid dixerimus. Vnde

sic.

&c. Pactum tacitū dr̄ quod non est factum expresse, ut cum conducto domum non tangendo de pretio dando, tamen secundum leges adhuc uenit pretium dandum ac si paciscendo ita fuisset expressum.

PACTVM additionis in diem tale est, ut uendo tibi domum,& si potero habere maius pretium, usq. ad mensem, ego repetam ipsam domum.

PACTVM legis commissoriæ est, ut uendo tibi domum, et si non solueris intra mensem uolo q̃ sit inēpta, ut C. de pac. inter empt. & uenditio. Item ibi, creditor paciscitur cum debitore quod a debitore non petet, tali casu non intelligitur, q̃ et non petat ab hærede, quia pactū quo quis sibi prouidet solet extendi ad hæredem, quia per hoc uidetur etiam hæredi suo prouidere, et per hoc contractus conditionalis transit ad hæredem, inst. de uerb. obl. §. ex conditional. Si uero creditor dicat debitori paciscēdo, non petam a te significat personam tm̄ fieri, uidelicet quod a te tantum non petam, sed non ideo minus ab hærede petere possum, & hoc faciunt uerba a te, quæ sic restringūt, ut l. qui in futurum. ff. de pac. Sed si per pactum unus obligat se alteri facere domum, transit ad hæredes. l. omnes, C. de contrahen. & committen. stipu.

PACTVM personale est quod non generaliter fit sed tantum pro una persona, uel duabus. Et dicitur una tantum persona, quia fit personæ soli, sic q̃ tali & non alteri prodesse possit, ut si paciscor pecuniam a te mihi debitam non petiturū me a te, sed a tuo hærede tunc illud pactum tantum personam tuetur, & non hæredem tuum.

PACTVM reale, uel in rem est generale, & non continet specialiter unam, duas, uel plures personas, sed generaliter, complectitur oēs ad quas illa res pertinet, uel pertinere potest, ut cū debitum meum omnino remitto, tam ibi, quam hæredibus tuis ita ut omnes liberemini tu, & hæredes, & fideiussores, & nullus mihi reseruetur regressus ad pecuniam, uel ad rem petendam. Item pactorum aliud nudum, aliud uestitum. Et qui plane uellet hoc examinare, traheret magnam causam, & controuersiam inter docto. Hæc tamen cum paucis sufficiant.

PACTVM ergo nudum dici potest quod ab omnibus iuris solemnitatibus destitutum est, id est tam solemnitate uerborum quæ solent concipi & attendi in stipulationibus, q̃ etiam per conceptionem literarum scilicet quando chirographum non in eruenit, nec aliud instrumentum super hoc confectū, quo nudum pactum cōfirmaretur. Et dicitur nudam a causa quæ sufficere potest ad perfectam obligationem, ut do ut facias, facio ut des &c. cuiusmodi conuentiones dicuntur contractus innominati. Item dicitur nudum a foro negotii, ut quando negotium non incidit in certum nomen actus, ut nomen emptionis, uendition s, locationis, & similium. Item nudum dicitur a rei interuentu, ut talis non intercedat res, quæ possit suo īteruentu perfectam reddere causam obligationis, sicut in mutui datione. Item dicitur nudum a coherentia, bene si incontinenti post contractum adiiciatur pactum, ex præcedenti obligatione uires contrahit, ut uideatur in esse contractui, & causam uestire, ut si pactum semel factum est,

& post traditionem intercedit res sic uestitur interueniente rei. Item pluribus aliis modis uestitur, secundū diuersas opinio.docto.

PACTVM uestrum dicitur sex modis, secundum quod sex modis uestitur, s.re uerbis literis, contractus coherentia, & secundum Gof.inst. de uerb.obl. Et dicit Gof.quod pactum in rem est quando generaliter paciscor ne petam & in personam, ne a persona petā.ff. eo.tit.l. idem.§. pactum, & non minus ex uerbis quam ex mente contrahentium est estimandum an pactum in rem uel in personam sit, plerunq. enim in personam pactum interseritur non ut personale sit pactu, sed ut demonstretur cum quo sit pactū ff.eo tit.l.1.§.pactorum.

PACTORVM aliquid utile aliud inutile. s. ratione personarū, ut furiosorū qui nec tacite nec expresse cōsentire potest, quare matrimonium contrahere non possunt, nec ad religionem se obligare, & hoc de continuo, secus si habens lucida interualla, ut 7.q.1.quamuis. Quomodo enim reus constituitur qui nescit quid facit. 15.q.1. aliquantos. Item pupillus qui nondum est doli capax ubi uult obligari, secus, si uellet alium obligare, quod po. est. Item in prodigo. item monachi & regulares professi & conuersi nisi pro contemplatione monasterii paciscantur, cui per tales acquiritur. Item uiri & uxores qui sibi donare non possunt sed uendere. Item ratione potestatis. Item in legatis dum legatione funguntur. Item inter patrem & filium, nisi in castrēsi peculio quasi. Item si res in pactum deducta non sit in rerum natura, nisi mora præcesserit. Item si homo res sacras uel religiosas deducat in pactum. Item cessat pactum collatione rerum spiritualiū 1.q.1. quam pio. & in rebus prohibitus etiam si iuramentum fuerit appositum ut in animæ detrimentum uergentibus. Item pactum turpe, aut rei turpis aut impossibilis de iure uel de facto, nullam obligationem iudicis c ul.e.ti.2.Go.in su. Dicitur ēt pactū a pactione.ff.eo.t. l.1.pactio uero a pace & actu. tiam qui paciscuntur ex diuersis & contrariis moribus animorū post multa uariaq. certamina in unam consonantemq. sententiā cōuenire dñe C.de resc. uen.l. si uoluntate ff.eo. ti.l.1.§.conuentionis. Et hoc pactū generale est ad omnia quæ contrahunt uel aguntur inter partes causa contrahende uel tollende obligationis, sed nomen conuentionis generalissimū est, nam scholaris in scholis clerici in c. populus in foro conuenire dicuntur, ut in.§.præalle. conuentiones. Vel dicitur pactū a percussione palmarum. Veteres.n.cum se obligabāt, palmas porrigebant in signū inuiolande fidei unde dicitur pactum quasi palmæ ictus. Item pactis priuatorum iuri publico minime derogatur. Et quando quis possit renuntia iuri publico, uide in c. si diligenti. de fo.cōp. & est glo.not.in aut.ut fine prohi.matres. col 7. quæ exponit hunc articulum satis clare.

PACTVM per donationem. Require infra transactio.

PADVS est flumen publicū trāsiens per Lombardiam, de quo fit mentio inst.de rer.diui.§.2.in glo.

PAGANI dicuntur in iure, quandoq. increduli seu hæretici. Item quandoq. dicuntur priuati homines ut uillani & omnes qui neq. milites neq. magistri, a pagos græce quod est uilla latine, ut inst.de mil.test. §.illis aūt tēporibus in fin.ubi gl.

Pa-

PAGANICUM aduenticium est peculiũ quod est prospera fortuna ad uenit ueluti ex test. cognatorũm uel etiam agnatorum.

PALLIUM est insigne ornamentum archiepiscopi uel episcopi, qđ ex priuilegio sibi cõceditur, sumptum de corpore beati Petri in signum plenitudinis pontificalis officii, ut de elec. significasti, de authoritate & usu pallii præalleg. c. Vnde ante pallii receptionem ecclesia dicitur uiduata, ut d. c. quoniam in uerbo designat plenitudinem potestatis.

PALATINI aliter dicuntur uicarii, quia quodam modo gerunt uicem principis, secundum Acc. in rub. C. de pala. saclar. li. 12.

PALATINUS comes dicitur qui curam gerebat præcipuam ut missis notariis suis negligentiam iudicũ argueret. C. de offic. rect. l. nullam. Require supra comes.

PALLA dicitur uestis quia altare co operitur, uidelicet lineus pannus consecratus qui super altare ponĩt super quem extẽditur corporale. Sumitur etiã quandoque pro corti na uel pãno serico, unde. Lætitiæ causa cibus est, non serica palla.

PAPA idem est quod admirabilis, di citur a papæ interiectione admiran tis, quia uices Dei gerit in terris. Et uicarius illius est cuius est terra, & plenitudo eius c. tua. 2. de de ci. & 9. q. 3. cuncta per mũdum. Homo est uicarius Christi. cle. Romani de iureiu. c. pro humani. de ho. li. 6. c. 2. & 3. de transla. Et quandoque dicitur uicarius Petri ut 63. distin. ego Ludo. & tunc est impropria lo cutio, uel exponitur. i. gerit uicariam quam gessit Petrus, Nam uicarius non dat uicarium, de offic. uica. clericor. Vnde poeta angelicus Gof. in poetica noua quæ incipit Papa stupor mundi si dixero papa nocenti. Acephalum nomen tribuam tibi, si caput addam Hostis erit & in fine subdit; nec Deus es nec homo, sed neuter es inter utrunque, uel dicitur Papa quasi pater patrum, secundum Io. An. super uerbo Papa in proemio cle. & illud quod fit authoritate Papæ, dicitur fieri authoritate Dei, & hoc est uerbum, si fiat de causæ de transla. inter corporalia. Nam Papa subiace e legibus C. de legi. l. digna uox. & ff. eo. ti. l. princeps & dat authoritatem canonibus, qui ab eo uigorem sumunt, & non econuerso c. significasti. de elect. in glo. 1. c. si aliquando de senten. excommunicat. & eius præsentia supplet omnem solennitatem C. de test. l. omnii. Etiam Papa solus est idoneus testis c. cum a nobis de testi. sed an locum habeat in his quæ Papa uiderit antequam uenit ad Papatus apicis promotionem, dicit Ludo. de Rom. per Eugenium quartum quæsitũ fuisse a quatuor auditoribus quorũ ipse unus erat & subdit quod certe multi multum dubitauerunt finaliter reperit ipse duas gloss. Io. And. singulares tenentes quod fic, de quo multũ gauisus accessit ad dominum apostolicum sibi dicens, una est in c. 1. de renun. lib. 6. alia est in c. ad apostolicæ. de re iudi. eo. lib. & ita fuit iudicatum. Item ponitur Papæ in numero plurali c. si a Romanorum. §. decretales. in fine. 19. distin. ubi dicitur quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab urbe romana dederunt. Item Papa proprie non habet dominium rerum ecclesiarum, licet hoc dicat glo. in c. cum uenisset. de iudi. & Hostien. dicit q Papa mutat dum uiuit qua drata rotundis, & in omnibus potestatem habet præterquam in sidę

uiolanda. Dicunt ergo doct. dictam glo. damnando quod Papa solũ est administrator & dispensator rerum ecclesiæ, neque potest alienare sine causa rationabili, igitur non est dominus, imo secundum Archid. 12. q. 2. non licet Papa peccat mortaliter si alienat res ecclesiæ, quod est ualde notandum secundum dominum Pau. Quid ergo de inferioribus prælatis alienantibus. Itẽ Papa secundum commmunem opionem habet utranque iurisdictionẽ, s. temporalẽ & spiritualẽ quantũ ad habitũ, non tamen habet quantum ad actum uel exercitium mittere falcẽ in messem Imperatoris in gladio temporali. c. duo sunt. & c. si Imperator, 96. distin. c. licet ex suscepto, & c. ex transmissa. de for. compe. Nam exercitium iurisdictionis secularis de uoluntate commisit Imperatori. c. solite. de maiori. & obed. Patet primum, quia utrunque gladium habuit Christus, iuxta illud, Ecce duo gladii hic, sed Christus suam potestatem dedit Papæ Petro suo uicario. ut 22. distinct. c. 1. quam suis successoribus admisit. 40. dist. c. 1. Secundum patet, quia dixit. Conuerte gladium in uaginã non dixit proiice, quasi diceret, tene gladium temporalem in habitu non tamen eo utere in exercitio. Quare Papa uti non debet gladio temporali nisi in defectum uel negligentiam principis secularis, tunc habitum deducit ad actum. uide bonam glo. in uers. discernit. iuncto c. quoniam dist. 10. & glo. 2. c. nouit. de iud. Et ratio quare Papa non debet habere gladiũ temporalẽ exercitio uel in actu, quia sacramentũ altaris representat unionem Christi ad ecclesiam, animæ ad corpus, sed minister Christi & ecclesiæ (qualis est papa qui se scribit seruus seruorum Dei. c. relatum. de sent. excom. & in prin. decre.) non debet habere gladium quo anima diuiditur a corpore. Sunt ego duo principia in ecclesia (ut cap. solite prælle.) per solem & lunam designata Nam imperator potestatem habet a Deo approbatiue, sed nõ immediate quia per medium ordinatum a Deo, uidelicet per Papam a quo habet potestatem collatiue. Hic est quod imperio uacante, iurisditio terrarũ Imperii competit Papæ. c. licet. ex suscepto. de foro competen. sed non econtra, uidelicet quod uacante Papatu Imperator succedat in spiritualibus c. qualiter. de iudi. secundum Lud. de Ro. qui etiam quærit quid in legato sedis Apostolicæ, an eidem etiam competit talis iurisditio uacante Imperio, & uidetur quod sic, quia de gremio Papæ c. sub militibus ii. q. 6. & ius uice fungitur. Dicit ibidem quod cõtrarium est uerum secundum Specula. in tit. de lega. §. nunc ostendendum uersi. 19. Ratio quia nemo debet ponere manum authoritate generalis commissionis in his quæ specialiter proroga- tiua Papæ competunt c. quod translationem, de offi. deleg. sed hoc Papæ specialiter concessum in signum præeminentiæ singularis, ergo &c. Hæc Ludoui. in singularibus suis. Et ubi Papa non habet temporalem iurisditionem, ibi non potest tollere legem quo ad forum ciuile, nisi in his in quibus uertitur periculum famę, ubi tollere potest legem quo ad utrunque forum. c. nouit. de iud. c. ult. de præscrip. & c. si, de foro compe. lib. 6. Sunt enim potestas distinctę. distin. 10. quoniam. ubi de hoc. & dist. 96. c. cum ad ueram. & c. causam 2. qui fil. sint legi. & tenet Ioã. An. in regula possessor.

fessor. de re iudi.lib.6. licet alii dicant quod indistincte quo ad utrũ quæ forum Papa possit legẽ tollere x.dist.constitutiones, & c. cum esses.de testa. Et quamuis Papa sit dominus mundi & Imperator dominus mundi dicatur.ff. ad legem rho.de iac.in l.deprecatio.& 7.q.1. in apibus.& in cle. past oralis de re iud. secundum Ioan. An. differentes tamen sunt domini mũdi, quia Imperator sicut luna sub sole, ita sub apostolico dominio est, quia est filius ecclesiæ, & inclinabit caput suum episcopis, a quibus excõmunicari potest, ut dist.96.c. si Imperator catholicus est. c.certum di stin.x in glo.3.

PANDECTA dicitur a pan.i.totum, & dectem.i.doctrina iurisc͠õsultorum.l.2.§.cum antea. & ibidẽ Alb. C.de uete.iur.enu.

PARABOLANI sunt medici qui ad curandum egra membra uel corpora debilium deputãtur, dicti parabolani a parabola, quia plura promittunt hominibus quam faciunt & quia sepius parabolis utuntur, ut C.de episc. & cle.l. parabolani. ubi tex. Parabolani qui ad debilium &c. & ibi sexcentos præcepimus constitui.

PARAPHERNALIA bona uel res paraphernales dicuntur res quas mulieres iuxta dotem inferunt in domũ uiri a para, idest iuxta & pherna ꝙ est dos uel donatio.inde paraphernale dicitur quicquid mulier habet ultra dotem undecunque.Et si est consuetudo, potest talia retinere pro se, nec maritus debet se de his intromittere mulier in uita, sed Host. de do.propter nuptias. Et mulier propter fornicationem non solum perdit dotem, sed etiam dotalitium, idest paraphernalia, ut est glo.sing. in uerbo dotalium, in c. plerũq. de dona. inter uirum & uxo.

PARENTES sunt illi qui nobis cognatione sunt iuncti, per cuiũscũq. etiã lineã sexus hoc fiat secundũ etiam in erpretationem iuris dicũtur omnes ascendentes siue descendentes in supremum siue infimum per paternam siue maternã cognitionem, sed secũdum Azo.proprie dicuntur parentes usque ad trita uum,& ultra dicũtur maiores. Et idem est de lib.in descendendo.

PATRES curie dicuntur uasalli qui habent consimilia feud. a domino illius feudi de quo agitur, prout nota in c.cæterum.de iud.

PANCRATIVM est colluctatio cum fustibus uel locus lignis circundatus in quo certo ordine stant pugnãtes ut in pugilib. uidemus glo. est in l.qua actione.§.si quis in colluctione.ff. ad legem aquil. require supra colluctione.

PANCRATIVM genus certaminis est quod aduocatis omnib. corporis uirib.omniumq. neruorũ cõtentione transfigitur. Budeus in l. qua actione.ff.ad legem aquil.

PARANYMPHVS uel paranympha dicitur parans uel procurans sponsalia. Require infra Proxeneta.

PARAVEREDE indeclinabile dicĩt a para.i.iuxta, & uerede equo ducente rhedam, a ueho his. hære. & rheda.secundum Hugo.& sic bubulci & aurige. parauerede dicuntur secundum Accur. C. de cursu pu.l.2. lib.12.

PARASIDICVS componitur a para uel paruum,& fidus,i.fidelis,&icos custos quasi parũ fidelis ad custodiendum uel obseruãdum quæ obseruare debet,ut colligitur C.eo.titu.& lib.

PARAGRAPHVS dicitur quasi diuisio a fares i. diuisio, & graphia,i. scri-

scriptura inde paragraphus id est scripturæ diuisio per Isid. nota. in prin. decretorum.

VIDE de paragrapho alci. li. disp. 3. c. 16. delirat enim hic auctor.

PARRICIDA proprie est qui patrē occidit, extenditur ad ascendentes & descendentes & multas alias personas coniunctas. l. 1. 2. & 3. ff. de parrici. & eo. tit. C. per tot. tit.

PARATITIA greca dictio est qua utitur Iustinianus in l. 1. §. pen. C. de uet e. iur. enu. apud quē tamē piratitia mendose legitur. Paratilia autem in eo loco. Iustiniani apud nos summe rerū interpretari poterūnt, quales scripserūt Azo. & alii qui titulos & admonitoria quædā sine præludia collegerunt, quod ab Imperatore ibi permissum est.

PARITER i. simul. extra de temp. ordina. c. 1. lib. 5. & de hoc aduerbio ui. etiam per Bart. in l. si fun. §. si duo. ff. de pigno.

PARS & totum differunt. ff. de euic. l. 1. & uide quod no. Arc. dist. 75. ꝙ partibus. Item adde quid ueniat appellatione partis. Bar. in l. si plures. ff. de dam. inf. c.

PARIPVS dicitur a parum & pus puris quod est custodia, quasi parum custodiens mandata, ut. l. paripum. C. eo. tit. & lib. præalle.

NESCIO an parephippiū exprimere uoluerit, de qua dictione uide Alcia. in li. C. 12. ad legem parephippium. de cur. pu. Nam paripum uox est mihi incognita.

PARTICIPIVM significat prout tēpus eius ut aliud medium significare declarat. v. g. ibi lego stichū seruum meum fugitiuum hoc participium fugitiuum significat cōditionem quia sensus est seruū qui meus est, si erit fugitiuus. l. itaq. ff. si cer. pet. l. stichum. ff. de leg. 1. Sed ibi. lego stichum seruum meum præsentem, uel receptum ex testamento titii uel factum artificem, sic de aliis non facit conditionem, quia hæc participia sunt præsentis & præteriti temporis, ideo nō potest cōprehendi significatum conditionis. Item ibi, lego hæredi ut acceptis cent. a titio restituat hæreditatem significat conditionem. l. a testatore. ff. de cond. & demon. quia participium acceptis ablatiui casus, etiā significat futurū, licet sit præteriti tēporis, quia sensus est si acceperit centum in futurum &c. Item ibi uendo tibi certa uina &c. hoc pacto, ꝙ erunt degustanda infra certum diem, hoc participium degustanda, non significat cōditionem, quia uenditio est pura, & si stares per emptorem quod non degustaret tunc die pari præterita periculum esset suū. l. quis uina in princ. ff. de peri. & com. rei uen. Ratio, secundum Bar. licet hoc participium sit futuri temporis, non tamē fuit adiectum dispositioni, sed exactioni etiam habuit limitationem certi temporis. Alii nitūtur dicere quod ibi significentur conditio resolutoria. s. sic ut degustando reprobētur uel approbentur uina.

PARTICIPATIO cum excommunicatio duplex est, quædam inducit maiorem excommunicationem, scilicet quæ fit in crimine, de sen. excom. l. si concubine. & c. nuper. Alia inducit minorem. s. quæ fit in locutione, osculo, salutatione, mensa thoro, & similibus, ipso iur. 11. q. 3. c. cum excommunicato. & c. qui communicauerit, & quibus repellantur hæ excommunicationes, habes. 3. q. 4. engeltrudam. de exce. c. a nobis, & de cler. excommuni. mini. cap. si celebrat. Sunt autem quædam personæ exceptæ, quæ sine hac pœna excommunicato parti-

participiant. f. uxor, filius, seruus, colonus &c. 11. q. 3. quoniam multos. de sen. excom. quod in dubiis & ca. inter alia secundum Specu. & Garsiam, mittendo nuncium uel literam excommunicatio incurrit, minorem, quia loqui uidetur. ff. de constit. pecu. l. licet & est gloss. in c. statuimus, & c. constitutiones de sen. excom. lib. 6.

PARTVS antequam edatur est pars uiscerum matris. l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de uen. insp. l. si aliena, §. ceuola. ff. de usucap. & continetur appellatione redditus, non autem fructus. l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad treb. & l. Pau. ff. ad l. falc.

PARVM & nihil non bene conueniũt nec in una sede morantur. sic. C. de lati. lib. tol. l. 1. §. illud.

PASCVA loca sunt ubi bestie pascuntur. l. diuortio. ff. solu. matr. & C. de pasc. pub. quasi per totum titu. libro 11.

PATER est ille quem nuptie designant. 1. præ sumunt esse, ut dicitur Azo. in sum. C. de in ius uoc.

PATERFAMILIAS dr̃ is q̃ sui iuris & potestatis proprie, cuiuscunque sit etatis, sed filiusfamilias econuerso. Require loco suo.

PATRES etiam dicti sunt quos plures sibi creauit ut ipsi plebem excederunt.

PATRES conscripti dicebant̃ quorum nomina in tabulis aureis scribebantur. Patria potestas est inestimabilis, ut habetur de leg. 1. filiusfa. §. promulgarem & secundum Azo. in sum. C. eo. tit. est ius quoddã quod habent. hi qui sunt de imperio romano, liberos naturales & legitimos q̃ ius alii non habent, ut in sti. de pa. po. per totum.

PATRICI dicuntur ideo quia prætorie potestati præsunt, secundum Isid. libr. 9. c. 3. Etiam patricius est is quam imperator sibi elegit in patrem, ut inst. qui. mo. ius pa. po. sol. §. filius familias. & C. de consor. eisdem. lit. l. fi. Item in alia significatione dicti sunt patricii qui dam nobiles de ciuitate, & olim dicebantur patres principum scilicet ad consilia præstanda.

DICIT Isid. lib. 9. etymo. ca. 3. Patricii inde uocati pro eo quod sicut patres filiis ita prouideant reipubli. Vnde dignitas patriciatus dicta est, erat enim patritius, quasi principis pater.

PATRICIDA est qui patrem occidit, alias in iure ciui. ponitur patricida. C. de his qui pa. uel libr. occi. l. unica.

PATRICIDIVM alias parricidiũ est homicidium nephãdum qđ cõmittitur in parentes, in liberos in proximos collaterales & affines. Require super ad leg. Pompeiam.

PAROCHIA est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus, secundum Goff. in sum. eod. titu. Et parochiarum diuisio incepit a Dionysio. 13. q. 1. c. 1. Consistit autem ius parochiale in hoc secundum Goff. in sum. eo. tit. ꝙ omnes parrochiani diebus dominicis, & festiuis missam audiant in ecclesiis in quorum parrochiis habitant, ut in c. eod. tit. de consecra. disti. 1. si quis, etiam consistit in decimis personalibus quæ ecclesiæ parrochiali debentur 21. q. 1. si quis laicus. & in oblationibus quæ dandæ sunt sacerdoti parrochiali, qui pro populo orare debet. 10. q. 1. quia sacerdos.

PATRVVS uel patrina dicitur filius uel filia spiritualis compatrum uel commatrum matris uel patris quẽ uel quam quis de fronte baptismatis leuauit, uel ad sacramentum cõfirmationis tenuit.

PATRVVS

PATRVVS dicitur frater patris quasi pater alius.

PATRVVS magnus est frater aui.

PATRVELES dicti sunt quorũ patrẽ inter se germani uel fratres fuerũt.

PATRVELES sorores sunt duorum fratrum filie. Sed utrum appellatione patrui cõtineantur patruus magnus, uidetur quo non ut in §. patruus magnus, in lege iurisconsultus ff. de gradi. sedi. oppositum ꝙ sic, aliqui defendere nituntur, quia differentia addita generi contrahit ipsum ad speciem sub illo genere, ut animal rationale species est animalis, sic & patruus magnus species paterni esse probatur, simile ff. de adop. l. 1. Ibi adoptio filii qui sui iuris est species est adoptionis.

PRO patruus est frater proaui, & ab patruus est frater.

PATRONVS secundum canones dicitur ille qui habet ius præsentãdi aliquem ad beneficium ecclesiasticum sed secundum leges est qui manumisit seruum suum spontè, qui seruus dicitur libertus eius a quo sic manumissus est. Etiam patronus quandoque dicitur a duocatus uel ecõuerso aduocatus patronus causarũ, quia patrocinium præstat, uel patrocinatur, & iu primo significato trium facisit patronum. unde patronum faciunt dos, edificatio, fundus. Require supra ius patronus.

PASSIM, differenter de appel. cum sic romana & c. pastoralis de offi. deleg. in glo. 3. in c. impetrandum de iura. calum.

PASSIVVM uerbum aliquando resoluitur in infinitiuum sui passiui, & aliud uerbum ut reponatur id est reponi sinatur. ff. de aqua plu. arc. l. in sum. §. item uarius. Item passiuum uerbum cum ablatiuo quandoque importat actiuam significationem ut petitur a me, id est aliquis a me petit. ff. de dam. infe. lege a quo fundus.

PAVPERIS est damnum siue iniuria facientis ipsum damnum, ut ab animali quod sensu caret factum. ut si equus tuus segetem meam pasnit. uel aliter damnum mihi dedit. Non, n. potest dici iniuriam fecisse, cum sensu careat. instit. si quadrupes. paup. fecis. dica. §. pauperis ubi dicit gloss. ꝙ est mirabilis expositio & lega. Differunt autem damnum maleficium, & pauperies. Nam damnum fit cum animo iniuriandi, uel habente animum iniuriandi, licet non utatur. Alia patent in locis suis. De pauperici actione require supra Actio.

PAVPER dicitur qui non habet quinquaginta aureos in bonis Bart. in l. qui accusare ff. de accusa.

PAVLATIM habetur in aut. de re sti. & ea quæ pa. in prin. & inst. de re. di ui §. præterea.

PAVLIANA actio. require ibid.

PAX secundum Goffred. est discordie finis, ut c. 1. de treug. & pa. in gl. 1. Item pax est uinculum charitatis ut in c. nouit. §. sed forsan. de iudi. Et sunt sex causæ propter quas nõ est pax inter homines. Prima quia non puniuntur maleficia. Secunda abundantia temporalium. Tertia quia non pugnamus contra demones. Quarta quia non consideramus damna litis ubi diuitias, corpus & animam perdimus. Quinta dubius euentus belli, qui non consideratur. Sexta quia non seruamus præcepta dei nec soluimus decimas, & sic quod non capit Christus tollit fiscus 16. q. 6. maiores. Et est gloss. no. de re. lib. 6. ad apostolice.

PACEM rumpere non dicitur ille qui

qui facit furtum ei cum quo pax est Bar. in l. uerum est. ff. de fur.

DE P ANTE E.

PECVLIVM est pusilla substantia uel pecunia separata a rebus & ratiociniis patris uel domini, data uel permissa filio uel seruo. ff. de pe. depositi. §. peculium. Et est multiplex. s. castrense uel quasi castrense profectiuum, aduenticium, paganicum, non paganicum. C. de bo. quæ li. l. cum oportet. l. cum multa & l. cum non. Item peculium dr̃ res paraphernalis ff. de iu. do. l. si ego. §. dotis. Item peculium ponitur pro hæreditate uel patrimonio C. de episc. & cleri. l. si quis præsbyter. ff. de treb. l. cogi.

PECVLIVM castrense est quod miles acqrit dum militat in castris & illud est filii pleno iure tam quo ad proprietatẽ quã quo ad usumfruc.

PECVLIVM palatinorum dicitur etiã castrẽse. s. militum palatii qui principem sequuntur, secundum Accur. C. eo. ti. l. 12. in rub.

PECVLIVM quasi castrense dicitur illud quod aduocatus acquirit præstando clientulis suis patrocinium in causis, uel quod magister grammaticus, logicus uel rhetoricus in scholis suo lucratur exercitio in l. fi. C. de inof. testa.

PECVLIVM aduenticium est, quod filio aduenit ab auo paterno uel materno uel ab altero, ut ex prospera fortuna, & ex testamento agnatorum uel cognatorum, & qđ filio aduenit, ipsius ex quo ad proprietatẽ, patris uero quo ad usumfructum. Et dicitur alio nomine paganicum aduenticium. Item aduenticium si ab imperatore uel augusto datum fuerit, comparatur castrensi peculio, in l. cum multa. C. de bo. quæ lib.

PECVLIVM profectitium dicitur illud quod a rebus paternis uel dominicis proficiscitur, & filio uel seruo datur ut in eo negotietur, & illud est patris quo ad proprietatem, sed filii serui quo ad usumfructum. Et etiam alias dicitur paganicum profectitium.

PECVLIVM clericorum est patrimonium clericorum. Nam peculium patrimonium appellatur ff. ad Trebel. lege cogi. in princ. unde illud quod clerico uelut proprium possidetur, eius peculium dicitur. Secundo modo tamen & usualiter peculium dici solet filiorum & seruorum patrimonium quod eis a domino uel patre datur, ut ff. eo. titu. per totum.

PECVLIVM clericorum profectitiũ est quod de bonis ecclesiæ procedit uel quod ecclesiæ contemplatio acquiritur.

PECVLIVM aduẽtitium eorundẽ, est quod acquiritur ex opera eorum, uel alias prouenit ex intuitu personæ. Et hoc not. Goffred. in summa eod. titu. Et dicitur peculium a pecunia.

PECVLIARITER id est specialiter. C. de com. rei mili. l. 2. li. 10. & ff. de tribu. ac. l. 2.

PECVNIA appellatur totum quod homines habent, & dicitur a pecoribus quia quicquid antiqui habebant, totum in pecoribus consistebat, ut. 1. q. 4. totum & sic sumitur communiter. Quandoque tamen capitur proprie & stricte solum pro numerata pecunia ut 4. q. 3. putant quidam & ibi gl. Alias appellatione pecunie omnes res continentur C. de consti. pecu. l. 2. Etiam proculus ait pecunie appellatione rem significari. ff. de uerbo. signi. l. pecunie. uerbi gratia hæres factus hæreditate adita uendit eam & emptori per stipulationem pro-

mittit quanta pecunia ex hæreditate ad ipsum peruenit &c. Appallatione pecuniæ omnis tres significatur, quia sensus est omnis res quæ ex hæredi ate ad me peruenit, & capitur significatum ex dispositione præcedenti. s. uenditio ne hæreditatis, quæ omnes res significat. Idem ibi late significat dicendo, hæres mi, uolo te restituere titio pecuniam meam, id est hæreditatem meam. Vnde perinde est ac si dicat hæreditatem, bonam, ue res meas. ut l. nam quod §. fi. ff. ad Trebel. Sed si significat strictissime dum filio familias prohibetur mutuari pecunia, quia significat pecuniam numeratam. l. i. ff. ad senatusc. maced. iuncta l. sed & si §. pecunie. eod. tit. Ratio utriusque, quia in priori casu subiectus fuit ex fauore ergo ampliãdus, sed hic casus subiectus est ex odio ergo restringendus, ut in regula, odia, de reg. iur. lib. 6.

PEDANEI iudices. Require supra iudices pedanei.

PEDAGIA dicuntur quæ dantur transeuntibus in locum constitutũ a principe. Et capiens pedagium debet dare saluum conductum & territorium eius tenere securum, adeo ꝙ si aliquis derobetur, id est spolietur (est uulgare gallicorum), tenetur ei dominus terre rapinam resarcire secundum Bal. in usib. feu. de pa. iur. fir. in. §. conuenticulas. facit. l. ne quid. ff. de incend. rui nauf. & no. Archi. 33. q. 5. si quis peregrinorum. Sed guidagia. require supra.

PECORIS noĩe continentur boues.

PECORIS ad aquam appulsus est ius adducendi uel appellandi pecus ad aquam fontis alieni, iure seruitutis.

PEDICVLI dicuntur quædam argentea, sustentacula quibus uasa uel res quelibet uelut pedib. sustentatur, ita ponitur in l. pedibus argenteis. ff. de auro & argen. lega.

PEDETENTIM, uide in glo. 1. in clemen.

PEDAGOGVS est ille, qui ab initio instruit pueros, & dicitur a pais pados idest puer, & agogos ductor quasi ductor siue gubernator puerorum, insti. qui. ex cau. manu. non licet. §. ea. l. eliascentia, ubi gloss. Potest. n. 20. annis maior tamen. 17. manumittere pedagogum suũ, ut ibi dicitur. Pedamenta dicuntur sustentamenta pedum uinearum & dicuntur. galli paxil.

PENA & supplicium differunt, ut no. Archi. xi. q. 3. c. nemo per totum.

PEDICONES gladio puniuntur teste Iustiniano institu. de pub. iudic. §. item lex Iulia, quãmuis quidam apud imperatorem in eodem loco in alio capite legis iulie hanc pœnam constituant, & propterea textum nitidum, deprauantes non peccatoribus, sed prædicatoribus legendum contendunt. tamen quia hæc eorum lectio minueret pœnam non puto ab antiqua lectione recedendum, cum alioquin tales uita priuari debeant, ut sancitum est in auth. ut non luxu. contra na. circa fi. & in l. cum uir. C. ad leg. Iul. de adul. secundum intel. Bald. Inconueniens. n. esset nam detestabile crimen puniri solum priuatione dimidie partis bonorum, si honesti sint, si humiles corporis coer ctione cum relegatione, ut ipsi uellent, cum alioquin crimen adulterii & incestus acrius puniatur & iure consul. l. i. ad fi. ff. de extraor. cog. dicat eum qui stuprum sua let. capite puniri, & distinctio legis Iul. ibi p imperatorem relata. quã hi uellent extendere, solum punit

cos

eos qui uiduas uel uirgines ſtuprauerunt, ſecundum Matt. not. c. 1. cuius eſt initium no. lex. licet gloſſator neſcio quid inepte ſubintelligendum putet. Præterea nonne legimus apud Auguſt. quod peius eſt contra naturam quam cum matre coire, ut habetur in c. adulterii. & duobus ſeq. 22. q. 7. Ideo conſequens eſt ut maior, pœna & exquiſita ad hoc coerceantur, ut etiam diſponit imperator in dicta. l. cum uir. præalleg.

PELLEX eſt quæ miſcetur habenti uxorem, alii dicuntur quod eſt uxoris loco ſine nuptiis in domo, ut concubina uel amica. l. maſurius. ff. de uerbo. ſignifi. uel eſt illa quam quis habet ad tempus ſaturam de libidinis cauſa tex. & glo. in c. laici iuncta glo. 33. diſt.

PENE ideſt quaſi. & not. 3. q. 7. cap. qui ſine.

PENES no. plene Io. cal. in com. de cr. poſtulaſti. de conceſ. præben. Et eſt differentia inter pœnes & apud uide per Io. Linconienſis. in l. ſi. quis intan. ã. C. unde ui. ubi dicit quod illud eſt pœnes aliquem cuius poſſeſsionem habet, ſed illud eſt apud aliquem cuius ſolam detentionem habet, ut depoſitarius & commodatarius, & dicit quod in d. l. apud ſumitur improprie, ut in l. pœnes. ff. de uerb. ſign.

PEIUS not. Pau. in commento. c. in literis. de reſti. ſpol.

PENITUS no. Io. And. in c. 1. de ſup pl. neglig. prælato.

PENE eſt dilectorum debita coerctio uel ſatisfactio, quæ a lege uel a miniſtris legis imponitur not. per Azo. in ſum. de pœn. & l. ſi pœna. ff. de pen. Et ſunt octo pœne iuris ciuilis, damnum, uincula, uerbera talio, ignominia, exilium, ſeruitus & mors. Pœne autem iuris canonici ſunt, ſuſpenſio, excommunicatio, depoſitio, intruſio, incarceratio, & uerberatio, ſecundum Archi. qui hoc noc. in c. 1. 24. q. 5.

PENAM committi eſt pœnam deberi.

PENITENTIA ſecundum Am. eſt prœterita peccata plangere, & plangenda iterum non committere, uel ſic ſecundum Aug. eſt quædam dolens uindicta puniens in ſe quod cõmiſiſſe dolet, de quo plura uide in tract. de pe. diſt. 3 & 4.

PENULA eſt quædam ueſtis qua nõ utebantur niſi ciues Romani quæ fuit data patri Sauli, quia ſocietatem contraxerat cum Romanis. Et etiam beatus Paulus aduerſus iniuſtos Romanum ciuem ſe appellauit, capitu. ſi in adiutorium diſtinct. 10.

PENSIO idem eſt quod cenſus uel tributum. In quo differant penſio & cenſus uide glo. in cle. 1. de ſup. neg præla. in uer. penſiones.

PENSITATIONES publice ſecundũ Azo. in ſumma. C. ſi propter pub. pen. uel dicuntur annue exactiones tributorum uel ueſtium, auri uel argenti, quæ a certis perſonis præſtabantur fiſco. Sed penſitationes publice dicuntur quæ ad uiarum uel pontium refectionem præſtande ſunt a poſsidentibus, ut fiat omniũ datorum quædam collatio, & ſic penſitatio eſt quaſi penſionis ſolutio.

PENTATEUCHUM eſt uolumen cõtinens quinque libros Moyſi a penta ꝙ quinque, & teuchum mandatum quaſi & c. ut in c. 1. de decimis.

PETANGARIA eſt ſeruitus perſonarum & rerũ, & dicuntur quaſi perfecta & magna angaria. Eſt autem angaria ſeruitus perſonarum, & non rerum. Item parangarie dicuntur exactiones & præſtationes patrimonio-

moniorum, scilicet onera quædam quæ prædio incumbunt uel impo nuntur, & erant forte exactiones equorum uel uecturarum ad portandum annonam militibus, ut colligitur. C. de cursu pub. & angaris & parangariis, in rubrica. libro 12.

PERAGANDA est uestis de auro uulgari quod in gaudis uestimentorum uel chlamydum poni solet, uel uestis quæ habet aurum tātum in superficie, require supra. Oloberus. & C. de uest. olob. & de aura. l. 1. lib. 11.

PERDITVM dr̄ aliquid si facta diligenti inquisitione non reperitur Bar. in l. si quis ex argentariis. §. an uero. ff. de eden. ubi Ias. post alios tractat de perditione scripture, & cui incumbat onus probādi, & quomodo probetur perditio, de quo per Abb. in c. sicut nobis, de re iudi. & c. sicut, de prob. & per Fel. in c. si. eo. tit.

PEREGRINANTES large dicuntur illi quia loco sui homicidi proficiscuntur C. de inco. l. ciues. li. 10. Proprie autem dicuntur romipete apostolorum & aliorum sanctorū limina oratoria uisitantes. 24. q. 3. si quis rompeas. & c. paternarum, & c. illi qui etiam dicuntur illi qui accedunt ad præsentiam domini pape, eo. tit. cap. unico, & 2. q. 6. arguta.

PEREGRINI dicuntur omnes qui non sunt de episcopatu ordinandis siue sint clerici, siue laici secundum Gof. in sum. de clerici. peregr. quia tales recipi non debent ab episcopo alieno ad ordines uel dignitates, aut ecclesiastica sacramenta, ut 71. dist. per totum, & in ti. de cleri. pere. unde clericus peregrinus est qui in alia prouincia ordinatur.

PEREMPTORIVM dicitur a perimendo. eo quod omnino perimat ut terminus peremptorius ultra quem non datur ulteriores dilationes. Simili exceptio peremptoria dicitur quæ perimit actionem. Etiā dicitur citatio peremptoria, quia omnes alie citationes debent fieri antequam aliquis tanquam contumax puniatur. Iudex tamen peremptoriam citationem uel peremptorium dictum extante causa statim mittere potest, & idem operabitur quod alie tres citationes possunt operari.

PEREMPTIO. i. in totū extenuatio l. qui hominem. ff. de adi. leg.

PERFECTVM dicitur quando omnibus suis partibus cōstat. l. 1. in pri. & ibi gl. ff. de oti. iur. uel dr̄ perfectum in quo adsunt quæ ad esse debent. l. 1. & ibi no. C. de arb. Aliquando dicitur perfectum ex sola initiatione. ut l. edificia. §. per fecisse. de uer. & re. sig. ff.

PER not. Archi. 13. q. 2. ca. ebron. & Paul. de Leaz. plene in clem. 1. de sum. tri. & fid. cath. & Ioan. And. de ele. dudum in fi. ff. de uerbor. sig. l. §. per noctare, ubi dictio denotat perfectionem, ut habetur in l. si tu. ff. de leg. 1.

PER functorie. i. obscure, uel deceptorie. not. ff. quod ui aut clam. i. aut qui aliter, uel id est negligenter, 40. dist. ante omnia.

PER fusorie. i. ambigue. ff. de euict. l. qui libertatis. §. sed & si quis.

PERGVLA est tugurium uel obūbratio frondosa, & ponitur in gl. §. contrahentes, c. 1. de foro compet. lib. 6.

PEREQVATVR est qui homines, & territoria perequat. i. ualde equat uel qui prædiū desertum equa pensione (ut prius) assignat nouo possessori, ut C. de censi. & in censito.

sitio, & perequato.in rub.lib.11.

PER duelliones. Require supra. Crimen læsæ maiestatis.

PERIPSIMA est purgamentum uel cortex pomi uel piri. Vnde Tolle peripsimam. edes culpam, spernés arullam.

IMO uero peripsimalos declinatur per ter iã, & est neutri generis, scobem quisquilias ac omnium rerum purgationem significans.

PERIVRVS qui scienter transgreditur iuramentũ quod contra iura ex certa sciencia facit c.tua. de iureiu.si tamen aliquis falsum iurat ignorãter nullo modo peccat c.homines 22.q.2. si tamen licitũ est id quod iuratur ueniendo contra peccat mortaliter, ut c. si uero. & c. quærelam.eod.titu. si autem illicitum sit, & eius obseruatio uergat in dispendium salutis uel corporis interitum, non peccat contraueniendo. licet peccet iurãdo.c.1. 2.& 3.22. q.4. Si tamen iuramentum est indiscretum. tunc si ex proposito & deliberatione fiat mortale est cap. qui sacramento. 22.q. 4. sed si iurat incaute uel iocose est ueniale secundum Host. in d.c. tua nos.

PERMITTI dicitur aliquis tribus modis. Primo quod nullo iure prohibetur.Secundo quod contra humanas constitutiones indulgetur. Tertio, illicitum, ut magis illicitum uitetur, ut est glo.cum exemplis in c.omnes dist. 3.

PERMVTATIO secundum Goffr. est unius re pro alia uicaria præstatio uel uicaria præstatione mutatio. Et contrahitur( sicut plerisque placet)quando inter aliquos conuenitur, ut certa species pro certa detur. C.eo.titu.quoniam asseris. Si enim conueniretur ut certa species daretur pro incerta, uel econuerso non esset permutatio, sed contractus innominatus s. do ut des &c. & permutationis contractus ideo fuit inuentus, quia sæpe poterat aliquis habere aliquid inutile sibi uel parui commodi, quod alteri multum ualere poterat, & econuerso. Et prius ignorabatur qualiter res unius alterius fieri poterat, ad quod inuentus est ille contractus permutationis.

PERPERAM, idest malitiose iniuste,inique. l. cum quærebatur. ff. de re iudi.& l.qui interrogatur.ff. de interroga.actio.aliquãdo, id est per errorem l.si ancillam. §. fin. ff. pro suo. Et quando dicatur perperam iudicatũ, uide l. si seruus quẽ. ff. de libe. cau. Aliquando dicitur perperam quod calumniose & sine causa fit.l.ab executione,circa fi.C. quo.appe.non reci.

PERPETVVM quandoque idest est quod generale, de elect. c.messana & c.ut circa. eo.tit. lib.6. ut dicendo, edicto perpetuo, idest generali prohibemus.

PERPETVVM dicitur illud quod nõ habet certum finem. Nic. de Neap. in lecturis Bar.in l. iurisperitos.ff. de excusa tuto.

PERPLEXITAS est constringens & euitabilis necessitas peccandi quæ prouenit ex erronea uoluntate, ut cap.primo,in sum.dist.13. ubi glo. bona. Etiam de differentia inter mortalia & uenialia ponitur ibidem exemplum de Iudeis crucifigentibus Christum, & si quis respondet quærenti inimicum si sit in loco. Item si uir denegat uel reddat uxori debitum petenti. Et declarat ibi quod nullus potest esse perplexus inter duo mala, & sic perplexio est solum ad stultam opinionem alicuius, de hoc uide in c. nerui testiculorum. 13. distin.

usque ad finem distinct.

PERPENSVS, id est perfecte pensatus, & deliberatus.de pac.c.ult. circa medium, li.6.& sic dicitur in prohe.cle.iuris sanctio perpensa.digesta consilio.

PERSONE quædam dicuntur priuatæ improprie, ut illæ quæ sunt exēptæ iure communi, ut dist.3. priuilegia, ubi dicitur quod priuilegia sunt leges priuatorum. Quædā uero dicuntur proprie priuatæ, ut illi qui non habent dignitatem 4. q.5. qui contra. Vnde clerici non dicuntur priuatæ personæ, cum habent dignitatem.i. ordinem ecclesiasticum.in c.priuilegia præalle.& dist. 4. quinq. secundum Io.Item secundum Alanum quædam sunt personæ publicæ quæ sunt in officio publico, ut tabellio,iudex baliuus.Aliæ priuatæ quæ non sunt in officio publico.

PERIVRIVM proprie dicitur quando aliquis iurat contra canonica statuta uel temerarie. Et dicitur multipliciter. Primo falsa iuratio quæ si ignoranter adhibita omni diligentia facta fuerit, nullum peccatum est 22.q.2.homines. Secundo dicitur transgressio liciti iuramenti, & sic est mortale. ut 1.q. 1.quicunque. Illicitum aūt scienter iurans peccat, sed non contrauenīens. Tertio dicitur indiscretum iuramentum, & est ueniale. 26.dis.§.criminis. in fi. Quarto dicitur mendacium iuramento firmatum, & super hoc est mortale, 22.q.2.quid ait. Et est crimen adeo magnum ꝙ clericus periurus, ab officio, & beneficio suspendi debet c.peruenit de fideiuss. c. inter dilectos, de excess. prælat.& c.querelam,de iuretur.

PERSONALITAS significat per has dictiones tu mihi ego tibi cum alio significato ꝙ probabiliter concluditur, & si nullo modo concludatur tunc est impersonalitas, quæ actum uitiat,prout ratio dicta.u.g.ago. ꝙ constituas te mihi soluturum debitū mihi a titio. respondens impersonaliter dicendo. Satisfiet tibi ab illo uel simpliciter, satisfiet. Hæc impersonalitas significat te non constituere mihi,& quod nulla sit ob.l.si quando. C.de constit. pecu. Ratio,quia hæc uerba non significant alium obligari. nam alius alium obligare non potest, nec uerisimile est quem iactare suum. l. cum de inde bito.ff. de proba. facit l. Arrianus ff. de actio. & obl. ubi non fit facilis interpretatio pro obligatione. & l.stipulatio ista.§. si quis ita.ff. de uer. ob. Nam communiter quis sibi acquirere cupit, ideo uerisimiliter stipulans uult acquirere sibi quare licet quis dicendo, promittis decem non exprimat uerbum mihi, uel tibi, & alter respondeat non dicendo tibi, tamen uerba mihi,& tibi supplentur, et sufficienter intelliguntur propter causam pictam, ut in l. in stipulatio præal. Item si quis stipulatur decem dari sibi, & alter respondet dari, sed non dicit a me. ualet stipul. l.fi.§. fi.ff.si cer. pet. & l. ita stipulati.ff. de uer. obli.& est sensus, ꝙ dabitur per ipsum promittentem, uel per alium quia hoc significant illud uerbum in personale passiuū dari. Ex quo sequitur ꝙ non est obligatus ad dare, sed tenetur ad factum per ꝙ detur, secus in illo qui promittit dare, quia hoc rem accipientis facere quia hoc uerbum importat ꝙ ipse dabit. Et sic diceres,hæres qui iussit facere, ꝙ Titius centum habeat,tenetur ꝑ se dare.l.si.hæres. ff. de le.1.

ergo

ergo & in propositio promittens dari, debet per se dare. Respondetur ꝙ hoc uerbum habeat, soluit hoc contrarium quod significat in re domini, sed ex promissore non transfertur dominium. ergo &cæt. Item si testator legauit Titio seruos quos ipse testator manumittere non poterat, & manumitterentur, manumitti non possunt hæc impersonalitas significat, ꝙ legatarius seruos non habebit, sed remanebunt penes hæredem, ut l. si qs ff. de leg. 3. Secus si diceret ut manumitteret, quia tunc remanerent pœnas legatarium. l. si quis eum quem. ff. de cond. & demon. Ratio quia ex significato uerbi personalis imponitur onus legatario, ubi & si non tenet onus emolumentũ tamen pœnes cum remanet, & sic de aliis.

PERSVADERE est plusquam cõpelli & cogi sibi parere, ut l. 1. §. persuadere. ff. de ser. corrup.

PERSVASOR a mãdatore in quo differat. Bar. in l. non solum. §. si mandato meo. ff. de iniur.

PERTINERE ad nos dicuntur, quæ spectant ad nos aliquo titulo, non causa pignoris, & quæ nostra non sunt, sed esse possunt. l. uerbũ pertinere. ff. de uerb. sign.

PERTINACIA in malo perseuerantia in uirtute dicitur. Nam pertinax dicitur ualde tenens uel imprudẽter durus irreuocabilis, indocilis. & ostinatus secundum Io. And. in cle. 1. de sum. trini.

PETITIO hæreditatis omnibus illis competit qui iure ueteri, uel nouo hæredes sunt uel fiunt contra possessores, uel q pro hærede possidẽt, nec possunt dicere quare possident, ueteri iure, ueluti 12. tabularum, uel ex testamento nouo iure, ueluti ex senatusconsul. Qui uero cum titulo possident hæreditatem non tenentur petitionem hæreditatis, nisi in tribus casibus, ut si uenditor non apparet, uel modicus distraxit, uel de prætio non ex factus locupletior quibus casibus utilis petitio hæreditatis liberis competit contra testamentum parentum & parentibus contra testamentum liberorum & fratri contra testamentum fratris qui turpem personam instituit hæredem. Hæc autem de inofficioso utilis est, quia competit a tempore adite hæreditatis usque ad quinquennium exheredato non dominus contrascriptum hæredem aditione iam factum dominum.

PETITIO hæreditatis fideicommissaria competit ei cui fideicommissaria hæreditas restituitur ex senatusconsulto trebelliano.

PETITIO hæreditatis possessoria (quæ dicitur bonorum possessio. intra annum utilis) datur emãcipatis uel suis hæredibus intra cẽtũ dies, cæteris usq. ad 30. annos ꝑ durat. in sti. de bon poss. §. liberis.

PYCTACIVM est scriptura cõtinens petitionem alicuius. c. pyctaciũ. 3. q. 3. uel dr̃ breuis scriptura, quæ in tuscia dicitur apodisia. C. de ero. mili. ano. l. actuarii lib. 12. & glo. in c. si quis papa. 79. dist.

## DE P ANTE H.

PHILANTROPVM idem est quod salarium.

PHILATERIA dicuntur chartæ in quibus continentur incantationes. 26. q. 5. in prin.

PHITONES sunt incantatores uel diuinatores, dicti a phitone qui fuit author diuinandi.

PHYSIS græce idem est quod natura latine, & idẽ intelligitur in uerb. oĩ modam, ut in cle. 1. de fo. compete.

Sed an possidens ecclesiam pleno iure possit eius bona conuertire in usum proprium. Et dicitur quod non.in glo.uerbi ad mensam.in cle. 1.de excess. prælа.

DE P ANTE I.

PIGER & tardus differunt, piger n. est incipiendo, tardus uero perficien do.l.si quid uenditor, circa prin. ff. de edil.edict.

PIGNVS est res mobilis uel se mo uens apud creditorem a debitore tradita & collata ad præstandum securitatem de soluendo debito, uel adimplendo promisso. uel sic. Pignus est res obligata pro debito ad securitatem creditoris, & dici tur a nomine pugnus, quia pugno, uel manu traditur, & consistit in re mobili proprie quamuis hypoteca sit proprie obligatio rei immobilis. Et dicitur hypotheca ab hypo, quod est sub & thesis positio, quasi suppositio. Item pignus secūdum Papi. est quod datur pro pter rem creditam, quæ dum reddi tur statim pignus aufertur, cuius possessionem ad tempus solū consequitur creditor, cæterum dñium pœnes debitorem esse. Et ponit ipse differentiam dicendo. Pignora natorum, dicuntur pignora rerum subdens. Sed utraque confundit authoritas doctorum.

PIGNVS prætoriū dicitur illud quod alicui a iudice datur pro maiori securitate rei petite & adiudicate. uide l.si decreto.C.qui po.in pig.hab. & l.1.C.de prec.pig.

PIGNVS committi est in eum statum peruenire, ut debitor dominium pignoris amittat. uerb. gr. tradidi uel mutuaui tibi pecuniam sub pig. cōditione.ut nisi statuto de pignus luas uel redimas, debitum soluendo, quod ipsum committatur, id est amittatur.

PIGNVS est duplex prætorium, & iudiciale. Prætorium est quando mittitur actor in possessionem propter contumaciā rei in nō comparendo ante lit.contest.uel post.Sed pignus iudiciale constituitur quando post sententiam mittitur actor in posses sionem ob uicti cōtumaciam in nō soluēdo, tūc.n. uictor statim acqui rit naturalem & ciuilem possessionē de hoc no. per doc.in c.contingit. de do.& contu.

PIGNVS luere, id est redimere, sicut dicimus luo pœnam, & luo peccatum non peccatum soluitur pœna qui enim crimine tenetur, obnoxius est pœnæ.Et qualiter pignus a pristina liberetur obligatione.uide ff.quib.mod.pig.uel hypot.sol. per totum.& C.de luitione pignorum per totum.

PIGNORARE est rē aliquā pro debito obligare creditori, ut securior sit de solutione debiti, uel est facere cō tractum sic dictum.

PIGNORATITIA actio.Require supra Actio pignoratitia.

PISTORES olim dicebantur facientes panem palatii, qui suberant comiti horreorum, ut c.de pist.li.11.secun dum Accur.

PISCINA locus dicitur pro nutriendis piscibus, & conseruandis piscibus deputatus, quādo placuerit domino, de ipsis capiat.

PILEVS dicitur a pilis, quia pilos capitis tegit & stringit, secundum Io. And.in cle.2.de uita & hone.cle.potest etiam dici a pilis, quia de pilis factus est.

DE P ANTE L.

PLACERE.i. arbitrari secundū uoluntatē rōne regulata, & est actum ponere in placentia.ut in arbitrio, ut in l. thais ancilla. §.sorore.ff.de fi deicom. li. ubi relicta libertate si hæredi placeret, inspicitur quid

bono

bono uiro placeret, & per hoc dicitur quæstione conduxi famulum usq. ad annum,pacto apposito, quod si mihi displiceret,iuxta annũ possum ipsum expellere. s. ex causa ex qua uir bonus expelleret, sed ex usu cõi intelligendi significat meram uoluntatem & forte idem de iure scripto per l. ex placito. C.de rer.per Rõ, quia certum est, quod placitũ significat ibi uoluntatẽ faciendi.§.pe. insti.de contr.empt. ubi recipitus pro mera uoluntate; sed non obstat.§.sorore,præal. quia ibi significat arbitrium ratione subiectæ materie. s.liberatis & facilius ualeat. Item paria sunt actum ponere in alterius libito uel uolun tate.l.fideicõmissaria,prope princi. ff.de fideic.libr.in uers. sed & si ita scriptum.ubi est idem dicere, lego libertatem si hæres uoluerit uel si ei libuerit.

PLAGIARII sunt qui liberos homines seducũt uel seruos alienos surripiunt & uendunt a plaga maris ubi quis seruos uel liberos furtim subreptos uendit piratis,& barbaris.C.ad l.falc.de plag.l.fi.

PLAGIVM est plaga uel dolor que parẽtibus uel dñis infertur de surreptione filiorum,uel seruorum ab ipsis plagiariis.Aufertur.n. dominis uel partibus per tales facultas filiorum uel seruorum,& dicitur a plaga, quia est magna plaga patri uel domine secundum gloss. rub. ad l.fauiam,de plagiariis.

PLAGIARIVS (alias plagiarus) etiã est idem quod fideiussor, ut in c. uenientes,de iureiur.

PLACET, licet uideatur importare omnimodam uoluntatem proferentis, tamen includit arbitrium boni uiri.l.thais.§.sorore. præall. Nam licet dicam faciam quæcunq. tibi placent intelligitur,tamen iuxta arbitrium boni uiri.l. si sic. ff. de leg.1.ubi per Bar.& no:.in c.de quo uult deo.de iudi.

PLENO iure exponitur.i.quo ad tẽporalem & spiritualem iurisditio. c.cũquestus de fo. compe.& hoc si concedens habet potestatem, uel iurisdictionem utranque.in c.quoniam.de priui. & 16.q.2.c.1.

PLENVM dicitur cui nihil deest,uel plenum.l.merum.l. fideicommissa. §. quanq ff.de leg.3.uel plenum.i. ualidum.l.fi.de mei. ff.de arbi. uel dicitur ubi nõ est aliqua exceptio. c.uera.de cons.dist.2.& c.ieiunium. 66.dist.

PLEBISCITVM est quod plebeio magistratu.i.tribuno interrogante an omnibus placeat,plebs instituit, dictum quasi a plebe statutum,orta enim inter plebem & maiores ciuitatis Romanæ discordia,plebs sibi leges cõstituit, quæ dictæ sunt plebiscita,ut ff.de origi.iur.l.i. §. hisdem.Reliqui uero hoc est populus cum senatoribus & patritiis ius sibi constituerunt,quod dicuntur lex populi antonomatice, id est,per excellentiam,secundum Isi. li.5.dicũt plebiscita eo quod plebs ea sciat uel quod sciscitatur & rogat,ut fiant di.2.plebisci.

PLERVNQVE. i. regulariter insti. de leg.patr.tut.in fi.cum.glo.impropriatur.ff.commo.l.si is qui.§.fi.

PLEBS differt a populo, ut species a genere,quia populum continet minores & maiores nobiles & ignobiles, plebs uero tantum minores & inde plebiscitum, id est a plebe statutum.insti.de iur.nat.gent. & ciui.§.plebs autem.

PLVS petitio est solius offerentis promissio.ff.eo.tit.l.3. uel est plus & aliter quam pactum fit exactio. Et fit quatuor modis tunc plus petitur causa, uel tempore,neque lo-

eoque ut not.in c.1.de plus peti.

PLVS sub se minus continet, uerbi gratia licet patri uel marito occidere adulterũ cum filia uel uxore depræhensum, per hoc significatur ꝙ etiam licet uulnerare, uel iniuriis afficere.l.nec in ea. §. ius occidendi.ff.ad l.iul.de adulte. quia plus est occidere quam uulnerare uel iniuriis afficere, quia illa continentur & significantur sub uerbo occidere. Item iudex defert iuramentum in l.rē & taxat usq. ad certam quantitatem, tamen licet ei cui defertur iurare in minori quantitate l.uideamus.§.pe.ff.de in lit.iuram. Item uendidi uinum quod est in dolio, apposita est dies in qua uinum tollere debes, non tollis, uel die nō apposita, te interpellato & expectato sufficienter non tollis indigeo dolio, quia sunt uindemie dicit tex.ꝙ licet mihi totum uinum effundere, & tamen non licet tantū partem uini effundere.l.i. §. licet. ff.de peric. & com. rei uendit. quia effundendo tantum partem de dolio, ita parum me iuuare posset ac si nihil effunderē & ideo ratio non dictat tantum partem effundendam ergo si partē tātum effundero obligor emptori.si totum effundā non tenebor, licet rogatus possim bene dimittere partem.Et sic de aliis.

PLVRALIS locutio plura significat duorum tamen numero cōtenta est c.pluralis libr.6.de re. iu. Quandoque aūt plura significat geminatiue in suas singulares, sic ꝙ quilibet singularis in uno solo uerificatur.Quandoq. aūt non geminatiue sic ꝙ una singularis per se nō attēditur, sed ipsa pluralitas simul pro ut singulare concludit uel quodlibet aliud probabile medium. u. g. testator dicit. Lego stichum & Titiū si mei erunt cum moriar, tunc altero alienato & altero non iste non alienatus potest peti a legatario. Licet enim sermo pluralis sit, oportet tñ accipi ac si separatim dixisset, si stichus meus erit cum moriar, & si titius meus erit &c.ut l. falsa.§.fi.ff.de condi.& demō. Ratio Bar. quia hæc separatio respicit diuersos effectus & separatos. i.dominium legatarii in quolibet, & quia sunt duo serui distincti, ita duo nomina distincta & separata, & sic separati effectus. Et ideo quia legaui quēlibet nominatim, & sic refertur ad quēlibet distincte, & hoc ex fauore legati & testamenti. Sed ibi testamētor duob.impuberibus institutis filii suis d.cit si uterque impubes, decesserit, titiū substituo, tunc si unus moritur impubes, substitutus, non admittitur imo ut admittatur, requiritur utrūque decedere in impuberi ætate.l. pen.C. de impub. & ali.sub. Ratio Bar. est ex dictione uterq quæ est collectiua.Alii tamen dicunt, quòd fauore institutionis dictio collectiua sumitur distributiue.l. hoc articulo.ff. de hær.insti.modo omnis substituto. ergo &c, & sic Bar. in l. haberes.§.cū ita.ff.ad tre. dicit quod in d.l.pe.uno filio moriēte impuberē remanet alter filius testōris, qui ex præsumpta uoluntate excludit extraneū substitutū.arg.l.cū acutissimi.C.de fideic. ideo uno moriente impubere, non existit cōditio substitutionis & sic de aliis exemplis.

## DE P ANTE O.

PODAGRA est ęgritudo.C.de mune. l.a muneribus.lib.10.

PONDVS differt ab onere. quia pondus dicitur quoddā leue, & quoddā graue, unde dicitur, pondus meum (id est corpus) ego fero quocunque uenero. Sed onus dicitur quia semper onerat & deprimit.

Polia

POLIA quia significet apud Vlp. in l.ediles aiunt.ad fi.ff.de ædil.ic.edi. & unde deducatur. sæpe quæsitum est.Equidem puto poliam idem esse quod equitium,hoc est equorū mādra,seu armentum equinum,descendereq. nō a pluralitate ( ut uol.uit Accur. ) sed potius a grece nomine popos quod pullum & maxime equum significat, unde polo damaxem est equos domare.

POLICITATIO in instrumento operatur effectum pacti simplicis , ut instrumentum aliquid operetur,ita singulariter. Bal.in l. 1.uers.itē oppo.C.de dot. promis. & pro singu. citat.Bald.nouel. in tra. dotis in 1. priuilegio.ix partis. in 2. col. Vbi dici quod licet alias ex mera pollicitatione non possit agi etiam de iure canonico, tamen non proc. ꝑpter fomentum instrumenti. Carellianus cotta in dictione pollicitatio.

POLICITATIO est solius offerentis nuda promissio.l.pactum.ff. de pol.& l.sciendū. §.1.ff.de ædil.edi. aliquando est nuda promissio . l. pollicitatione.C.de don. ante nu.

POLINCTORE dicebantur curatores cadauerum,de quib. Plautus in prologo pen. Eorum (inquit) alter uiuit,alter est mortuus, propterea apud uos dico confidentius , quia mihi pollinctor dixit qui eum pollinxerat.de his expresse sensit Vlp. in l.quicunque.§.idem ait.ff. de insti. act. dum inquit seruum pollinctorem habuerit , isque mortuum spoliauerit, licet alii aliter, & minus recte.

PONTONES dicuntur quædam naues . Vnde dicitur . Si pontionibus traiiciatur id est mare transferetur, uel nauibus transeatur.

PONTIFICES olim dicebantur Imperatores.xxi. distin. cleros. l.dist. 6.de capitulis.

PONTIFICALE est ornamētum episcopale,& secundum Host.est autēticum ille liber ut de seruis nō ordi c.consulit.& not. Ioan.And. in clem.unica.de iureiu.

PORCARIVS i.suarius. require infra suarius. & dicebant olim qui custodiebant porcos ciuium urbis Romanæ in pascuis , & excusabātur a numeribus sordidis. ut in c. de sua & susce.l. 1.lib.11. secundū Accur.

PORCORVM dicitur quædam præstatio quæ datur pro nauium applicatione , seu frustatione & mercatione quacunque facta in portu. Vnde differūt pedagia & guidagia salinaria.Require quodlibet suo loco,& ilia omnia dicūtur prætoria. C.de uec. & com. l. 3.c. sup quibus dam.de uerb signi.in glo.6.

POSITIO secundum Goff.est dictum quod loco interrogationis ponebatur olim . hodie de plano ponitur, & positiue sit,sicut olim interrogatiue dicebar. v.g.si uolebam te conuenire hæreditatio iure tunc sic dicebam . Domine iudex interrogetis hunc an ipse sit hæres talis ex qua parte sit hæres. Hodie uero sic dicetur. Pono te esse hæredem talis. Item pono ipsum exasse hæredem scilicet extitisse . Sed quia hodie simpliciter fiebant seu fiunt interrogationes super positionibus igitur aliter describitur a Speculato.eod. titu. sic. Positio est breuis uerborum formula mentem ponentis continens ad ueritatem eliciendā concepta . Et habuit hoc uerbum ortum non solum ex usu hominum diu in causis inolito,sed ex antiqua l. ff. de leg. 3.l.offidius. §. ex his diuerso. ibi pone inquit. Positio igitur nihil aliud est quam dictum de credulitate afferta in uim præstiti iuramenti, faciens ad

probationem aut ipsam adminiculans habens annexam, interrogationem aut iudicis suppletionem. argu. in auth. de his qui ingred. ad appel. §. fi. col. 5. sic dicta ex communi consensu, non tamen sine ratione. ff. de suppel. leg. l. labeo inuenta ut partes ex onerantur probationibus & ne fatigentur laboribus & expensis, ut. §. fin. præalleg. uel positio dicitur dictũ facti nondum probati per articulos rite distinctum, loco probationis propositum, spectans directe, uel indirecte, simpliciter, uel adminiculatiue ad intentionem ponentis quod intendit probare ponens per confessionem aduersarii sui uel eius procuratoris arg. de elect. dudum. 2. de testi. præsentium, de confes. statuimus libro 6. nec debet poni nisi hoc quod est facti. ff. de dote præleg. l. 1. C. de legi. l. leges. unde quæ uocantur positiones in curia ecclesiastica dicunt articuli in curia seculari, & differunt a rationibus, quia rationes sunt iuris, sed positiones uel articuli sunt facti. Item positiones differunt ab interrogationibus, licet tam positiones quam interrogationes fiant, ut per confessionem aduersarii releuetur ponens ab onere probandi, quia positiones fiunt asseritiue, & a parte, sed interrogationes fiunt interrogatiue, & a iudice, & ad positiones debet respondere pars non aduocatus, & quandocunque sunt faciende probationes fieri possunt positiones siue ante lit. conte. siue post de hoc uide glo. in c. 1. de confes. libro 6. quæ plures ponit concord. & allega. cum exemplis. De positione ante lit. contest. & etiam post. f. de exceptione quod actor sit excõmunicatus ponit reus hoc modo pono quod percussisti talem in tali parte corporis tali loco, tali die talibus præsentib. Item turbatus ex tali causa animo iniurian di illum qui tunc erat clericus & erat in possessione clericatus, & sciebas eum clericum esse. Item uidisti eum coronam habentem & tonsuram clericalem deferentem. Quibus per actorem confessatis probanda non est excommunicatio ante lit. contest. sed post litem contest. Pono quod petam aliquem ab ecclesia quam contra iura retinet remoueri, dicam pono iuramento quod habet & possidet ecclesiam sancti. M. Item quod habet & possidet ecclesiam Sancti. P. Item quæ licet earum habet curam animarum & eas post consilium acquisiuit. Hoc confessato succumbit reus, nisi dispensationem uel iustam causam ostendat. Item debent fieri positiones super contentis in libello. Et not. quod multiplices sunt positiones. Vna dicitur positio pertinens & ad talem coget iudex respondere, ut in c. præsentium. de testi. lib. 6. & si dubium est an pertinens sit uel ne, inclinabit se iudex ad id quod uerisimilius est, & in dubio tutius est quod faciat respondere, ut confes. c. statuimus. lib 6. ff. de interro. actio. l. de æta. §. ex causa. & lege, ubicũque eod. tit. alia est potio impertinens. cui non cogitur quis respondere. Item quædam est negatiua positio, & talis debet admitti, quia uerbis affirmatiuis ponenda est. Nam negatiua non probatur, & id quod ponitur si negatur, ponens ipsum probare habet. ff. de proba. l. 2. C. eo. tit. l. actor. & de proba. quoniam contra falsam. Fallit quando alias quam per talem positionem probari non potest. c. statuimus. præalleg. uel super facto prægnanti. ubi in

directe

directe probatur c. ex tenore. de re ſtitu.& C.de contrahen.& commit. ſtip.l.optimam. Item poſitio quæ non releuat ponentem, uel ei non prodeſt, non debet admitti, quia non debet quis ad probandum id admitti quod probatum ei non prodeſſet.l.ad probationem.C.de probat.c.dilecti de except. Item poſitio quæ non facit ad cauſam, uel quæ non ſuper re de qua agitur in libello, uel ſuper eo, quod repellat agentem, ſi proponitur ex parte rei dicitur impertinens, & non eſſe admittenda. Item poſitio quæ dependet ex alia quæ fuit negata uel conceſſa, non eſt admittenda, quia ſuper ea non eſt amplius quærendum argu.ff.nau.cau.ſtab.l.licet ne reſponſioni ſit contraria, ſicut nauta uentis coutrariis nauigans, ut in auth. de his qui ingre. ad ap. §.1.col.5.& in c.per tuas.de prob. l.generaliter.C.de non nume. pecu. Item poſitio implicita non debet admitti propter periculum periurii. Et ideo debet diuidi ut certum & uerum reſpondeatur argu. ff. de interrog.actio.l.de ætа.§.quod autem.&.§.nihil. quia etiam iudex cauere debet ne ſit author periurii.C. ſi aduerſus uend.l.i.c.ſi uero.de iureiu.C.de indi.uidui.tol. l. 2. Item no. quod effectus poſitionum eſt quod qui eas confitetur habetur ꝓ conuicto.C. de confeſſ.l.unica. §.1. & poſitionibus non reſpondens habetur pro confeſſo. c.ſi. de iur. cal. de confeſſ.poſt propoſitum. lib. 6. Item poſitionibus ubi iuratum eſt de ueritate non poteſt reſponderi per procuratorem, niſi ſit cauſa uniuerſitatis uel conuentus. c.præſentium. de teſtibus.præalleg.c.paſtoralis, cum ſua gloſſ. de iudi. Item poſitionum utilitas eſt, quia aliquando quod directe negatur, indirecte conceditur in toto uel in parte ut de iur. c. cum impoſition. lib. 6.

POLLICITATIO eſt ſolius offerētis promisſio.ff.de pub. l.3. & differt a ſtipulatione & a pacto quod eſt duorum conſenſus atq. cōuentio.

POSSESSIO ſecundum Azo.C.de acqui. & reti. poſſ. eſt corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente, uel ſic eſt ius quoddam quo aliquis rem corporalem uere in poteſtate habet. Et dicitur corporis rei,ideo quia ſola corporalia posſidentur, incorporalia autē dicuntur quaſi posſideri & quaſi tradi per patientiam & uſum. Nam incorporalia non poſſunt corporaliter apprehendi ſicut iura & ſeruitutes, & ideo non posſidentur. c. conqueſtus. de foro compet. in gloſſ.ff.de uſucap. l.ſequitur.§.ſi uiam. ff.de acquiren. poſſ.l.3.in princi. & tamen præſcribuntur c. cum eccleſia.de cau.poſſ. ideo regula in ſexto dicit. Sine poſſesſione præſcriptio non præcedit, & debet intelligi etiam de quaſi poſſeſſ. & ibi hoc not. Item impoſſibile eſt plures eandem eccleſiam, uel beneficium inſolidum posſidere. c. licet. de probationi. de elect. ut quis duas li. 6. clem. ſi duobus.ut lit.penden. ubi gloſſ.uide etiam in c. cum ueniſſent. de procurat. Et ideo bene dicitur detentio quia res naturaliter tenetur ab eo qui corporaliter inſiſtit ei. Item dicitur corporis animi & iuris qui hæc tria ut quis uere dicatur posſidere, concurrere debent ſcilicet actus corporis affectus animi & adminiculum iuris, nam opus eſt quis corpore adipiſcatur, uel ſaltem oculis. Sufficit enim plerunque uiſis oculorum, & animi affectus cum uoluntate tradentis,

tis, quia ipse animi affectus necessarius est, non autem per se corpore aut per se animo possidetur, quia certum est possessionem solo animo amitti, puta si quis se posse repelli suspicetur. Item oportet quod ius approbet, nam licet quis sacrę rei uel religiosę corpore & animo insistat, non tamen de iure possidet, quia res sacra, uel religiosa nec ab ignorante a sciente possidetur. Et dicitur possessio quasi pedum positio.

POSSESSIONVM alia est iuris tantum, alia facti tantum, alia facti & iuris simul, & hæc interdum habet plus iuris minus facti, interdū ecōuerso, ut not. de concess. præb. cum nostris & C. de acquir. possess. l. 1. Item Hugo. de porta rauennata differentiam posuit inter possessionem uacuam, & uacuam rem, ut in gl. 2. C. unde ui. l. fi. & Io. ibi reprobat & sic glo. concludit quod non differunt. Sed uacua siue uacans est quę a nemine possidetur animo uel corpore propter longum tempus, uel propter obliuionem ex longo tempore. & not. quod si quis propria autoritate posset ingredi possessionem alicuius rei & accedendo ad iudicem ab eo impetrat licentiam ingrediendi, talis p statutum, si oppositum caueatur nō punitur, quia potuit sine authoritate iudicis, ergo multo magis cum eius authoritate ingreditur, hoc colligitur ex gl. uersi. in transitu. §. multis modis. institu. de lib. Item possessio ciuilis quandoque requiescit super naturali, ut si tu possides nomine meo, uel præcario a me. Quandoque non requiescit, ut in usufructuario meo qui naturalem habet possessionem ex iure, sed ego dominus habeo ciuilem rationem dominii nō requiescentem in naturali usufructuarii.

FIDVCIARIA possessio dicitur teste Budeo in anno. ad pande. ad l. 2. de origin. iur. quā sub manu regia possidere uocant quasi fide dota acceptam a fiducia dictam, quasi dicas depositariam, quā si causa ceciderimus, restituere debeamus.

POSSESSOR bonorum. Require supra bonorū possessor, ut filius emācipatus uel agnatus, qui dicuntur bonorum possessores ex bonorum pos. deictali & decretali, nā statim ut habeant edictam & decretā possess. ex hoc habent interdictum decretum ad hoc ut consequantur hęreditatis possessionem. Differunt autem hæres & bonorum pos. ut supra bono. poss. unde aditis hæreditatibus hæres non desiderat authoritatem iudicis, sed bonorum poss. requirit authoritatem & patientiam iudicis. inst. de bo. poss. §. quos autem.

POSSESSORVM iudicium est triplex l pro possessione adipiscenda retinenda, recuperando, ut in c. pastoralis. de cau. poss. in gl. 4. & uide supra interdictum.

POSSIDERE naturaliter dr̄ quis cū est in re uel eius parte, uel saltem cum res est in conspectu eius ut ipsam uideat uel partem eius secūdū Azo. in sum. C. de acq. & ret. poss.

POSSIDERE ciuiliter dicitur quis cū nec est in re nec res in conspectu eius sed possessionem solo animo habet, & rem de iure retinet scilicet quod talis sit persona in quam cadere possit huiusmodi possessio, ut no. Io. And. in regula, sine possessione lib. 6. & allegat ibi iura, nam laici quandoque de facto possident decimas & spiritualia, ut not. Bart. Brixi. 14. q. 1. in prin. in glo. magna in fin. Nam aliud est possidere, & aliud legitime possidere, de resti.

sti.spol.ad decimas.li.5. Et not. ꝙ pos.ciuilis & naturalis simul, uel ciuilis tantum, requiritur ad præscriptionem, sed naturalis tantum non sufficit nisi alias ciuiliter possideret ut tractat prolixe Dyn. in regula fine pos.li.6. Et est rõ, quia habens naturalem tantũ, acquirit eam clam per introitum quãdo do minus est absens, quem credit sibi quæstionem moturum, & sic mala fide habet naturalem ergo nõ præscribit.§.& qui ad nundinas. l. clã possidere.ff.de acquir.pos.

POSSIDERE clam est absente domino & fructuario excluso clanculo possessionem ingredi ut dominum possessione priuet.

POSSIDERE ui ẽ uioletẽr possidere.

POSSIDERE precario est rem ad petitiones uel præces meas mihi concessam ad usum possidere quamdiu patitur is qui concessit.

POSSIDERE pro indiuiso est aliquã rem ita possidere ut nullam partem in ea habeat ab aliis diuisam, uel ut nulla sit pars quam possideat separatim siue diuisim.

POSSIDERE pro hærede est ita possidere ꝙ putat se hæredem uerum, cum non sit.

POSSIDERE pro possessore dr̃ ille qui ita possidet ꝙ scit se nullam causam iustam possidendi habere, ut si interrogatus fuerit quare possideat, uel quomodo nullam rat.o n m prætendat quare possideat, sed respondeat, possideo.

POSSIDERI proprie dicuntur immobilia eo ꝙ eis pedib.quis insistit, unde a plana uenit ista possessio.

POSSIDETVR autem hoc iure, quod iuste, hoc iuste, quod bene quod autẽ male possidetur, alienum est, male autem possidet qui male suis utitur, uel aliena præsumit, de uer. signi.ius dictum est.

POSSIBILE dicitur id quod commode fieri potest l. nepos proculo & ibi Bar.ff.de uer.sig. & no. ꝙ satis est fieri quod possibile est cle.sepe in prin.de uer.sign.

POSSESSOREM facere causa rei seruande aut in possessionem mittere est.u.g. contendisti talem fundum esse tuum, & probasti iudex per executorem suum mittit te in possessionem, & facit uerum possessorẽ. Item uolui agere contra.G.& eum uocari feci ad iudicium, & contendit uenire, iudex mittet me in possessionem illius rei quam petebant nõ ut faciat merum possessorẽ, sed ut in feudo maneam causa rei seruande & custodiendæ, & rem illam tenebo donec probauero meã esse & sic auersarius meus tandẽ tedio affectus moueatur, & de sua contumacia resipiscat mecum litem, si uelit aliquid dicere habebit, de hoc require supra mittere in pos.

POSSE, id est debere, ff.de libe. & posthu.l.placet, regulariter tamen contra.ff. de off. presb.l.sæpe.cũ l. seq.& de iudi. non qnicquid.& C. quomodo & quam.iu.l. 1. & multis modis dicimus pos. Vnde posse quidem rebus dant ius, natura potestas, officium meritum sextũ diuina uoluntas, de hoc uide gl.In c.sciscitatus, de rescrip. & ibi concor. Nam posse dicimur etiam illud quod licite, & sine incommodo nostro possumus.ff. de uerb. signi. l. nepos proculd. in fi.simile de cond.inst.l. filius qui.in fin.ubi tex. ut generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt nec facere nos posse credendum est. Vt 22.q.2.faciat homo, ubi etiam de multiplici potentia.& Innocen. de concessio. præben. accedens. & ff. de re iudic. l. in condemnatione. ubi glo.& 3. quæstio. 6. hoc quippe

pe.C.de legibus.l.non dubium.

POST quandoque etiam notat statim post inchoationem, ut l.2.§. item mutuum.ff.si cer.peta.

POST l.cum est posterior aditus domus,l.si cui.§.cum edium.ff.de usu fruct.leg.

POTEST necessitatem importat interdum.ff.de offi.præsi.l.sepe. & l. seq.de hoc.ff.de iu.l.non potest,ubi plege,& est glo.in uersi.non potest in regula beneficium, de regu. iur.lib.6.

POTIVS aliquando ponitur electiue,non compara tiue.ff.de neg.gest. l.si communes,& uide.ff.de hæred. uel act.uend.l. uenditor ex hæreditate. Aliquando ponitur comparatiue,extra de spon. requisiuit & ibi per Host. Aliquando ponitur correctiue,extra de test.c.1.

POSTLIMINIVM est ius amisse rei recuperande ab extraneo, & in statum pristinum reducende, quam quis per captiuitatē uel per seruitutem amisit,moribus & legibus institutum, ut colligitur.ff.de cap. & postlimi. reuer. l.postliminium id est,respon. Vnde per hoc ius recuperat quis cum a captiuitate reuertitur,iura qua amiserat, & ipso reuerso fingit hoc ius ipsum semper in ciuitate fuisse. Vnde breuiter postliminium est ius quo restituitur res usucapta uel præscripta ab aliquo alicui, quam per captiuitatem amiserat.16.quę. tertia præterea. Dicitur aut a limen.& post,id est iuxta quasi iuxta limen domus sue semper fuisset & possedisset, quia captus ab hostibus & ultra limina nostri imperii deductus postea intra limina reuertitur. Nam sicut limina sunt in domo, quæ finem quendam faciunt, ita & imperii limina ueteres uoluerunt esse,secundum Azo. C.de capt.& postlimi. reuer. & instit.quib.mod.ius pat.pot.sol.§.dictum autem est postliminiū. Et dicit lex ꝙ omnib. eque postliminiū est non solum his qui pugnare possunt, sed omnibus qui eius nature sunt, ut cōsilio uel aliis modis utiles,esse possint ut l.postliminium. ff.de capt.& postlimi. reuer.& extra de uo.& uo.reden. c. ex multa in gloss.6.

POSTERIOR lex uel posterius statutum, rescriptū uel pactum derogat priori quando concurrunt. u.g.lex præcedit, & lex con traria sequitur tunc prior etiam de ea nō facta mentione l. non est nouum, & l. sed & posteriores. ff. de legi. dum dici. lex nisi contrarie sint, de hoc c.1.de constit.lib.6. Ratio est uoluntas condentis legem & sumitur significatū ex scientia prioris leges, & contrarietate posterioris.Nam condens posteriorem, scit etiam priorem quia princeps habet omnia iura in scrinio pectoris sui c. prætalle.& l. omnium testimonium.C.de testa.ideo condendo posteriorem contrariam uidetur tollere priorem, quia si uult ualere illam,non uult ualere istam illi contrariam,alias esset in compassibilitas. Ex hoc colligitur ratio cur tam uarie rescriptum posterius non reuocat prius, nisi expresse fiat de priore mentio, & tamen constitutio posterior etiam non faciens mētionem de priori derogate,ut hic dicitur, quia princeps ex certa scientia prioris constitutionis (habens omnia iura in pectore suo reclusa) præsumitur scire priorem, & facere posteriorem. Sed quia rescripta continet facta, quæ non sunt in pectore principis reclusa, quia factorum omniū habere memoriam,& in nullo deficere

ficere, diuinitatis est potius quam inhumanitatis. C. de ueteri iure enuclean. libr.2. §. si quid autem ideo non præsumitur conscius pri mi rescripti, concedendo secundum, ut dicit Goffre. in sum.§ derogatur, de constitu. Sed ubi consue tudo in aliquo loco uel statutum municipale præcedit, & lex principalis & generalis sequitur contraria certe prius non tollitur c. 1. in 2. dicto, de constit. lib.6. quia non apparet principem scire illam consuetudinem uel statutum, illud imo uerisimile est eum ignorare, cum ex alieno facto inducatur. Ideo non potest concludi ipsum tollere uoluisse quod uerisimiliter ignorabat, obtinebit ergo lex illa locum tantum in non contrariis priori consuetudini uel statuto c. 1. præalleg. Sed si in lege tali posteriori cauetur ꝙ ualeat generaliter & specialiter, non obstante, quocunque statuto contrario uel consuetudine, tunc tollitur prior consuetudo uel statutum, argumentatio. l. si quis in dubio. ff. de lega. 3. iuncta l. quoties. & l. rescripta. C. de præcib. imperat. offe. Et sic est ratio ex tenore posterioris legis quia clare patet posteriore tollere uelle priorem consuetudinem uel statum, licet ignoret.

POSTHVMVS uel posthuma dicuntur qui uel quæ post humanitatem id est postquam pater datus est homo nascitur. Improprie autem quilibet dicitur posthumus qui nascitur post testamentum secundum Azon. C. eodem titulo posthumus etiam dicitur nepos qui posthumationem aui natus est proprio patre superstitie, & ille proprie dicitur ne posthumus, quasi cepos posthnmus.

POSTEA de hac dictione uide per Alexan. post Bar. in l. fructus. in fin. ff. solu. matrimo. an significet temporis internallum Barto. in l. quoties §. si quis ita. ff. de hæred. inst. quantum uero tempus includat, idem in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter ff. ex quib. cau. maior. De natura istius dictionis est denotare longum internallum gloss. est in l. pacta conuenta, de contrahen. emptio.

POSTVLATIO est alicuius persone ad dignitatem uel societatem fraternam cononica facta uocatio, uel persone ad eligendum petitio, quæ eligi non potest, uel si secundum Goffre. est gratie petitio, ut cum ex gratia petitur aliquem intelligibilem licenter eligi Et est duplex postulatio, scilicet solennis, quæ est alicuius in habitis aliter quam propter crimen, a superiore ad beneficium uocatio, & admissionis petitio ut in capi. unico. de post. præla. l 9. Et in hæc confirmata habet uim electionis. Alia non solennis est petitio facta superior, ut tollat obstaculum aliquod eligi. & ad beneficium acceptandi illa præponit electionem ante uel post fieri, ut monachus electus non potest consentire sine licentia sui abbatis, & si postulatio licentie ab abbate non dicitur solennis. Ergo postulatio solum est inuenta propter in capaces, uel illegitimos, & non sufficientis etatis uel prius beneficiatos. Nam qui capax est dignitatis non debet postulare, sed eligi quare postulatio non multum differt ab electione. Et not. quod postulari debent & non eligi sextuplices persone. Primo archiepiscopus ad alium episcopatum, de postu. prælat. bone. Secundo episcopus ad episcopatum uel alium archiepiscopatum

tum capit. & si unanimiter. eodem titu. Tertio laicus ad dignitates 61. di. hoc ius. Quarto clericus in minoribus ordinibus constitutus ca. præterea. de eta. & qualita. Quinto illegitime natus de electio. inno tuit. Sexto qui non est in etate legitima constitutus. de electio. cum in cunctis, & c. non nobis.

POSTVLARE uel aduocare est aliquem desiderium suum uel amici sui coram iudice uel apud eum qui iurisditioni preest in iure reponere, uel alterius desiderio, contradicere. ff. eod. titu. l. postulare. & 3. q. 7. & tria. uer. est autem. & C. de procur. l. 1. & C. de postu. l. 2. & c. cum sacerdotis. de postu. in glo. 3. unde prætor inquit. Qui non habet aduocatum, ei dabo. ff. de postu. l. 1. §. ait prætor & intelligitur, si habere non potest dabit enim feminis pupillis, & debilibus, & his qui sane mentis non sunt, uel qui propter potentiam aduersariorum aduocatos inuenire non possunt. ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. l. & hoc pro salario conuento aperte uel stato a iudice iuxta facundiam aduocati modum litis, & fori consuetudinem, quantitate non excedere unde aduocare, & salutarium recipere pro aduocando bene licet. 11. q. 3. non licet 14. q. 5. non sane, ubi Aug. ad Macedonium inquit. Non debet ideo iudex uendere iustum iudicium aut testis uerũ testimonium, quia uendit aduocatus iustum patrocinium, & iurisperitus uerum, consi. licet Guiliel. dixerit contra quod nihil posfit recipi pro iusto patrocinio, ut not. in cap. non licet præallega. Item aliqui prohibentur postulare per edictum prætoris. Vnde uersus. Non cuicunque datur ut postulet, imo uetatur. Ad dictus pene ferunt puer, actor arene. Luminibus cal. lus mulier, muliebria passus. Caueant autem aduocati postulantes ne causas disperatas assumãt, & si forte a pricipio assumpserint ignoranter, cum de uitio causæ patuerit, cessent, & salaria iam recepta restituant. C. de iud. l. rem non nouam. Et no. quod quatuor su obseruanda aduocatis. Primo ut causę qualitatem examinet & iuste si uoluerint assumant, iniustam uero repudient. Secundo ut modestiam, ueritatem & legalitatem seruent in aduocando, Tertio ut salarium conueniens petant. Quarto ut nec a principio conueniant de certa parte litis, uel cum graui damno litigatoris nec post ceptam litem ullum pactum ineant cum eo quam in propria fide receperunt secundum Gof. in sum.

POSTHVMVS dicitur octo modis, quinque ponuntur in glos. rubrice. C. de posthu. hære. insti. Sexto dicitur posthumus q. post testamentum conditũ arrogatus est uel qui legitimatus secundum Alexan. & Ias. in rub. ff. de libr. & posthu. Septimo quando testator condito testamento ingreditur monasteriũ quia si prætermiserit monasterium. rumpitur eius testamentum auth. si qua mulier, ubi Cyn. & alii de sacrosanc. eccle. Ioan. And. & Panor. in cap. in præsentia, extra de proba. Octauo dicitur posthumus qui exacto uentre natus seu deductus est, ut dicit Sozin. in consil. 297. colum. 6. per l. quod dicitur. ff. de libe. & posth. tamen secundum omnes doctor. dic. quòd posthumus proprie dicitur qui post mortem patris uel aui nascitur in rub. de libe. & posthu.

POTESTAS quinque modis accipitur. ff. de uerbo. signi. l. potestas. Item

Item poteſtas quandoque capitur in fœminino genere ut cap. fin.de indi. & ſic capitur ſubſtantiue in abſtracto,& additur ei adiectiuum ut ibi ſſo entia poteſtas. Quando que in maſculino genere, ut in c. cua de homi. & ſumitur concretiue ſignificans officialem ciuitatis habentem iuriſditionem uel poteſtatem primo non dictam, & ſic iterum aditur ſibi nomen poſſeſsiuum dicendo noſter uel ueſter poteſtas.De patria poteſtate,uide ſupra in uerbo patria.

POTORIVM dicit uas quo aqua retinetur ad potandum, non uas quo aqua datur ad lauandum. Bartol.in l. argento.§.fin. ff.de auro argen.leg.

## DE P ANTE R.

PRAGMA grece dicitur latine cauſa. unde pragmata negocia dicuntur inde pragmaticus idest cauſidicus uel actor negotiorum cauſarum ſecundum Iſido.li.6.& 10.q.2.hoc ius porrectum.in fi.

PRAGMATICA ſanctio dicitur cauſa in conſiſtorio principis uentilata coram proceribus ſacri palatii, & eſt conſtitutio quam imperator cõſilio pro certum ſtatuit ſeu ſanxit. Quandoque etiam dicitur confirmatio in ſcriptura facta ab imperatore cum cauſe cognitione ſuper contractu permutationis.ut c.1.de re.permu.in gl.& pragmaticum ſacrum eſt principis reſcriptum,ut in c. fundamenta,de elec. lib.6.

PRAGMATICARII ſunt qui ſcribunt pragmatica ſanctiones, & alio modo dicuntur ſcriniarii, uel magiſtri ſcriniorum, uel ſcriniorium memorales, eo quod adẽpta ſcripture ſanctionẽ in ſcrinio, poſitã cuſtodiebãt ad memoriam.

PRAE exponitur.i. ante.l. ſi fideiuſſor.ff. qui ſatiſd.cog.quicunque & l.mancip.c. de ſer.fugi. & ca. 2.de offi.leg.lib.6.

PRAEBENDA eſt ius percipiendi prouentus in eccleſia collegiata exactione proueniens competens alicui tãquam uni de collegio,quod ius ex canonica deſcendit, non enim debet eſſe canonicus ſine præbenda,ut in c.relatum, eo. titu.& procedit ex inſtit.& officio quia ex hoc quod facit quis officium debet percipere præbendam & beneficium. Sed canonica quære ſupra in litera.C.ut in c.cum. M. Ferrarienſis de conſti. in gl.6.Item præbenda quandoque capitur large pro iure quod alicui non tanquam de collegio, ſed ratione miniſterii officii paupertatis uel utilitatis conceditur, utendo & fruendo in uita ſua certis rebus eccleſie,ut de redditibus quos canonici recipiunt uel alii. De tali habetur in c.qui a nonnullis, de magi.17.q.1.poſſeſsiones &.§. illud.Et laici maxime nobiles habent tales præbendas ſecundum Compo.in c.cum M. Ferra.præall.

PRAECARIVM ſcd͂m Azo.eo. ti.in ſum.eſt in qnod precibus utendum cõceditur petenti tandiu quã diu patitur qui conceſsit. Secundũ Goff.in ſum.eo.tit. eſt pignus obligatum creditor & a creditore ipſi debitori conceſſum utendum quandiu patitur & permittit qui cõceſſit ut eſt text.in l. 1. de præca.ff. ubi dicit. Vlpianus quod hoc genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit, & ſubdit ibidem.Differt autẽ præcarium donatione, quia qui donat,ſi dat ut non recipiat illud quod dat, ſed qui præcarium concedit, ſic concedit, ut recipiat quan-

quandoque placebit. Vel præcla riũ est contractus inter dominum & colonum, & est contractus gratuitus, & similis commodato intra tum ut quidam dicant hos contractus non differre nisi uerbis qui tamen etiam differunt in re. Nam licet in multis conueniant præcarium & commodatum, differt tamẽ præcarium a commodato, nam cõmodatum fit ad certum usum, nec potest reuocari nisi usu expleto. præcarium uero quandoq. placuerit potest reuocari. Item præcariũ quandoque dicitur contractus de quinquennio in quinquennium reuocandus. Et si quinquennio elapso sub taciturnitate prætereatur, tunc reuocari intelligitur contractus. Dicitur autem præcarium ideo quia est contractus ad præces factus.

PRAECARIA uerba sunt hæc rogo, uolo, mando, fido, committo, iubeo autem præceptiuum est. C. communia deleg. l. 2. in princ. Mando quandoque est uerbum præcarium, arg. 2. q. 2. mandastis, ubi episcopus mandat papę. Quandoque tamen mãdato ponitur præceptiue, sicut etiam rogo, ut 11. q. 3. rogo. Quandoque mandatiue. ut ff. de nego. gest. l. si serui mei, rogato, id est mandato susceperis. Item quandoq. deprecatiue, & sic ut frequentius ponitur.

PRAECARIA dicitur donatio ad prę ces facta usque ad mortem recipientis 12. q. 2. sepe 16. q. 3. clerici. Et est contractus ille affinis emphyteosi. Item præcariæ dicuntur quædam præstationes seu concessiones ususfructus ad præces factę in recompensationẽ eius proprietatis quæ datur ecclesię, cuius forma habetur 10. quæstio. 2. præcariæ.

PRAECEPTVM. Require supra Mandatum.

PRAECO est qui apud acta aut in ciuitate publice proclamat uel pronunciat aliquid faciendum dimittendum ue, per quæ plerunque fiebat edictorum narratio, i. recitatio, & publica in ius uocatio, & citatio alicuius matrimonii uel rei uendende nunciatio & subastatio.

PRAECISE sc̃dm Cardinalem in rescriptis tantũ ualet sicut absolute & sine cõe cognitione, ut de hære. c. contra christianos, libr. 6. dicit Car. Si ponitur in statuto, opatur ut ipsum nõ tollatur ꝑ sequens statutũ in casu in quo sublatũ fuisset si non apponeretur. Et dat simile de iuramento apposito, in l. si quis in prin. ff. de leg. 3. Bal. autem dicit, ꝙ non ualeat præcise. i. sine causę cognitiõne, quia tex. esset. super fluctus in c. 2. de rescri. ubi ponitur expresse præcise, et etiam sine causę cognitione. Saluãdo tamen primum dictum dicitur ꝙ ille tex. ponitur declaratiue uel expositiue, & pro id est, quod dictum magis placet doctoribus.

PRAECIPITIVM fit sine modo, & cum periculo de sepul. ex parte. & secundum Io. An. in cle. pastoralis. de re iudi.

PRAEDA est quod in bello capitur l. antepe. ff. de capti. & postli. reuer. uide Ray. in sum. de rap. rub. de prædonibus.

PRAEDITA stipendiaria sunt que in militibus pro stipẽdiis dãtur, ut ff. de rei uẽn. item si uerberatum. §. 2.

PRAEDIA tributaria sunt tributa quæ Romæ reddebantur.

PRAEDIVM dicitur fundus, uel ager. Require supra Ager.

PRAEDIVM urbanum & prædium rusticum, require ibidem et etiam Act. finium regun.

PRAEDIVM

PRAEDIVM dotabile est quando ista duo concurrunt.s.quando matrimoniū contractum est & traditio prædii interuenit, secundum Azo.C.de fun.do.idest sum.

PRAEDIVM tamia scdm Ioann. & Accur.C.e. ti.in iu. fuit prædium in quo fuerūt cellule. unde tamia cus.i.cellarius, alias cellularius nā rami.græce cellarium dicitur latine. Vel aliter erant prædia empta ut canonē redderent inter cellulas.secundum Azo.ibid.lib.11.& eorum colo. dicuntur tamiaci uel dominici coloni, quia dicta prædicta erant Imperatoris.

PRAEFECTVS augustus uel augustalis dicitur præfectus ægypti.ut ff. de offi. præfect.augusta.l.unica C. eo. tit. quia Imperator.nam Imperator maximus Augustus in Egypto. primo præfecti potestatem introduxit.

PRAEFECTVS prætorio ab initio magister equitum creatus est, cum dictatores sibi antiquitus magistros militum eligerent, qui principali solicitudini associatissimam post dictatores gerent potestatem, Hoc exemplo principes ad quos gubernaculum reip. peruenit postea elegerūt præfectos prætorio, quibus publice disciplinæ emendatio concessa est, quorum auctoritas ita est ampliata & adeo approbata, ut nec ab eorum sententiis appellari nec in integrum restitutio facile posset postulari.Et erant quatuor s.præfectus prætorio oriētis præfectus prætorio aphricæ,cuius sedes est in chartagine, præfectus prætorio illyrici, & præfectus urbis. ff. de offi.præfecti prætorio.l.1.& ibi not.

PRAEFECTVM uigilū idē est quod præfectus nocturnus. Horum autē offi. erat de nocte facere excubias præerantq. incendiis arcēdis, qui etiam cauebant, inquirebant,& puniebant incendiarios, fures grassatores, effractores, nisi delinquens esset tā famosa persona ut ad præfectum urbis deberet mitti puniendа. Poterant etiam iudicare de capsariis in balneis uestimenta custodienda suscipiunt, si aliquid dolo fecerant,ut ff.de offi.præfe. uigil.l. 2.§.cognoscit.

PRAEFECTVS annone dicebatur q de annona i.de blado curam habebat.Require supra Edilis creatis.

PRAEFECTVS urbis dicebatˉ cui ab imperatore concessa erat urbis administratio,qui cæteris magistratibus ex quacunq. causa ab urbe proficiscentibus & recedentibus, in urbe relictis ius dicebat. & omnes dignitates in ciuitate antecedebat sua dignitate,qui cum ab urbe progrediebatur,non habuit iurisdictionem, quam præbere tamen potuit in ciuitate. Sed secundum Azo.C. eo.ti.etiam extra urbem intra centesimum nulla re habebat iurisditionem.uide de offi. præfec. ut per totum.

P.RAEIVDICIVM est quasi quædam prælatio uel præpositio, siue prælocatio unius rei respectu alterius nam aliquid præiudicare alteri est illud illi præferri. Tamen hoc uerbum præiudicare alterius modi constructionē, & ampliorem significationem habet quā hoc uerbum præferri. Dicitur. n. personaliter ex propria confessione in iudicio mihi præiudicabit,id est con fitendo mihi ipsi in iudicio præiudicium feci. Hoc enim præiudicium non significat commodum meum esse factum, sed incommodum, ut sic iudex non sequatur ueritatem, sed meam confessionem. Ita dicitur res iudicata ue-

ritati facere præiudicium non ut ueritas rei iudicare præiudicet. i. præponatur, sed res iudicata ueritati præiudicet. igitur præiudicari est alicui aliquid prǫponi, et sic dicimus rem iudicatam ueritati facere præiudicium. i. quod præiudicandum est, dato ꝙ non sit uerum, nā dato ꝙ ita nō sit sicut iudicatū est, tamen præponitur ueritati.

PRAEIVDICIALES actiones pro tanto dici possunt ꝙ in ipsis tractatur de magno ꝑiuditio, uel quia quæstioni mote præiudicant. u. g. agis. cōtra me, et aliquid petis, oppono tibi quæstionem status, dicendo, ꝙ tu es filius meus, uel seruus meus in potestate mea cōstitutus aut libertus. & sic de consimilibus.

PRAEPOSITVS potest dici, quilibet qui aliis præest. Vsus tñ obtinuit, ut præpositus dicatur qui quandā prioratus curam super alios gerit extra de uer. sig. c. quamuis.

PRAEPOSITI labarum, alias laborum, & secundum aliquos labiorum, a labiis, dicuntur quia forte corrigebant eos qui male de principe loquebantur Dicuntur autem præpositi labarum pro labarorum sicut dicitur deum pro deorū, a laboro signo bellico quod fecit fieri Constantinus ex auro & lapidibus pretiosis, inter alia signa bellica excellentius, & deriuatur a labor. Qui ergo tabulis faciendis præponebantur, dicebantur præpositi, ut supra.

PRAEPOSITI sacrorum scriniorum erant illi qui preerant scriniis imperialibus, qui alias dicebantur proximi, eo ꝙ magis principi approximabant quam alii. Tria aūt erant scrinia siue camere, de quibus tractatur. C. eo. tit. l. 12. Primum scrinium erat camera epistolarum quæ principi mittebantur, uel ab eo mittebantur. Secundum fuit libellorum conuentualium uel conuentionalium & cognitionum uel conuentionum. Tertium erat dispositionū, ut est registrū, secundū Acc. in rub. eo. ti. & lib. præal.

PRAEPOSITIO in compositione auget. extra de præb. c. si pauper clericus. lib. 6. An præpositiones faciant conditionem, dic ꝙ si regunt accusatiuum & adiiciūtur dispositioni de futuro, faciunt conditionem. ff. de condi. & demonst. l. cum uir. idem si regunt ablatiuum. ff. de ma. test. l. si fuerit. Idem si regunt utrunque casu, quando dies legati cedit. l. hec semel. §. si in habitatione. & de condi. & demon. l. solemus.

PRAEROGATIVA. i. aliquod priuilegium, de quo infra dicetur.

PRAECENTORES dicuntur cantores qui in choro incipiunt in ecclesia collegiata. i. cum olim. de consf. Et dicuntur duo genera causa eorum in arte musica. s. præcentor, qui uocem in cantando promittit, & succentor qui subsequenter canendo respondet, et additur concentor, qui consonat prædictis. ut 21. dist. cleros. uersus finem.

PRAESES est nomen generale ad omnes proconsules & legatos Cesaris, & omnium prouinciarum rectores, siue moderatores. ut ff. de off. præsid. l. 1. Et est præses clarissimus, ut. ff. de præuari. l. 1.

PRAESES non potest concedere edificari in publico ad priuatā utilitatē, ad publicā sic Bar. in l. si finite §. deinde. in fi. ff. de dām. infect.

PRAESES prouinciæ dr̄ qui in prouinciis post principem summā gerebat potestatem. Nam regna redacta erant in prouinciis, quarum rectores dicebantur præsides, & sunt clarissimi, ut ballriui, & sic

proprie

proprie capitur siue stricte, sed genē raliter sumitur. ut supra.

PRAESENS dicitur qui in eadē sunt prouincia. l.fi.C.de præscri. 30.annorum.

PRAESENTES dici possunt existentes in diuersis loci dummodo se exaudiant. Bart. in l.1.in prin.ff.de uerb. oblig.

PRAESERTIM ponitur aliquādo in iure pro maxime. ut c.ex literis 2. de ha. mi. Aliquando pro tantum. ut ibidem in glo.

PRAELATI nomine intelligitur ecclesia & ministerium prælati & ecclesia est in episcopo, & non econuerso non tamen nomine prælati semper intelligitur ecclesia, ut in c. edoceri, de rescript. in glo.

PROPERE proprie.i. nimis cito.

P R E S B Y T E R græce interpretatur senior latine, & est nomen dignitatis, non ætatis tantum licet alibi dicatur nomen ætatis. 93. dist. legimus. Nam propter honorem & dignitatem quam accepit, præsbyter nominatur, & dicitur quasi præbens inter. & non (ut quidam interpretantur) quasi præ calicis bibens ter. de hoc 21. distin. cleros. post medium.

PRAESCRIPTIO secundum Goff. C. eod. titu. est quoddam ius tempore substantiam capiens. i. firmitatem habet locū in rebus immobilibus. Et hæc diffinitio impugnatur ab aliis, nam ex præscriptione non competit ius, sed exemptio. Vnde sic diffinitur, præscriptio est exceptio rei ex tempore substantiam capiens. quæ diffinitio etiam ab aliis impugnatur, quia præscriptio non capit substantiam ex tempore, sed ex authoritate legum. Ideo præscriptio ab aliis sic diffinitur. Est exceptio ex tempore congruens, ab authoritate legum uim capiens negligentibus pœnam infligēs, & finē litibus imponens, quæ omnino magis uidetur completa. Inducit autem præscriptionem bona fides, iustus titulus cōtinua possessio, & si ne rei uitio s. q̄ñ res est præscriptibilis. scdm Gof. Et no. bonam glo. ult. in cap. illud. de præscrip. ubi habes quod modis fiat interruptio præscriptiones naturaliter & ciuiliter. Vnde habemus dormitionem, per priuationem, & incorruptionē prescriptionis. Et requiruntur sex ad prescriptionem, si ualere debet s. titulus possessio, bona fides est prescribenda persona describens; & persona contra quam præscribitur, inter quem possessio & bona fides sunt maxime substantialia. ut no. in c. illud præal. Et sunt 30. casus in quibus non currit præscriptio, quos habes in glo. fi. cap. cum liceat. de præscri. uide etiam gloss. summe. 26 q. 3. de usuc. & prescri. Item prescriptio est longi temporis continuata possessio, inter præsentes 30. annorum inter absentes 20. annorum. Alia est præscriptio longissimi temporis. s. 30. uel 40. annorum, & illam dicitur longissimi temporis. Vnde cum aliquis rem aliquam tanto tempore possederit ipsam possessionis diuturnitate & temporis continuatione præscribit & actorem remanent, siue per uim, siue aliter siue titulo nactus est possessionem, uel alio quocunq. iniusto principio. Sed diceres ex hoc uidetur q decime laicis præscribantur diuturnitatem possessionis, & continuatione tēporis. Respondeo notando q seruitutes, & alia iura incorporalia bene præscribuntur spatio 40. annorum tamen talia sint præ ius cōmune non liceat possidere, alias quæ possideri non possunt de iure, non præscribuntur,

buntur, sicut decimæ per laicos, ut c. prohibemus, de deci. ex quo colligitur argu. contra laicos uolentes se tueri præscriptione temporis, ut possint decimas possidere, uide ca. præuenit. de censi. ubi glo. ecclesia contra ecclesiam gaudet præscriptione 30. annorum, si sine interruptione possideat monasterium gaudet præscriptione 40. annorum, nec minor exceptio religiosis domibus opponi potest cum effectu, & Romana ecclesia centum annorum gaudet præscriptione. Item prescriptio. 30. annorum secūdum antiqua iura, sed modo 40. annorum, tollit omnem actionem, & omne ius c. auditis. de præscrip. sed non currit tempore schismaticis, eo. tit. cum nobis, nec sede uacante. c. de quarta, & c. deci. & c. autem. eo. titu. nec etiam tempore hostilitatis. c. ex transmissa. eo. tit. etiam nec currit contra uisitationem episcoporum, & procurationem debitam. c. cum ex officiis & c. cum accedens. eo. ti. & est introductum propter desidiam ius suum negligentium. Et qui possint præscribere, qui non, & etiam quæ res non possint præscribi, no. in c. cum non liceat. eo. tit.

PRAESCRIPTIS uerbis dicitur contractus innominatus, & fallit quando est factum inestimabile, ut manumissio qa inestimab lis est, & tūc datur actio de dolo, ut in l. dedi tibi. ff. de cond. ob. cau. da l. naturalis. §. quod si facio. ff. de præscript. ne inde nascitur ciuilis actio quæ præscriptis uerbis dicitur de qua supra actio præscriptis.

PRAESTIGIVM est quod pstringit aciem oculorum. idest. obumbratio quædam, uidelicet cum uidetur alicui se aliud uidere quam uidet ut in incantationibus. Et hoc patet, ut legitur in uitis patrum de quoddam coniugatio uolente, accedere ad propriam uxorem, quia uidebatur sibi equa, quousque per quendam uirum beatum tale præstigium fuit sublatum. Dicebantur ergo præstigia captiones uerborum, quibus obumbrantur delicta, & ideo dicebantur præstigia uersuti iuris, ut supra ius uersutum. Hæc Azon. C. ad leg. Iul. de adult. & de hoc 26. q. 5. nec mirum, post primam col. ubi dicitur magorum præstigiis, quæ non sunt uera, sed fantastica esse probantur, & præstigium dicitur interuenisse mercurius ut idem tex.

PRAESVMPTIO secundum Specu. eo. tit. est argumentum ad credendum uirum factum, surgens ex probatione alterius, ut ex coexistentia uel complacentia personarum suspectarum præsumitur coitus c. literis. eo. ti. ubi solus cum sola, nudus cum nuda in eodem lecto, ex præsumptione uiolenta comprobantur copulari carnaliter. Sed scdm Go. diffinitur sic, est alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquoties semiplena inuestigatio, seu probatio. Item præsumptio est quoddam medium intellectuale ueritatis eliciendæ, ex circunstantiis exemplum pone in c. studiis. eo. tit. illa tamē probatio nō infert de necessario, quia aliter pōt se res habere, nisi sit præsumptio iuris. & de iure. unde sunt tres species præsumptionis. Vna est temeraria quæ consurgit malis hominibus, & ex causis pluribus alias pueribus, & suspitionibus leuibus, & hæc repellitur & reprobabilis est, ut 2. q. 1. c. 1. oues. de sen. excomm. inquisitioni. Alia est probabilis, siue uerisimilis, quæ consurgit ex multis causis, & suspitionibus, & hæc admittitur

mittitur ad probationem semiplenam, ut de præ sumpt. in multis c. & in c. solicite. de rest. spol. Vnde coadiuuat ad probationem si sint alia coadminicula. c. a nobis, qui mat. ac. pos. ubi gl. admittitur etiã ad purgationem inducenda cap. si quis. de purg. c. 2. q. 4. præsbyter. Tertia est uiolenta, quæ a-d pronunciandum uel condemnandum suffi ciens deputatur 22. q. 1. dixit dominus. ff. de his qui sunt sui, uel ali. iur. l. filiũ, & c. literis, de præsum. Diffinitiones præsumptionum, uide plene in c. is qui. de sponsal. in glo. 2. ubi de quintuplici præsumptione. Et uide no. per Io. theuto. l. dist. c. ferrum, ubi de diuersis præsumptionibus. Nam præsumptio uiolenta subdiuiditur, qui alia iuris, alia iuris & de iure, iuris est cum ius præsumit aliquid, sed non statuit super præsumpto, & illa recipit contrariam probationem. 35. q. 3. extraordinaria, 27 q. 1. nec aliqua. Iuris & de iure est cum ius fingit & statuit de ficto, contra quam fictionem non admittitur contraria probatio. c. ad id, et c. is qui de spons. & de condi. appo. ca. per duas. ubi uide concor. multas & qualiter ius fingit, uide Gof. in sum. eo. ti. Nã differũt præsumptio & fictio iuris de quo supra fictio. Et una præsumptio tollit aliam. c. cum inter. R. de elec. uide glos. optimam in l. non est uerisimile, ff. quod me. cau. Et no. doc. regulã quod præsumptio cõis transfert in alium onus probãdi. l. generaliter §. si petitum. uer. sed cum ex præsumptione. ff. de fideicom. lib. Item præsumptio ex necessitudine sanguinis uincit oẽs alias præsumptiones, ut est glo. in c. fi. de tes. ut si lego Ludouico, & sunt duo eiusdẽ nominis proprii & cognominis, præsumitur pro illo qui mihi necessitudine coniungitur. Et quia præsũptio surgit ex qualitatibus sciendum ꝙ quædam sunt qualitates intrinsecæ, & naturaliter homini inherentes. Et harum quædam adherent ãn me, & quædam corpori exemplum de primis ut bonitas, malitia, & in dubio præsumitur ad bonam partem, quia naturaliter nascitur sine malitia ca. ad mensam. 6. q. 4. & talis præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & sic intelligitur. c. unicum, de seruti. nisi semel esset conuictus de malitia. talis. n. semper malus præsumitur. 2. q. 4. per tot. & c. semel. de reg. iur. lib. 6. uel si esset infatus, sic. n. ad eum transfertur onus probandi. De secundis ut sanitas, infirmitas & iterum indubio præsumitur in melius & negans probabit, ut l. nec codicillos C. de cod. nisi quis fuisset infirmus infirmitate aliqua de sui natura ꝑpetua, uel epilepsia, uel apoplexia c. cum inter, de ele. ubi dubitaretur de perpetuitate infirmitatis ut in furioso, id qui allegat contrarium, debet probare. 3. q. 9. indicat. Similiter si negetur quis legitimus probet negans c. transmissã. qui fil. sint leg. Secundo aliquæ sunt qualitates extrinsecæ & accidentales ut esse diuitiũm iurisc. musicũ, medicum, choraulem & q̃ quæ non naturaliter adueniunt nã natura non facit artẽ, sed bene præparat, scdm Bal. & in his onus probandi incũbit cuicunq. alleganti ad fundandã intẽtionem suam, siue affirmatiue, siue negatiue alleget maxime eum pars aduersa fundauit intentionẽ suam, non tamen semper succumbit non potens probare, sic quod alter propter illius probationem non admittatur ad intentum suũ,

nam iudex ex officio potest illum refutare si sibi constituerit cum indignum & hoc in causa in qua ultra allegationes partium, iudex pōt impartiri officium suum secus ubi hoc non posset nisi petitus.

PRAETER quādoque capitur exclusiue quādoque inclusiue. unde ca. literas in h. de præsum. etiā uide Inn. in c. dudum. 2. de elec. & in cle. 1. de sum. tri. & fide catho. per glo. & Arch. in c. ebion. 13. q. 1. Item Bar. in l. 1. in fi. de pig. actio. & per alios in l. actione C. de trāsa. & in regula peccatum de reg. iur. libr. 6. Stat enim inclusiue & augmentatiue quando cadit inter res penitus separatas, ut dicendo. Lego tibi omnes uineas meas præter domum .. Sed stat exclusiue quando cadit inter dictiones significantes res sub se inuicem contentas ut lego tibi omnes libros meos præter Salice. ambos. Richar. & Bar. uide de hoc Albe. in alphabeto suo & no. in l. medic. §. uxori. ff. de au. & ar. leg. Item capitur exclusiue. Lego omnes seruos meos præter Sēpronium. Ratio, quia Sempronius eximitur de oratione præcedenti ut ibi non includatur l. nam que. §. fi. ff. de pe. lega. & sunt ratio ex hoc qa est uoluntas proferētis declarata eo ꝙ alias hæc uerba præter Sēproniū nihil operarētur. Sed ibi sumitur inclusiue. Lego omnes libros meos tali præter scyphum argēteum quem apud eum deposui. Ratio quia hæc uoluntas proferentis. & uerba præter scyphum &c. aliter nihil operarentur, nisi exclusiue exponerentur. Item ponitur quandoque coniunctiue, non exclusiue, ut ibi, de his seruis qui sunt in patrimonio meo, præter decem quos legauit titio, lego decem seio, quia sensus est, & decē legaui titio, & sic per legatum fractū seio nō reuoco factū titio & sic intellige hic coniunctiue. i. continuatiue sicut fit continuatio per diction ē, & qn̄ continuat orationes. Nā in prædictis legatis titius & seius non sunt coniuncti coniunctione quæ facit unum corpus, de qua in l. re cōiuncti. ff. de leg. 2. & iō si in patrimonio essent tm̄ 15. serui, titius haberet x. & seius tatū quinque l. si ita legatū. ff. de leg. 1. Et est rō, quia significat sic ipsa uolūtas proferentis declarata ex coniectura ꝙ testator non uult reuocare, nisi expresśius appareret. Si. enim hoc causa poneretur inclusiue, tūc seius haberet decē legata titio & cum hoc alia sibi legata s. seruos in patrimonio existentes, & ꝑ hoc esset reuocatum legatū titii, quod non est dicēdū. Itē ibi cū papa dat dispēso te cū ut alia bñficia preter obtenta possis obtineri, ponitur ēt continuatiue siue coniunctiue. Nā sensus est talia obtineas cū obtentis & super istis de nouo obtentis dispenso ita ꝙ obtenta non includuntur in dispensatione, ut in c. dudū. de ele. quia hoc nō uidetur de uoluntate proferentis, nisi expresśis declaretur, eo ꝙ dispensatio in casibus odiosis semper restringitur. Item exclusiue non exceptiue ponitur pro siue, ut ibi præter spē. i. sine spē, & sic dicitur dilatio danda est illi qui præter spē trahit ad alienum iudicē l. si quando C. de dilatio. ibi enim nō ponitur exceptiue nec inclusiue quia oratio illa non patitur, & sic tantum ponitur exclusiue, & sic de aliis.

PRAETERIRE est testatorem omittere aliquem qui suus hæres est, eo non instituto, siue eo exheredato, ut. habuisti supra de he. Præteritio dicitur talis omissio uel

exhe-

exheredatio secundum Azo. in sum. C. de prete uel exhære. insti. de hæred. quæ ab intest. defe. §. eadem ut supra.

PRAETEXTA est genus uestis quæ nobiliores ciues romani uti solebāt §. iniuria. inst. de iniu. & unde l. 3. §. si. & ibi glo. ff. de lib. exhiben.

PRAETOR est qui in urbe Romana iudicio senatus ad disceptandum dubios actus & causas ordinabat. Et erat eius officium annuum quia solo anno durabat. Et antequam populo Romano ad principē trāslata fuisse potestas, uel antequam Romana potestas sub Imperatore ueniret habuit potestatem plenam faciendi ius & statuta & edicta, cuius edicta iuris honorarii nomine cēsentur, quia qui honores gerunt i. magistratus, authoritatem huic iuri dederunt, ut C. de offi. præto. l. 1. & insti. de iur. nat. & ciui. §. prætorum quoque edicta & no. in l. certum C. unde legi. q̄ prætor uiuus potius debet sequi prætorem mortuum quam ius ciuile.

PRAETOR fideicommissarius dicebatur ille qui de fideicommissis relictis cognoscebat & ius dicebat & reddebat, dicens ius dabo. ff. de ori. iur. l. necessarium.

PRAETOR peregrinus dicebatur ille qui inter peregrinos qui in ciuitate affluebant uel confluebant reddebat.

PRAETOR urbanus dicebat qui cū cōsules ad bella finitima uocarentur, ius necessarium in ciuitate reddebat. ff. de orig iur. l. 2. prealleg.

PRAETORIVM est locus in quo ius ex more redditur etiam dicitur in quo quis præfecturam exercet cum suis officialibus, & causam tractare solet. Item est domus præsidi prouinciæ assignata, & locus deputatus iudicibus ad cognoscendum & deputandum uel ad sententiandum de causis.

PRAETORIVM pignus dicitur illud quod alicui datur a iudice.

PRIVIGNVS dicitur qui ex marito mulieris natus est antequam fuisset maritus eius, & econtra.

PRIVIGNA dicitur propriæ quæ ex uxore uiri nata fuit antequā esset uxor sua, est ergo filia uxoris ab alio uiro priori genita, & priuignus alius taliter genitus, quorum pater uitricus eius appellatur.

PRAEVARICATORES sunt qui uera crimina fraudulenter occultant, dicitur autem præuaricator quasi uaricator, a uarica ceruice quia ad uersam partem adiuuant prodita sua causa propria dum huic instat corpore ex una parte, & illi mēte & corde ex altera parte, ut. ff. de præuarica. per totum.

PRIMATES proprie loquendo sunt patriarche. dist. 99. c. 1. & 2. Etiam ponitur primas pro archiepiscopo c. sane de fo. compe. Nam non est differentia inter primatem & archiepiscopum quātum ad effectum, ut in c. duo. de offi. ordi. nam ius canonicum non curat de nominibus c. petitio. de procur. dist. 21. cleros. & c. præce. ubi est diuisio nominum cum dicitur archiprimates, siue primates, siue patriarche.

PRIMATES officium sunt qui officiis presunt.

PRIMICERIVS dr̄ ille qui primo loco scriptus est in matricula notariorum & primū locū obtinet scd̄m ll. ut C. de primice. lib. 12. in rub. Sed scd̄m canones est nomē dignitatis quę subsret Archi. ut no. c. unico. de offi. primic. Dicit. n. primus in cantu uel choro, qui in aliquibus ecclesiis dicitur cantor siue succentor.

PRIMI pilarii dicuntur primi administrantes qui. s. primo actionem

sui officii administrauit. Vel secundum Hugo. qui primum pilum, id est telum uel Hastam portant & utroque, non accipitur, seccundum Accur. C. eo. tit. in rub. lib. 12.

PRIMOGENITVM uocat scriptura non quem fratres sequuntur, sed qui primo natus fuit, de uerb. sign. c. Ioseph.

PRIMITIE sunt primę partes fructuū Deo offerende. Hinc est qd' sacerdos primam missam cantans dicitur celebrare primitias.

PRINCEPS quis dicatur habetur Esa. 11. ibi Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Interdum dicitur Angelus. Iosue 9. Ego sum princeps exercitus &c. Interdum Papa de conse. d. distinct. 1. corpora. Interdum episcopus de maiori. & obe. si quis uel alius iudex ecclesiasticus. 27. quæstio. 4. diffiniuit in fi. Item dicitur Imperator, de re iu. ad apostolicæ, in prin. lib. 6. Et appellatione principis intelligitur rex. cle. unica de baptismo, ubi bona glo. & in usibus feu. secundum Bal. Item princeps dicitur diabolus, ut Luc. 11. cap. in principe demoniorum eicit demonia simile. 23. quæstio. 8. §. ecce. uersic. sed notandum ibi, uenit princeps Ioan. 14. Item dicitur quilibet secularis dominus. ut 33. q. 5. princeps. Item dicitur principalis pars in quolibet iudicio, ut. ff. de foro comp. e. l. 1. §. in hoc iudicio. Etiam princeps dicitur quilibet prælatus ecclesiæ, ut dist. 35. c. ecclesiæ principes, & cap. corpora præalle.

PRINCIPIVM cuiusque rei potissima est pars l. i. ff. de or. iur. & uide Bar. in l. 2. ff. de furt.

PRINCIPIVM spectatur quando finis habet necessariam consequētiā ad principiū. Bar. in l. unica in fin. C. si in commun. eademque causa,

PRINCIPIVM rei dicitur a parte superiori, inferior autē pars ad quā descendit cursus aquæ dicitur finis, arg. l. 1. in fi. ff de aqua plu. ar. Bar. in l. 3 in fi. ff. de fur.

Priuata psona est psona carens functione publica. inde supra persona.

PRIVATVM ius est illud quod principaliter ad singulorum utilitatem pertinet, ut in pactis & conuentionibus singulariorum personarum quod require supra ius publicum.

PRIVATA delicta dicuntur quæ ciuiliter tractantur, ut si mihi furatus sis x. & ego ut rehabeam ago, non ut corporaliter puniaris, sed publica delicta sunt quorum prosecutio est permissa cuilibet de populo, quale est crimen læsæ maiestatis uel accusatio de suspecto tutore uel curatore, in quibus omnes accusare possunt.

PRIVATI dicuntur proprie qui non sunt constituti in aliqua dignitate 24. q. 1. qui contra. Item dicuntur omnes exempti a iure communi, siue sit collegium, siue aliqua specialis persona. 7. q. 1. petisti. & distin. 3. priuilegia.

PRIVILEGIVM est principis beneficium contra ius cōe indultū. Non enim est priuilegium nisi aliquid indulgeat speciale. c. abbatem, de uerb. sig. & c. in his, de priui. & dicitur quasi priuans legem, uel est lex priuata idest unius ante alios honor uel dignitas aut immunitas, quæ sibi conuenit, eorum quæ & aliis incumbunt, uel quæ de iure cōmuni allegantur. Nam priuilegium secundum Isid. lib. 6. inde dictū est quod in priuato cōceditur. de hoc dist. 3. priuilegia. Ius enim commūne ad unam personam directū, ad omnes extenditur 41. dist. miramur. de iudi. in causis. Dicuntur ergo priuilegia priuatorum leges

id est a iure communi exceptorum, ut in c. priuilegia.præall.Et not. ꝙ priuilegium non tollitur per ius commune, nisi de ipso mentio fiat. de rescript.per ordinē.Nec tollitur unum per aliud,nisi in secundo fiat mentio de primo c.ueniens.de præscri. Et priuilegium est duplex personale, & reale.c.mandata.de præsum. Personale extinguitur cū persona, imo quandoque ante personā extinguitur,ut cum eo male abutitur & sequitur personam, & hoc uerum de concessio indeterminate, quia cum determinatione loci uel temporis concessum non sequitur personam extra locum , ut est priuilegium usus pallii.capi.ex tuarum. de autho.& usu pallii. Etiam extinctale extinguitur priuilegium reale. 16.q.7.& hoc diximus in cap. abbatem. in fi.de uerb.sig.& glo. in regula priuilegium de reg.iu.lib.6. Item priuilegium perditur propter lex,ut in glo.uni.in ca.renouantes. dist. 22. & est duplex priuilegium, s. generale & speciale. Generale est quod cōmuni corpori uel collegio conceditur, ut in c.cum & plantare. eod. titu.uel uniuersitati. 17. q. 4. si quia suadente.Et quod concessum est fratribus & ecclesiis circa contractus uel quasi & circa iudi.Item quod concessum est mulieribus circa fideiussor. Speciale est quod personæ conceditur , & illud extinguitur cum persona.7.q.1. petisti, & regula priuilegia &c.& pone exemplum de priuilegio. uer. g. princeps concedit deportato uel alii non ualenti testari secundum ius commune Romanorum ciuile liberam testamenti factionem,hoc priuilegiū significat ꝙ possit testari seruando solennitatem quæ de iure ciuili requiritur in testamento ut l. si quando.C. de inoffi. test. Et sumitur significatū ex solennitate quæ multis uigiliis est excogitata quare non est uerisimile principem tam faciliter illam tollere uelle; & ex priuilegio siue natura eius est quod priuet ius cōe , & sic uerba debent recipi in suo significato stricto ri. Item ibi princeps ualenti testari concedit liberā testamenti factione intelligitur quod possit testari non seruata solennitate iuris cōmunis ciuilis dumtamen constet sicut de milite dicitur quod significatum sumitur ut priuilegium ualeat & aliquid concedatur nisi. n. sic intelligeretur nullum esset priuilegium . Item princeps concessit alicui ædificare sic re in loco publico , intelligitur sine alterius iniuria uel incommodo. ut l. 2.§. si quis a principe. ff ne quid in loco pub. Ratio quia omnes tuetur ab iniuriis, uerisimiliter non uult aliū ledere , nec princeps uult ualere suum priuilegium quod est in alterius detrimētū, uel quod tollit ius cōe , ut l. quoties.& l.rescripta.C. de prec.Impo.offe.& hoc uerum nisi in priuilegio fieret reuocatio legis derogatiue. s.dicendo,non obstante. l.tali uel tali,ut l.si quis.in pri. ff.de leg. 3. idē in quouis casu quo euidenter apparet principem uelle tollere legē derogātem priuilegio, quia uoluntas sua est lex,nisi contrarietur legi euangelii , quia hanc tollere non potest.

PROBATIO secundum Azon. est rei dubie p̄ argumēta ostensio,sed hæc difinitio scdm Gof.loco solum hēt in his quæ probanē per instantiam disputationis,non autem in iudicio ubi probatio fit p̄ testes & instrumēta & plerūq. per iudicia,& præsumptiones. Et dicitur probatio ab aduerbio probe. Nā probe facit quę probat ꝙ intendit,quia per hoc pe-

nas

nas nō probantiū euadit. Vel probatio est rei dubie in iudicio legitime facta declaratio quamuis hæc diffinitio moderetur contrariis. Et dicitur etiam probatio quasi proba actio ratione qua supra. Et not. q probatio sit multipliciter. Primo per aspectū, ut in notorio qd probatur per facti euidentiā c. euidentiā.de accu. c. propc fuisti. de prob. ff.de uē.insp.l.1. in prin.16.q.3.inter memoratos. Nec obstat quod oculus plerūq. fallit. c.causam. eo. tit.37.q.1.nec aliqua, quia frequentius non fallitur. de hoc uide Gof. de proba. in sum. §. insinuata nobis. Etiam fit probatio per aspectū in atroci iniuria.ff.de iniur.l.2. Itē in ætate ut l.minor. ff..de min. Secundo fit per testes plures uel etiā per unū. cum aliis præsumptionib. uehementib. Tertio p instrumenta. Quarto per confessionē. Et hi quatuor modi ponuntur in c.cū seden. de rest,spo.Quinto fit per scriptura antiquorū librorū. c.cum causam. eo.ti.Sexto per uiolentam præsumptionē.32.q.1.dixit dominus,Septimo per famā cum aliis præsumptionibus.c.3.loco.eo.ti. Nam uicini famam facit probationē c. ulti. de frig. & malefic. etiam per famam cum uno test c.licut. de probat. & si iudex dubitat de fama quærat a uicinis.ff.de magist.conue. l. 1. Potest autē fama probari per duos testes c.in literis de testi. & magis probat fama quam unus testis, ut dicitur in c.super.e. de consan. & affin. 4.q. 3.§.sæpe. Sed nunquid per famam & unum testē debet quis condemnari de crimine. Bar. in glos.c. ueniens. de testi. dicit quod non. Ratio, quia in crimine debent esse probationes apertissime & meridiana luce clariores, secus in causa ciuili.C.de prob.l.ul. Octauo per iuramentum. Et no. soli sacramento creditur quando de cōscientia alicuius quæritur siue dubitatur. de senrē. excō. si uero aliquis. Item probatio testibus & fide tabularū constat c.forus.de uerbo.signi.uide Gof.eo.ti. §. species probationum.

PROBATORIA uel probatorie officiorum sunt documenta ad probandum aliquem esse priuilegiatum ad officium aliquod authoritate imperiali, ut potest colligi. C. de diuer. offi.l.probatorias.lib.12.

PROCONSVL. dicitur iudex ordinarius,& est a populo cōstitutus,non a principe delegatus nec ab alio, sed ante imperatoriam maiestatem creatus,cuius officium erat in prouinciis dirigi, scilicet in regno tributariis, ut per eum prouinciales sua negotia expedirent. Hic uero pluries non potest uiri falcibus q. series, nemo enim septimo est creatus proconsul, &. non nisi semel procōsulatus fungebatur insigniis & in prouincia ad eum pertinebat ut ad quosdamq. magistratus respiceret.ff.de offic. proconsul.l.pro consules.

PROCONSVL legatus est cui procōsul prouinciam ingressus mandat iurisditionem.

PROCVRATOR est qui aliena negotia mandato sibi a domino facto gerenda. gratuite suscipit plura uel unum.ff.de negot.gest.l. tertia. §. negotium & ff.ui bonorum. rapt.l. 2.§.quod ait. Et dicitur gratuite, quia si interuenit merces non est procurator, sed locator operam. Dicitur mandato domini, ad excludendum tutorem, curatorem collegia & prælatos ecclesiarum qui procuratores constituere non possunt, sed syndicum, uel actorem. Et quæ sit differentia inter procuratorem, & syndicum, actorem

actorem & uice dominum notatur de syndi.capit.1. de offi.ordi. cum uos. Et constituitur de mandato generali uel speciali. ff. eo.tit.l.1. & ff.manda.l.si remunerandi. §.1. Vel sic. Procurator dicitur is qui in iudicio uel mandato,domini negotia administrat agendo uel defendẽdo.l.1.§.1.ff.eo.tit.inter quẽ & aduocatum hæc est differentia, quia procurator causam absentis tractat. aduocatus uero causam præsentis, uterque tamen postulare dicitur,uel secundũ cano. Omnis administrator rite dicitur seu uocatur procurator,ut.1.q.3. saluator,Nam procurator est nomen generale ad quemlibet administratorem,per sequentia quæ traduntur in constitutione restringitur ad id de quo agitur.Oportet.n.officium procuratoris esse gratuitũ, quia siquid recipit facit contra bonos mores,& hoc intelligitur quãdo paciscitur ut habeat certã partem eius de quo est quæstio,quod non licet, potest tamen licite recipere salarium pro labore suo. Et no.quod duplex est procurator.s. ad iudicia,& ad negocia,qui differunt in tribus, quia primo procurator ad iudicia non constituit ꝓcuratore alium nisi potest lit. contesta.cum iam est dominus litis, & ante lit.cont. alium procuratorem dare non potest nec tutorem nisi sit procurator in rem suã, qui ante & post lit.contest. constituere potest.Sed procurator ad negocia constituere potest libere alium procuratorem quemcunque ult. c. 1.de procura.lib.6. Secunda differentia habetur in c. qui generaliter in fin.de procura. libr.6. quia primus non datur nisi maior 25. an secunda uero post 17. annos. Tertia differentia habetur de rescrip.tex.parte decani. Et no. optimam rationem prime differentie istorum procuratorum,quia negotium extra iudicium sumit originem a ministro, & postea transit in dominum l. quæcunque gerimus ff.de act.& obl. sed in iudicio negocium originaliter est in domino, & postea transfunditur in procuratorẽ.l.si procurator meus. ff.de.neg. gest. Et dicit Lud.de ro. in sing.suo.115.ꝙ procurator constitutus ad agendum censetur etiã constitutus ad defendendum, ut l. mutus.§.pœna.ff.de procu. Et hoc uerum est in procuratore actoris. Secus in procuratore rei,quia licet sit constitutus ad defendendum nõ tamen ad agendum. Et dicit idem quod de hoc est casus unicus in c. cõstitutus.de procur.legistis pœnitus incognitus, & etiam non nullis canonistis, & dicit esse mirabilem tex.bene menti tenendum.

PROCVRATORIVM & mandatum differunt,sicut etiam est differentia inter literas procuratoris, & literas de rato,de hoc uide de reli.do. c.cum dilectus,in glo.1.de off.dele. c.coram. Et not. procuratorium mandatum debet fieri legaliter,ad quod quatuor exiguntur. Primum ut dirigatur aduersario cui etiam mandati reuocatio est insinuanda, uel saltem iudici cui fides est facienda. Secundum ut contineat nomina instituentis & instituti. Tertium nomen iudicis coram que procurator debet experiri. Quartum causam in qua, dum coram iudice eodem plures causas habet instituens, ꝙ a notariis bene est notandum.

PROCVRATOR Cesaris est quæ ex mãdato Cesaris causas, & negotia agit. Et quæcunque acta aut gesta sunt a procuratore Cesaris, sic a Ce-

a cesare comprobantur atque si ita a cesare gesta essent. Et sicut ad procuratorem cesaris tantum rerum pertinet administratio, ita ad iuridicum Alexandrie iuris tantum & non rerum spectat solicitudo, ut. ff. de offi. procur. cesa. l. 1.

PRODIGVS est qui neque tempus neque finem expensarum aduertit neque modum. ff. de cur. fu. l. 1. sed bona sua dilapidando & dissipando profundit cui interdicitur bonorum administratio a iudice per l. 12. tab uel alias a lege, ut quia in l. iul. maie. commisit, ut C. ad leg. iul. maie. l. fin.

PRODIGVS fame sue dicitur quis qui non curat de infamia turpiter uiuendo, & talis negligens famam suã crudelis ẽ c. nolo. 12. q. 1. Pan. in c. prælatorũ in 2. not. de accu.

PRODIGVM quid est notatur. ff. de stat. hom. lege non sunt liberi. C. de posthu. her. instit. l. 3. & l. ostentum. ff. de uerb. signi.

PRODIGVM neutri generis est cibus qui intra proximos dies prodigatur. i. consumatur, & ipsis prodigis cum interdicitur eis bonorum administratio, plerunq. a fisco præstatur, ut. ff. de offi. præsi. l. plebiscito. Et Accur. in glo. 3 l. quæcunque pro reliquis prodigorum. C. de fide inst. lib. 10.

PROBATE castitatis dicitur qui nõ manifeste apparet incontinens. c. a multis, de etate & qualitate.

PROGRAMMA secundum quosdam dicitur præcedens scriptura quæ per plures prouincias, siue loca destinatur. Sed scdm Azo. in sum. C. eo. tit. est scriptura publice proposita ut ibi dicitur in. §. mutationes.

PROGRAMMA (inquit Alcia. li. præter. i. in hac ipsa dictione) greca uox est significatq. in iure quod latine appellat Vlpianus proscriptionem. tit. pro insti. act. Capitor & pro edicto ut in uita auidii, cassii imperatores legitur.

PROGNATVS est qui uocatur ab nepos quasi procul a me natus quia quarto gradu & quinto.

PROHAERES est qui putat se hæredem esse cum non sit lege pro hærede ff. de petit. hære.

PROEMIVM est sermo generalis præambulans in principiis librorum, ostendens in generali quæ postea continentur in speciali interdum alia pleraque complectens, ut no. Ioan. And. in exordio cle. sub uerbo, quoniam.

PROHIBITA intelliguntur omnia quæ non sunt concessa uti in c. inter corporalia, de transla. licet uideatur arg. contra ꝙ omnia intelliguntur concessa quæ non sunt expresse prohibita ideo no. quod ubi aliqua constitutio promulgatur affirmatiue, semper intelligitur concessum quod non inuenitur prohibitum, exempl. 31. q. 1. c. ult. ubi dicitur, quod si dormierit uir eius, cui uult nubat in domino. Non dr duobus uel tribus, unde potest cõtrahere communis omnibus, ubi uero promulgatur negatiue, semper intelligitur prohibitum nisi inueniatur concessum, maxime ubi fuit eadem ratio, ut cum dicitur non occides, hoc nulli licet, nisi inueniatur expressum, ut iudice, cui lex hoc concedit secundum Ber. in glo. c. inter corporalia, præallega. Potest etiam dici (secundum quod no. ibidem) quod hæc regula scilicet quod non est concessum intelligitur prohibitum, habeat locum in iudiciis & contractib. stricti iuris, ut in arbitriis & priuilegiis & in rescriptis licitis. Hoc autem regula quod non est expresse prohibitum intelligitur concessum

sum locum habet in iudici & contractibus. bonefidei in beneficiis ab solutionibus. & edictis prohibitoriis. In illis. n. quilibet admittitur qui non prohibetur, ut in edicto de proc. testi. & matri.

PRODITOR est ille qui secreta sibi commissa reuelat. de pe. dist. 6. sacerdos, & peni. & remis. omnis utriusque. Et de multiplici specie proditorum notatur in c. clericus. 46. dist.

PRODIGVS dr̄ ille qui in se tantum prodigalitatem exercet, & in se delinquit, scd̄m Bal. in sing. in l. 1. §. exigitur. ff. de bon. pos. contra tab. ex quo deprehenditur quod quis sit prodigus. Bart. in l. qui habet. in prin. de tut. & in l. is qui. §. 1. ff. de tut. & cura.

PROLES proprie ea dicitur quae est ex iustis nuptiis, in auth. de nu. in prin. col. 4.

PROIECTVM dr̄ quoddā genus edificii quod nulla columna supposita ita edibus appendet uel menibus ut terram non tangat. Et alio modo dicitur appendix.

PROMVLGARE legem est eam condere. & conditam recitare, proferre pronunciare, patefacere prodere, uel manifestare.

PROMISSIONEM committi dicimus qn̄ peruenit in eum casum, ut ex ea aliquid peti possit. u. g. promisit ibi equum, si non darem eum eo die, promisi me tibi daturum. c. aureos, si modo eo die non darē tibi equū committitur promissio uel stip. c. aureorum.

PROMISSIO & repromissio sic differunt quia promittendo negocium inchoamus sed repromittēdo adimpletū cōsolidamus. Et est repromissio quasi iterata promis. ut res magis sit sitim securo. sicut fit facto ubi fideiussio interuenit. Nam debitor promittit et fideiussor repromittit, uel potius & melius debitor promittit, sed debitor uiceuersa quā pluries repromittit.

PRONEPOS est filius nepotis, sicut pro neptis est filia nepotis.

PRO & propter differunt, nam aliud est soluere pro debitoribus, aliud propter debitores not. in l. dominus stricho. ff. de pecu. leg. item pro significat causam finalem propter uero causam impulsiuam, ut d. l. do minus.

PROPRIETARIVS idē est qd̄ dominus scilicet qui cuiusque rei proprietatem habet.

PRO rogare est prolongare, producere, uel primū tps extendere. ff. de iudic. l. 1. de offic. delega. p. & g.

PROROGATIO fit de tempore ad tempus c. de causis. de offi. delega. & fit etiam de re ad rem. ff. de iudic. l. de qua re. §. 1. & c. cum olim. de offi. delega uersus finem. Item de persona ad personam etiam altera parte inuita. cap. 1. de alie. iu. mu. cau. fa. Item fit de iudice ad iudicem. ff. de iudic. l. 1. ubi not. quod fundamentum prorogationis est iuri ditio ergo in iudicem non habentem iurisdict. non potest fieri prorogatio, quia non entis non sunt qualitates l. eius qui in prouincia, ff. si cer. petat. & c. ad audientiam 2. in fin. de eccle. edific. aliud fundamentum est consensus partium, nam si esset error uel titubatio non fieret, prorogatio. l. fin. C. de condictio. indeb. metus enim & error excludunt prorogationem. l. 1. ff. de iudi. quia error excludit consensum, qui est causa prorogationis.

PROXENETA est paranymphus. i. media persona per quam aliquis contractus celebrandus aut ineundus procurator. Et talis procurator

tor in ſpõſalibus dicitur paranymphus, qui explorat uoluntatem hominum, qui & cum quib.uelint cõtrahere, & quæ ſit facultas contrahentium uel contrahere nolentiũ cuius remuneratio uel merces dicitur proxeneticum. Et conſiſtit officium eius circa amicitias complendas,& circa aſſeſſores conquirendos ordinariis iudicibus uide c. primo de hoc in glo. 2. de reſt.li.6. Sed utrum proxeneta uel mediator talis posſit adduci in teſtimonium, & compelli in contractu in quo fuit mediator? Reſpondetur quod ſic,utraque parte conſentiente. Et regulare eſt quod in ciuilibus de conſenſu partium admittatur, alias non,ut in auth.de teſtib. §. quoniam uero. col. 7. ſed utraque parte contradicente non admittitur. Quid autem altera parte uolente, & altera non? Dicitur qđ hoc caſu compelli non poteſt, ſed uolens teſtificatur, uide gl. in uerbo, ciuiliter c.1.de teſtibus.l.lib.6. & ad prin.glo. in c.dilectoru.de teſti. cogen. Item utrum proxeneta ex contractu uſurario teneatur ad reſtitutionem uſuarum? Dicitur ꝙ ſic, ſecundum gloſſ.fin.l. ſi ſciente, ff.ad l. pompe.de patri & Bart. fecit mentionem in l.1.§. incidit.ff. ad tur.Bar.in c.1.§.ſi mulier in pen. col. de controuerſia inueſt. feu. contrarium ponit rationem aſſignans optimam. Et dicit Ludoui. de Roma. ſingul.271.quod ipſi ambo neſciunt quid dicunt, ſicut muſcipula ſuper prunas,& alleg.Inn.& Io.An. c.Michael. de uſu. & Archidia.latius in 43. diſt.ſicut non ſuo. & Lapus de Caſtellione in allegationibus ſuis. 93.plenius omnibus diſcurit.

PROSCRIPTIO eſt aduerſus abſentem iudicialis pronunciatio, ut in poſterum procul agat.i. maneat ab impe io, & talis contra quem fit pronunciatio talis & cuius bona palam & aperte ſcribuntur, dicitur proſcriptus,& debent omnia bona ſcribi, & de ipſis inuentarium fieri continens tam mobilium & ſe mouentium diuerſas ſpecies & qualitates quam immobilia ut menſuram agrorum & numerorum, uinearum, quantum ſit in uineis oliuetis, arbuſtis,aratoriis, & paſcuis. hanc proſcriptionem greco uocabulo dicimus pragmaticam queſtionem,licet aliqua ſignificatio qđ tormentum dicatur,quia tormentis cõmuniter ueritas inquiritur, quare tortores dicuntur quæſtionarii,ut infra de quæſtio.

PROSOCER dicitur mariti auus.

PROSOCRVS eſt uxoris auia.

PROSOCRVS eſt qui ſtat armatus cũ principe uit Obuius & Biliſiarius erãt domeſtici protectores Iuſtiniani,ſecũdũ Acc.in rub.C. de domeſt. & prote.per totum li.12.

PROTERVIA eſt crudelitas uel terribilitas ſcđm Io.An.in c.cle.unic.de foro compet.ubi allegat. Greciſmũ dicentem.Improbus eſt aliquis uerbis,factiſq. proteruus.

PROTYRVM & hyprotyrum ualuarum habitas cauitas appellari poteſt, nam ipſa oſtiorum latera antas dicimus,& in hac ſignificatione accipitur.a Pomp.in l.pen.ff.de uer. ſig.& ab Vulp.in l.quæſtium.§. papinianus.ff.de fun.inſtit. Vitruuius tamen ſcribit pro thyra pen. correpta eſſe ueſtibula in domorum ianuis quaſi ſit magnum ſecretum nã grecis thyra ianua, & pro ante interpretatur.

PROTESTATIO nihil aliud eſt quã animi agentis expræsſio.c.conſul. extra de reg. & l. ſi duo.§.cum inquilinus. ff.uti posſi. Quid ſit pro-

testatio quotuplex sit, quid declaratoria, cui sit facienda, quis possit protestari qualiter ubi & quando fieri debeat, quis sit eius effectus, an requiratur cōsensus protestanti, & multa alia no.& dubitabilia in hac materia plenios quam alibi uide per Bar. in l.non solum, §.morte.ff. de oper. no.nun. & in l.1. eo. tit.in quibus locis uide plene Alex.& alios doct.

PRO tutore se gerere dicit qui munimine tutoris fungitur de iure,siue putet se tutorem, siue sciat se non esse fingit tamen se esse.

PROVISIO electio, postulatio differunt de elec.c.1. li.6. & prouisio est latum uerbum quod comprehédere potest nominationem,postulationem, præsentationem,& collationem, ut est gl.in cle.fi.de elec. quæ alleg.iura concor.

PROVINCIA diuersimode consideratur distingui. nam in materia præscriptionum diuerse ciuitatis in quibus habentur & exercentur diuerse iurisditionis separate dicuntur prouincie.qñque diuersitas archiepiscoporum facit aliam prouinciam & sic prouincie quãdoque modicum distant, ut Pisana & Florẽtina,qñque distinguũtur prouincie medio freto, ut Hyspania, Gallia,Sicilia, & sic sumitur distinctio prouinciarum 3.q.3.§. spatium ubi dr̃ ꝙ ad producẽdum testes de eadem prouincia dantur tres menses de contigua sex, de transmarinis nouem menses, de hoc in c.ultra tertiam de testibus.secunndũ Inno.

PRVDENTIA est carnalis concupiscentia.32.q.1. non.n.Alibi appellatur malitia de despon. impu.c.de illis.2.sic etiam in delictis,de deli. pue.capitulo pueris.de despon.im pub.c.tue. in gl.3. (res.

Prochotrophi sũt pauꝑũ sustentato-

PROCHOTROPHIVM græcum est uocabulum & denotat locum quo medici aluntur, ut scribit Suidas nos cõi uocabulo hospitale uocitamus, & in hunc significatum accipitur ab imperatore in suis cōstitutionibus, licet codices pleriq. omnes mendosi circunferantur,ut in l.omnes qui. §.priuilegiis. & in lege si quis ad declinandam. §.fin autem amplio res.&.§.hæc tamen loca. & in l.omnia priuilegia C. de episcop. & cle.& in l.illud.§.1. ubi glo. & in l. pen. in prin. C. de sac.san.eccle.

PROXIMVS est quem nemo præcedit.l. proximus. ff. de uer. sig. et si solus sit. ut l.proximus eo.tit.& not. per Arc. in c.cui.de præben.& in l.1. §. proximus, unde cogna. Itẽ proximi sunt non illi rantum quos nobis sanguinis gradus iũgit, sed oẽs hoĩes nature participes c. charitas,uersi.Item nonnulli.

## DE P ANTE V.

PVbertas. Require supra impubes.

PVBLICANI dicuntur qui publica uectiga. administrant,unde eorum nomen descendit siue ad hoc constituti ut publica uectigalia exigant, siue tributa conducant.ff.dé pe.& uectig.l.1.nam etiam dicũtur uectigaliũ conductores fisci uel rerũ publicarũ, & qui lucra uel publica negotia seculi sectantur ibi dem.l.3. Aliter publicani dicuntur qui publice peccant ut in Euang. Lud. 18.c.d phariseo & publicano.

PVBLICARII dicuntur ea quæ ob aliquid delictum sic enorme in publicum erarium deuoluuntur.

PVBLICARIA dicuntur ea quæ ab aliquod delictum sic enorme in bulicum erarium deuoluuntur, & tũ dicitur publicatio bonorum.

Publice

**PVBLICE** honestatis iustitia est propinquitas ex sponsal.b. prouenitens robur trahens ab ecclesiae institutione propter honestatem. Nō enim est honestum ut quis eam ducat quam suus consanguineus desponsauit cap. ad audientiam, &c. sponsam, de spon. unde huiusmodi prohibitio non consurgit ex consanguinitate nec affinitate contracta ex nuptiis consummatis, sed ex quadam publica equitate inductum est hoc ius prohibens matrimonium contrahi, & contractum dirimens. Et nota quod ideo dicitur publice honestatis iustitia, q̄a in matrimoniis non solum quod liceat, sed quod honestum est consideratur. ff. de ritu. nuptiarum lege semper, & oritur etiam ex sponsalibus quae de iure non sortiuntur effectum, ut in ca. ad audientiam. praaileg. f cus in matrimonio, q̄a affinitas non contrahitur ex nuptiis interdictis, uide Gof. in sum. de spon. ubi dicitur quod secundū quosdam in nullo casu locum habet hodie publice honestatis iustitia, nisi in sponsa fratris, de qua in ueteri & nouo testamento prohibitum esse uidetur, quam sponsam fratris frater habere non potest d. c. ad audientiam cum concord. in gloss. & rationem dicunt quia sublata est in eo casu in quo de maiori equitate locum habuit scilicet in sobole suscepta ex secundis nuptiis, cognationi uiri, non copulāda prioris, ut de consangui. & affi. non debet. ideo & in aliis reuocata uidetur, quia de similibus idē est iudicium, ut ibi.

**PVBLICA** iudicia sunt dicta quasi populi c. quia cuilibet de populo promissa est eorum persecutio, ut supra priuata delicta.

**PVBLICVM** ius est quod principaliter specta & publicam utilitatē. Require supra ius publicum.

**PVBLICIANA** actio. Require supra actio publiciana.

**PVBERES** a pube, id est a pudendis corporis sunt dicti. Et dicitur esse pubes qui iam compleuit. 14. annum, si est masculus, & generale potest. & 12. si est femina capitulo puberes eo. tit.

**PVBERTAS** est quae parit in annis puerilibus, ut inquit tex. in c. puberes de despon. imp.

**PVERI** dicuntur filii, non filie. Secundo dicuntur omnes serui pueri etiā sexagenarii. Tertio dicuntur omnes qui sunt in aetate pueri scilicet mares a septennio usq. ad 14. annum. ff. de uerbo signific. pu ri de aeta. & quali. & ratione in glo. de regularibus. ad nostram. 21. q. 1. c. 1. Quando tamen legantur pueris alimenta. pueri & puellae dicuntur usque ad trigesimum annum. ff. de ciba. & alimen. legat l. mela.

**PVGILLARES**, id est tabulae certe. l. in commodato. §. sicut autem. uers. pugillares. ff. commo.

**PVLSARE** differt a uerberare, quia pulsamus sine dolore, sed uerberamus cum dolore.

**PVPILLVS** dicitur, quia cum impubes est, desinit esse in potestate patris, aut morte patris, aut emancipatione patris, & sic pupillus dicitur etiam si habet patrem l. si seruus. §. pupillus. ff. de uer. obli. ubi dicitur. Si est defectus etatis, patris authoritas non sufficit ad eum obligandum nec obligari potest si est patris potestate etiam patre authore, quod est singulariter notandum. §. praalle. quia non est alibi nisi in. §. pupillus. in fi. insti. de inutili. stipula.

**PVPILLA** similiter dic.t itra annos puber,

pubertatis emancipata, uel morte patris desinens esse in potestate eius. C. 12. anno. sicut pupillus intra 14. annum.

PVPILLARIS substitutio dicitur quæ fit impuberi in euentu mortis eius in ætate pupillari, siue uerba sint expressa, siue tacite intellecta. inst. eo. tit. Proprium enim significatum uerborum significat ulterius tacitam uulgarem. ut l. nam hoc iure. ff. eo. titu. & econtra uulgaris non significat pupillarem. Alia uide infra in uersi. substitutio.

PVRGATIO est de obiecto crimine innocentie ostensio. Et est duplex. s. canonica, quæ fit per iuramentum, & hæc approbatur & uulgaris, s. quam sibi uulgus inueniret hæc sic per fertum cadens, per duellum, per aquam frigidam siue bulliente, & hæc reprobatur, ut eod. tit. c. ex tuarum. & per tot. eo. titu. 2. q. 3. me unam. Forma autem purgationis hæc est ꝙ infamatus iurabit se immunem esse a crimine quo infamatur, & cum purgatores iurabunt illum uerum se credere iurasse. c. quoties. & c. ulti. eod. titu. Aliter autem deponere non debet, ne subeat anceps periurium. ff. de in lit. iuran. l. uideamus & numerus compurgatorum habetur 3. q. 4. omnibus uobis. & ca. præsbyter si a plebe unde Pontificem partum manus excusat duodena. Sexta sacerdotem, leuitam tertia purgat. Quem plæbs infamat purgabitur in manifesto. Quem chorus, ante chorum sua sit purgatio presto. Nam ubi contingit, malum ibi moratur. 2. q. 1. si peccauerit. Hodie numerus compurgatorum arbitrarius est, inspecta personæ qualitate & infamiæ quantitate. c. cum. ne iuuentute. eo. titu. Ideo alii dantur uersus. Hoc hodie restat arbitrio iud. extat. Maior maiori, minos imponenda minori. Nam in pœnis in imponendis sicut & in purgatione indicenda quatuor sunt cōsideranda per iudicem, scilicet persona. causa, locus, & tempus. ut in cap. si transa. ubi tex. & gl. concor. Et hæc de forma purgationis canonicæ. Sed de purgatione uulgari patet in eod. tit. per totum. 2. 2. q. 4. monomachiam. capitu. menan. & consuluisti. Et est triplex ratio quare huiusmodi ratio prohibetur. Primo quia facta sunt inuidia fabricante, ut in c. mennam. præall. Secūda quia Deus in eo tentari uidetur, ut in eo. titu. c. ulti. Tertia quia ut plurimum innocens condemnatur, ut in c. significantibus. eo. titu. Deus autem tentari non debet. 22. quæritur.

PVTEAL est illud quo puteus cooperitur. Et tantum de P.

## DE Q ANTE V.

QVADRANS est quarta pars assi a qua perficiuntur tres uncie. Alia nomina require supra As.

QVADRAGESIMA sex septimanas habet cui Telesphorus summus Pontifex addidit unam. cap. qua. 4. dist. Quadripendium est as quadruplicatus. 10. 48.

QVAMVIS hæc dictio habet ampliare ad maiora expressis. in cle. de re iudica.

QVASI, quāque est expressiuum ueritatis ut Io. 1. Quasi unigeniti a patris c. parochianos. de deci. ubi glo. & ff. ex quib. cau. maio. l. ait prætor. §. item &c.

QVASI sententia est si quis in iudicio confiteatur se furem, secus si extra, uel est cū quis præmissis actionibus quæ nascuntur ex delicto, non est damnatus, sed, ipse dedit,

uel dare debet pecuniam ne conueniatur illis acti onibus & præsumitur ꝙ illud facit ex conscia delicti excusatur tum ubi cum iussu prætoris cum eo transfigitur.

QVANTI minoris actio. Require supra Actio.

QVANCITIVS hoc tempus est arbitrarium boni uiri, cum lege uel canone non ter minetur.

QVARTA RVM tres sunt species. Vna est debita iure naturæ, quæ dicitur bonoru m subsidium quæ honore est aucta ad trientẽ & semissẽ secundum numerũ filiorum, unde Quatuor aut infra dat natis iura trientem. Similem uero dant natis quinque uel ultra, alia est trebelliani ca. 3. falcidia de quib. in c. Raynutius. de test. in glo. super uer.quartam partem. & in c. si pater.eo.ti. li.6. & differunt trebellianica, & falcidia in hoc qa testator potest auferre falcidiam & grauare hæredem ꝙ ipsam non detrahat, trebellianicam uero non potest interdicere sibi.

QVERELA est ius quoddã rescindẽdi testamentũ uel donatio,uel dotem in totum captam,& competebat, reo ex his quæ acta sunt uel in partem. Non enim est proprie act.qa nõ agitur ut quid detur uel præstetur, nec est ꝓprie accusatio, quia non accusatur quis ut puniatur in corpore sed obtinet mediã uiam,& aperit uiã succedenti,secũdum Azo.in sum.C.de inoffi.test.

QVERELA inofficiosæ donationis inducitur ad instar inofficiosi testi & competit liberis uel parentib. a debito bonorum subsidio exclusis. Est enim causa huius querelæ, iniqua exclusio a debito bonorum subsidio,& datur contra illos quibus datum est in immensum, secundum Azo.C.eo.tit.

QVERELA inofficiosæ dotis inducitur ad instar donationis inofficiosæ,& cõpetit filiis cũ matre,cũ oĩa uel pœne omnia in filiorum fraudem dedit pro se uel filia uel muliere alia,secundum Azo.eo.titu.

QVERELA inofficiosi testi datur omnibus qui tẽpore mortis imminẽtis ab intestato possunt succedere exhæredatis uel præteritis contra scriptos hæredes uel fideicommiss.

QVESTIO est inquisitio ueritatis ꝑ tormenta secundum Azo. in sum. eo.ti.uel est oratio interrogatiua. Alia significatione idem est quod tormentum,quia tormentis ueritas inquiritur, ut cum seruũ torquetur pro crimine fraudati cẽsus,aut læsæ maie.ut de domino dicat quę nouit, ita capitur pro tortura in l.si seruus. §.si quis ante quæstionem.ff.de usuf. inde quæstionariis. & dicuntur tortores.

QVESTIO incidens dicitur illa quæ ante litem ceptam competebat reo ex his quæ acta sunt inter reum & actorem,ut pactum de non petẽdo rem iudicatam.

QVESTIO emergens dr̃ ea quæ proponitur ex q̃ his emergũt in lite,ut si quærĩt an iste possit testari, uel an dãda sit dilatio, uel consimilia.

QVESTIO proprietatis est in qua de sola proprietate hoc est de dominio uel quasi dominio est qõ. de cau.poss.& pro.cum dilectus.& dico quasi dominio propter res incorporales quæ non possidentur, ut in spiritualibus inst.de reb. corpo.& incor.§.incorporales.

QVESTIO possessionis est in qua de sola possessione controuersia uentilatur. extra de ordi. cog. c.super spoliatione.

QVESTIO mora dicitur quãdo quis nocatus est per exce. uel supplicatũ est.i.datus libellus. arg.l.si quis maior.

maior. C.transeat.uel forte uerius ꝑ litis cōte.l.amplius.ff.ré ra.ha.

QVESTIO status mouetur cum quis uēdicatur in seruū.C. de asser.tol. l.unica in prin.& 54.dist.frequens. Item qō debet esse de dubio. c. cū in iure. de elec. c. de muliere. de-spō.& l.ancille.C.de fur. Itē debet esse de difficili.ff.ad carbo. l.idem.

QVESTORES illustres sic dicti sunt eo quod pecuniæ publicæ quærendæ per mundū,& cōstruēdę siue cō gregandæ curam & solicitudinem haberent,& ad hoc creati erant.Et dicebātur quæstores erarii ab ere. i.pecunia dicti.ff.de orig.iur.l.2.§. exactis deinde reg.post prin.

QVESTORRS sacri palatii dicuntur in palatio principis qui libris prin cipalibus legēdis uocabant,non di co sententiis quia illustres tantum illas legebant, uel dicebantur qui id officium gerebant in domo Imperatoris. Talis etiam candidatus principis dicebatur, & sic capitur in prohemio inst.& de off.q.& l.1. in ti.& ff.de orig.iur.l.2. §. deinde Accur.in gl.3.in.§.cunq. insti. ubi supra.

QVESTORES patricidii dicūtur qui causis capitalibus præfecti uel præ positi erant.ff.de orig.iu.l.2.§.præ al.Inde ex quæstos.i.extra quæstu ram positus.

QVESTOR.i.cācellarius.l.fi.C.de di uer.præsc & in aut.de exhi. reis.§. quia uero.Et nota.ꝙ tribus modis dicitur quæstor. Primo ille q quæ rebat pecunias tributoriiſ per mundum & seruabat. Secundo ille qui præerat capitalibus causis. Tertio qui stabat ut legeret libros, qui cādidatus principis dicebatur quo in prohemio inst. sumitur. & nota ꝙ secundum primum modum dictum iure uariis nominibus nūcipatur, scilicet susceptor & opinator,& ut C. de susce.& Archa.l.nisi opina. lib.10.

QVESTVS est qui ex opera solertia, uel diligentia alicuius prouenit,& ideo hæreditas legatum donatio continetur appellatione quæstus l.coiri.& l.quæstus.ff.pro soc. & lege,aditio.§.1. de acquirenda. hęredi.

QVINCVX est pars assis constans ex quinque unciis & non dicitur respectu totius assis,quia nec multiplicatus nec duplicatus reddit suū totum inst.de hær.inst. §. hæreditas in glo.

QRIRITES sunt Romani, sic dicti a quirino Romulo eorum rege sic dicto, uel a quiris,i.hasta quia ma gna hasta in bello utebatur.

QVISQVILIE dicūtur sordes domus mundare, quæ scopis eiiciuntur.s. lapides,folia, stramenta pulueres, ossa.

QVIS uel qui restinguit præcedentia etiam quandoque declarata. ut not.in l.1.C.de sum.tri. & fide ca. Et refert aliquando antecedens in genere.C.de inu.l.dominum, sicut & alius.iuxta illud. Et alii duo ne quam.Et qui est relatiuum substā tiæ.C.de sum.trinita.& fide catho. l.1.in glo.

QVILIBET est distributiuū, ut not. ff.de duob.reis.l.duos reos.Et aliquando ponitur pro aliquis. ut in c.de homine.de celeb.miss.

QVOD .ussu a&. Reqre supra Actio.

QVID met.cā.Require supra Actio.

QVOD ut aut clausulam Quod ū bo norum Q io um legatorum Requi re supra de interdictis.

QVO est idem ꝙ ut, ut C. de pe. l. si quis in metallum.

QVOMINVS aliquādo est una pars. exponitur.i. in præsentia.l. fin.C. de le.aliquando.i.in continenti. l. si quasi.ff.de pi.act. Aliquādo sunt

due partes & exponitur, ut not.l. quominus.ff.de flum. Aliquando.i. nō l.si ego. ff. si cer.pe.l.cū ipse de excu.tu. & l.si dolo.ff.de do. Aliquando exponitur quo prout, minus pro non C.ne uxo.pro mari.l. i.Aliquando quominus.i. quā l.liber homo.ff.de uer. obli.& de hac dictione uide doc. in l.continuus. in prin.ff.de uerb.obli.

QVONDAM potest significare tria tēpora, præsens, præteritum, & futurum.ut no.per glo.l.nec emptio. §.fi.ff.de contrahē. emp. & c. cum olim in prin.de offi.del.c.ex parte de fo.comp.ubi dicitur. Quodam regimen, & secundum ueriorem uiam significat præsens tempus.in ea parte præal.quia regina dicitur donec nubat inferiori.ut ibid.in glo. fi.in fi.Item dicit Bart. in l. 1. ff.de no.ope.nun.si tabellio ponit instrumento. M. quondam filius. P.licet priuatum instrumentum per uerbum quondam non uitiatur. de quo Spec. in tit.de instru. edi.§.restat ad fi. unde Olim iam dudum, quondam tria tempora seruant. Tempus præteritum, præsens, significatq. futurum.

QVOTIES intelligitur quamdiu fieri potest id de quo agitur. nisi tempus fuerit appositum l.sicut.ff.quē admo.usufr.amit.& l.ueluti. ff. de eden.& differunt quoties & rursus in reiteratione, ut no.in l.fidei commissa. §. si quis decam.ff.de leg. 3. per Cy. in legem.C. de indi.uidui. tol.

## DE R ANTE A.

RABIES est furor siue discursus cum impetu.c.de uiro.& ibi no.Arch. 12. q.2.rancor & iniuria differunt.quia licet iniuriam non teneatur quis remittere, rancore tamen tenetur remittere.Spe.in ti.de treuga & pa.uer.& not.

RATIO secundū Azo.de edendo. est scriptura causa negotiationis mutue edita de datis & acceptis.secus si ibi continetur de pignore, tantum, uel de mandato tantum, uel de constituta pecunia tantum, Aliter accipitur ratio dum dicitur rationem esse reddendam de omnibus ar.extra de rescri.si quando in uer.rationabilem causam quia testis non ualet nisi causam sui dicti reddat, si quæratur ab eo.s.quo modo.s.in primis tunc enim ratio sumitur pro causa. similiter ibi. Quod ratione caret, extirpare necesse est, ut 68.dist.c.episc. Etiam prælatus debet esse paratus rationem reddere omni poscenti. §. ecce.in fi. 36. distin.& in l.si quis.§. sed interdum. ff. de reli. & sump. fune.& intelligitur illud dictum si potest quia per impotentiam, quandoque non est omnium reddenda ratio.ff.de leg.non omnium & præcipue in arbitrariis, ut quod Spec. intitulat de teste in singulari, hoc Greg.9.de testib.secundum Io.An. ergo dicitur.Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.

RATIOCINIA sunt rationum redditiones ad quas aliquis obligatur ex administratione reip.uel priuatę quam gessit, unde publica sunt illa quib. obligatur officialis curiæ ex administratione aliqua ad rēpub. ptinentie, ut in l.officia. C. de epi. & cle. Priuata autē sunt illa quib. obligantur alicui ex administratione rerum pertinentium ad priuatos, ut tutores, uersicul. procuratores, gastaldiones, & balliui aliquorum. Vnde obligatus ad ratiocinia est ad rationem reddendam alicui astrictus.

RANCOR est uitium carnis, sicut mucor

mucor panis, et acor uini. Vnde dicitur caro rancescit, uel rancida est.

RAPTOR rerum dicitur ille qui bona aliena ui rapit & aperte. ff. ne quis eum qui in ius. l. sed eximendi. et sic etiam est raptor hominum & maxime mulierum.

RAPTOR & fur, ex aio dicuntur insti. ui bonorum rapto. in glo. 4. Et quomodo distinguuntur uide ibidem.

RAPTVS tus tui, dicuntur rerum ut ff. de incen. rui. nauf. per tot. Et hominũ, ut C. de rap. uir. uel uid. l. unica licet quidam teneant contra primum. Et loquitur solum de mulieribus raptis a uiris, non de mulieribus rapientibus uiros. ff. de lega. 2. si ita scriptum. in princ. quia non est eadem ratio uiri & mulieris, nam maior castitas requiritur in fœmina quam in uiro. C. de nupt. l. a caliga. & probatur. ff. de ritu nup. l. palam. §. qui in adulterio & quod ibi not.

RAPINA est uiolentia receptio rerũ. ut in l. 1. ff. ui bo. rap. sed raptus proprie est uiolẽtia receptio mulierum secundum Gof. ar. l. 1. §. sciendum. & §. sequen. ff. de separ. & l. filiusfamil. ff. ad macedo. C. de iur. dot. impe. l. 3. & ff. eo quod cer. loco. l. 1.

RAPINA est furtum sed non econtra Barto. l. duobus. §. si quis. ff. de iniur.

RATIHABITIO retrotrahitur &c. c. ratihabitionem: de reg. iur. lib. 6. & hoc est uerbum si sit tale factum quid ab initio mandari potuit, & is concedere qui ratum habuit, aliter non, ut in c. significaui de regula. & transf. ad reli. & c. cum uirum. Et est duplex ratihabitio, quedam tacita, & quedam expressa in l. uiro, in fi. ff. de sol. C. ad macel. fi. & de iud. l. 1.

RATIONALIS cesaris idem est quid procurator cesaris, a rationibus gerendis sic dictus. uide constitutioné gratiam. C. de ra. ope. pu.

RAVCE uocantur que in radice quercus nascuntur & transeunt, de quibus habetur in l. ex conduct. §. 1. ff. lo. licet gl. intellexerit despinis.

## DE R ANTE E.

REBELLIS dicitur inobediens principi circa cõcernentia prosperitaté imperii, in extrauaganti, qui sunt rebelles. & ibi per Bar.

REBELLIS & contumax differunt, ut no. doc. in c. fane. de offi. deleg. Et not. ꝙ rebellis offi. domini Papæ uel Ecclesiæ uel Imperii, dicitur rebellis Papæ & Imperatori l. hostes. & ibi Bart. ff. de cap. & postli. reuer. & uide etiam Bar. in l. 1. de ser. lib. 12. C. de pœna rebellantis. uide Bartol. in d. extrauag. in 12. col.

RECEPTORES dñr qui aliquos receptant, & ut frequentius sonat in malum sunt enim illi qui fures, raptores, & cæteros malefactores recipiunt, ut C. de his qui latro. l. 1. & ff. de recept. l. 1. sine quib. latere non possunt, ut in ca. sicut ait de hęret. ubi hæreticorum receptores anatematizantur, sed receptores secundum Inno. dicũtur aduocati in c. ex parte, de postulan.

RECVSATIO secundum Specu. eod. titu. est iurisdictionis uel audientiæ causa suspitionis proposita declinatio, ut C. de iud. l. apertissimi. & dic ut no. ibi. & ff. de lib. cau. in l. fi. & C. de iur. dot. l. quæ etiã de for. comp. si quis & melius de app. c. 1. in gloss. 2. & si. usque ad xxii. dies secundum leges. ut C. de lit. conte. auc. offeratur.

RECTA linea ascendentes sunt pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, sicut in fœmin. lineã dicimus

matrem, auiam, proauiam, abauiam.

RECTA linea descendentes sunt filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, abnepos, abneptis, &c.

RECISVS id est breuius. c. cum sit Romana, de appella.

RECIDIVANS comparatur illi qui manumittit ad aratrum & retro respicit. §. quærendum. de pœ. dist. 2. & an dicatur uere penituisse qui recidiuauit, & an recidiuans post pœnitentiam iterato si pœnitentia iniungenda, uide. §. his auctoribus de pœn. dist. 3.

RESCISORIA actio. Require supra Actio rescissoria.

RECTE notat iustitiam sicut rite solennitatem. ff. de inoffi. test. l. 2. in glo. & sic stat aliquid actum esse rite, uidelicet secundum ordinem uel solennitatem iuris, quod tamen non est actum recte secundum iustitiam & equitatem, ut no. Ioann. Andr. in cle. fin. de appell. & no. in c. quoniam contra. de proba. est gl. in l. iuste possidetur. ff. de acqui. poss.

RECTOR ecclesiæ parochialis habet tantum ius in ecclesia sua quantū habet prælatus in ecclesia collegiata, ut in c. ult. de loca. & condu. in glo. uerbi. expelli potuisset, quæ est singularis, & dominus Anto. de Bu. dicit eam alibi non reperi. in toto corpore iuris.

RECTOR uniuersitatis in Italia est competens in declarando capitaneum ciuitatis periurium secundum Ludo. de Ro. in singularib. licet quidam ignorantes de hoc dubitent, secundum eundem, sed dubitare non debent, quia lex punit periurum, ergo iudex secularis potest declarare periurium. l. 1. ff. ad turpilian.

RECONTRAHITVR obliga. traditione ab altera parte certo pacto insti. quib. mo. re contrahi. obliga. per totum.

RECONVENTIO ut fiat in crimina lib. distinguitur, aut reus accusatus obiicit crimen contra suum accusatorem in modum exceptionis aut in modū accusationis. Si in modum exceptionis, tunc excipiēs auditur. c. cum dilectus. de ord. co. Si in modum accusationis obiicit uel reconuentionis, tunc aut nomen rei delate est scriptum in matricula reorum, aut non. Primo casu potest reaccusare suū accusatorē nisi suam uel suorum pro se quæritur iniuriam. Secundo uero casu aut reus uult suum accusatorem reconuenire de maiori crimine, & potest, aut de pari crimine uel minori, & non potest, ut probatur. 3. q. 9 neganda & c. seq. & no. in c. at si cle. de iud.

RECVSARE dicitur qui debite requisitus sine causa rationabili differt executionem, no. in auct. de exac. instant. dot. §. illud. col. 6. & pro hoc facit. l. tutor. qui repertorium. §. si deponi. ff. de admi. tuto. uersic. sed præceptum iuncto uersicu. sequen. & hoc modo intelliguntur not. per Innocen. in capit. significauerunt, extra de testi. uide not. per Hostiens. in c. cum interposita iuncta prima gloss. extra de appella.

REDHA est quoddam uehiculum ad eundum uel redeundum habile, & est quatuor rotarum. l. cum in plures. §. fi. ff. loc.

REDHIBITIO est emptionis resolutio, ut ff. de acqui. poss. l. pomponius. §. preterea in fi.

REDACTVM dicitur quod non est exactum, sed exigi potest. l. si possessor. §. redacte. ff. de petition. hæredi.

RED-

REDDITVS anni inter immobilia cō putantur in auct. ut hi qui obliga. se hab. per his res mino. §. licebit au tem & l. iubemus nulli. §. 1. C. de sacrosf. ec. & ibi Bar. Et redditus appel latione omnes prouentus continen tur secūdum Pau. de leaza. & zab. in clemen. unica de excess. prælat. & uide no. in c. pastora. de deci. & dicitur redditus quasi retro datus. Bar. in l. filio. in secun. not. ff. de li. & posthu. & in rub. ff. sol. mat. in 4. col. uersic. idem dic. de uerbo red dendi, & idem sunt redditus & fru ctus. l. fundi trebatiani. ibi Bart. in 1. col. ff. de usu & usufru. lega. Sed Spec. facit differentiam in ti. de loca. & condu. §. 1. uersic. illud. Quid sint redditus & fructus, est bona gl. in ca. generali in uersic. redditus de elec. in 6.

REDHIBERE est aliquē facere rehabere iterum quod prius habuit, ut ff. de edi. edict. & de redhibi. ac l. re dhibere in prin.

REDHIBITORIA actio. Require supra actio redhibitoria.

REFRAGARI est nocere uel impedire siue contradicere.

REFERRE quandoq. idem est quod accusare aliquem.

REFERENDARII sunt aduocati qui referunt hominū negotia corā prin cipe. in auct. de referenda colum. 3. & ibi glo. in curia Romana sunt speciales officiales qui referunt papæ supplicationes. ca. ex literis de in integr. restitu. ubi Inno. & Hostien.

REFICERE est quod corruptum est in pristinū statū restaurare. l. 1. §. 1. ff. de riuis. & uide ibidem no. de hoc uerb. & in l. 3. §. pe. ff. de iti ne. actuque priu. & in l. 1. §. 1. ff. de uia pub. Quæ requirantur in refectione, uide Bart. in l. 1. ff. de ritu nupt.

REGALIA sunt quę dā iura imperii. ut portus & flumina. & alia ut no. in usib. feu. quæ sint rega. & per Inno. in c. generali. de elect. libr. 6. & ibidem per Card.

REGVLA secundum Az. est plurium rerū compendiosa narratione facta traditio uel est compendiosa diffini tio rerum uniuersitatem complectens. Item regula quandoque dici tur specialis norma uel modus uiuendi monachorum uel canonicorum, quia talē normā ueuendi pre bet. de statu. monac. per totum & inde dicitur regularis. Item quandoq. regula dicitur constitutio canon ca. 11. distin. hoc uestre iudicimus charitati. Item regula secundum Goffr. & legistas est quæ rem breuiter enarrat, non ut ex ea ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat, ut ff. de regul. iuris. l. 1. regula. Nam ex regula non fit ius, sed ex iure quod est regulare fit regula. Alias enim dici deberet ius regularum, & non regula iuris. Et dicitur regula ideo quia recte ducit, nec aliorsum trahit, quasi a rego, eo quod recte regat, & debet regula fieri signo uniuersali uel indefinito. Aliter in grammatica. Regula est multorum similium collectio uel cōiunctio. Quid sit regula ut potestas eius? quis effectus? quod officium eius? & qualiter perdat officium suum? dic. ut ff. de reg. iur. l. 1. eod. titu. in rub. libr. 6. Sed utrum regula compræhendat in se exceptiones, fuerunt opiniones, quæ notantur ff. eodem tit. l. 1. facit quod nota. in c. regula. 3. distinct.

SOLV. quod ad potestatē uerborū q in ea proferuntur uniuersaliter uel indefinite affirmatiue uel negatiue tunc compræhendit exceptiones, alias non diceretur exceptio

ut omnis hō currit præter equum non est exceptio, quia equus non comprehenditur ibi sed quo ad materiam de qua fit mentio quo ad iuris determinationem exceptio non comprehenditur sub regula, quia contraria rō & ius est in exceptione q̃ in regula. de hoc uide glo. in rub.de reg.iur.li.6.Et quòd sit officium,& potestas regulæ, an ius nouum constituat antiquum recitet,datur distinctio ibidem. Nam doct. dicunt tres casus uel species casuum esse, Quidam dec criminari sunt. Alii sunt excepti a legis determinatione,& in illis regula non constituti ius, quia in primis inuenit iam constitutum, & secundi nō clauduntur sub regulæ determinatione. Tertium sunt in quibus est eadem equitas, quæ ēt est in casibus a iure determinatis, nec tamen reperiuntur a iure positi & in illis facit regula ius propter identitatē rationis non patientis ius similium casuum esse diuersum. Cuius datur apertior distinctio. Aut constitutio iuris præcedit traditionem regulæ,& locum habet distinctio pię dictorum casuum. Sed ubi constitutio ante regulæ dispositionem, sed inuenitur sola simplex traditio regulæ,tunc ipsa regula est ius. Sed & finaliter.Ioa. An. dicit quod per regulam non statuitur ius, sed ex iure sumitur regula, & ideo dicitur regula iuris, quasi ex iure sumpta, quia necesse est ius quo est materia præcedere regulæ dispositionem ius. enim idem est qui ratio.1.dist.consuetudo 9.distin. sane quippe. & ab exordio rationalis creaturæ processit. v.dis.in prin. Et hæc est uera ratio quare regulæ ponuntur in fin. decretalium & sexti ut ostenderetur ius non sumi ex regula, sed regulam ex iure ut ff. eo.ti.l.1.ubi dicitur. Non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est, regula fiat.Licet alii redдant coloratam rationem illam.&c. quæ ultimo dicuntur, melius me. morte comendantur. de consecr. dist. 2. liquido. uide etiam gloss.in c. regula. dist. 4.

REGVLAM nō fallere ineptū est ubi suadet equitas,ubi dicit gl in auth. ut fine prohi. ma.col.7.Panor.in c. intelleximus. in 2. colum.uersi.sed ex prædictis de iud.

REGVLA catoniana dicit ꝙ legatum quod fuerat inutile si testator moritur licet ex interuallo moriatur non conualescit. ut ff.eo. tit.l.1.in prin.& ff.de leg 3.l.cætera.§. 1. Et non proprie dicitur regula, nec inter eas ponitur.

REGVLARES secūdum Gof.sunt qui ad uiuendum regulariter se astringunt,siue sint monachi,qui debent uacare diuinis. ut C. de epi. & cle. l.generaliter.§. 1. siue sint canonici regulares, nam idem est iudicium de ambobus. ut in ca.ex parte. de postula.& cap.non magnopere, uel mona. & hoc est uerum quo ad rē, non quod ad regulam laxiorem, ut in tit.de testa.monac. Vnde monachus dicitur a monos. i. unum. & icos custos, uel a chos. i. tristis. qa solus debet stare tristis. ut nor. C. de epi. & cle.in rub. 16.q.1.cap. placuit 2. ubi dicitur. Quia mundo mortuus est Deo, autem uiuit. Et interpretatur unus tristis, ut ea.quæst. si cupis. ubi dicitur. Monachum quem senseris crebro de nummis tibi loquentem, institorem potius habeto quam monachum. ibi tamen excipitur eleemosinam, quæ omnibus est indifferens. Sed canonicus dicitur a canon. i. regula. & icos custos, quia semper debet esse sub regula, quare di-

re dicitur regularis. Nam trigularis est qui per possessionem imperio prælati se subiicit.

REGVLAM dicuntur proprie habere illi qui profitentur tria substantialia cuiuslibet religionis approbare. uidelicet paupertatem, castitatem, & obedientiam, ut in c. cum ad monasterium, de statu regular. Pa. in rubrica de regula.

REI uendicatio secundum Azo. C. eo. ti. est actio quædam quæ datur sola ratione dominii & possessionis uel quasi, ut l. in rem. ff. de rei. uen. l. 1. & 2. C. ubi in rem act. Et dicuntur uel quasi propter iurisdictionem quæ ratione quasi dominii dantur, ut not. inst. de act.

RELATIO secundum Spe. C. eod. titu. est iudicis dubitantis de iure, ad principe missam consultatio. Et quomodo debeat fieri relatio, not. C. de re. l. 1. Et utrum respiciat ius uel factum est casus in l. quacunque. §. 1. ff. de iud.

RELEGARE est aliquem insulam uel in alium locum mittere, ut ibi propter delictum aliquod quod commisit, moram ad tempus faciat, scilicet per quinquennium, & est quasi bannire, & debet se in loco tali a delictis abstinere, alioquin pœna augmentatur uel perpetuatur, ut ff. de pen. l. relegati. in principio, & tacite non adimuntur bona, nisi exprimatur in sententia. ff. de interro. actio. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus. & si adimatur pars bonorum in summa. C. de reb. alien. cau. mor. l. si quis. §. fin. accipitur quod non debet fieri. Si tamen lata fuerit sententia, ut dic. l. relegatorum etiam ad tempus deportatus nudus exulat, ut ff. de capit. dimi. l. tutelæ. §. 1. de re iudica. l. ea sola. & C. de deportatorum.

RELEGATIO est deportatio quauis proprie capiendo differat, quia relegatio fit ad tempus, deportatio in perpetuum, uide de hoc. ff. de inter dict. & rele. l. legatorum.

RELIGIOSI sunt qui uitā regularem professi sunt. Et large dicunt religiosi qui in propriis domibus religiose uiuunt, quamuis non sunt professi unde tria substantialia uitæ regularis profiteri debet religiosus, scilicet obendientiam castitatem, & proprietatis abdicationem, ut 12. q. 1. non dicatis 19. q. 3. qui ingredientibus nec in his dispensandum est, in c. cum ad monasterium, de statu mon. a. in fi. nam professio est solennis promissio religionis, in qua predicta tria concurrunt. Et religiosi sicut & alii prælati physicam & leges non legant neque audiant, & si contrafecerint, ipso iure sunt excommunicati c. non magno. & c. super Specu. ne cleri. uel mona.

RELIGIO principaliter ordinata est ad opera uitæ contemplatiuæ, quæ in oratione & studio cōsistūt, & secūdario est annexum opus manuum secundum Ioa. An. in c. sane. ne reg. in nouella. Et quæ religio sit maior subdit eidem Ioa. And. dicens, oportet principaliter maioritatem ordinum attendi ex parte finis, secundario autem propter exercitium, nam finem quærimus propter se, & exercitium non propter se, propter finem. Ex quo sequitur illam religionem maiorem esse quæ est ordinata ad finem absolute potiorem, uel aliud est magis bonum ad quod ordinatur. uel quia ordinatur ad plura bona. Si uero utriusque religionis sit idem finis, attenditur quæ eminentia secundario non secundum quantitatem exercitii, sed secundum

pro

proportionem ei ad finem intentum. Vnde beatus Antonius in collationibus patrum prætulit discretionem per quam quis omnia moderatur in ieiuniis, uigiliis, orationibus eleemosynis &c. Nam illa quæ siue discretione fierent, facile annexum haberent deficiēdi pe riculū. de quo in c.nō mediocriter. de consecr.distin. 5.quia nō sunt religiones potiores, ideo quia habet obseruantias arctiores, sed ex eo obseruantiæ sunt ordinatæ cum maiori discretione ad suum finem. hoc declarat Abb. Moyses in collationibus patrum dicens. Ieiunia uigiliæ, meditationes scripturarum nuditas, ac priuatio omnium facultatum non sunt perfectio sed perfectionis instrumenta deseruientia ad essentialia religionis, quę tria sunt, ut dictum est. Nā multi philosophi ut Socrates &c. diuitias contempserunt, non tamen perfecti fuerūt, nisi secuti fuissent dominum, sed est proprium Apostolorum secundum Bea. Hiero. in homilia super Euangelio. Ecce nos relinquimus omnia.

RELIGIOSE domus sunt domus & monasteria Christianæ fidei, & alia similia pia loca ad pios usus religionis deputata, quocunque nomine censeantur. Et secundum Gof. religiose domus dicuntur monasteria, templa, hospitalia, & alia loca, ut supra, & in c.de xenodochiis.eo.tit.& C.de episc. & cler.in l. omnia oratoria. Etiam illa quæ aliqui ex deuotione in propriis domibus episcopi autoritate constituunt, loca religiosa sunt, ut 62. dist. oratorium.

RELIGIOSVS locus est in quo mortuus sepultus est, uel etiam caput eius, ut ff.de relig. & sump. fu. per totum. unde mortuo illato in prædium ipsum religiosum efficitur & pignori obligari non potest C. quæ res quæ pig. obli.poss.l.1.potest ius uel usufructus talis prædii pignori obligari uel uendit ut not.ibi fa.l.quid ergo.§.sed si mortuum.ff. de leg.1.

RELINQVERE uerbum proprie est in ult. uoluntate. ff. de tab. exhib. l. 2. C. de sacro.eccle.l.1.& l.iubemus. §.fi. in ult.gloss.item adde de hoc uerbo relinquo. Bart. in l. illa insti.ff.de hære. insti.

RELIQVVM seu residuum aliquando totum admittit, ut l.2.C.de hæred. institu. aliquando nihil addit si nil reperiatur. ff. de hæred.insti. l.item quod.sabinus §.sed si. Item adde quid ueniat relinquorum appellatione.Bar.in l.officius.ff.de legatis 3.

REMISSIO est causæ commissæ ad cō mittētē facta missio.Item quādoq. significat idem quod indulgētia secundum Spe. & sic sumitur in ti. de pœn.& remiss.

REMVNERATIO non fit secundum opera, sed quo ad intentiones. Nam Deus nō remunerat bonū quod fit, sed bonū quod bene fit. Idō dicitur ꝙ Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum, ut de collusio. c.1.ubi gl.neque ad actus Deus respicit. sed ad cor, & ad spōtaneas uoluntates. 15.q 6.c. in fi.

RENVNTIARE est remittere uel negare. require. supra lex aquilia. unde dr. Liberum est unicuique. iuri suo renuntiare. i.remittere ius suum & negare eo se uelle uit. ut in ca.ad apostolicam. de regula. & 7.q.1.quam periculosum. de foro compe. c. diligenti. non tamen potest quis renuntiare iuri suo cum ex sua renuntiatione etiam iuri alterius per iudicium generetur, nec his per quæ Deo & homini obligatur,

tur,ut uotis pollicitationibus iuramentis conuentionibus compromissis & matrimonio,quamuis iuri exigendi debitum bene renuntiare possit.c. quodam de conuer. coniu. Item renuntians beneficio non potest illud repetere.c. super hoc. de renun. nisi ui uel metu renuntiauerit. tunc enim ipsum non admittit.ut c.proxi. prealle.& ca. accep'a de rest. spol.& potest quis renuntiare beneficio personali,non illi quod est collegio indultum de pacto non facto. & de hoc in ca.si diligenti praalleg.

RENVNTIATIO proprie est rei uel iuris spontanea refutatio, & potest fieri per illum ad quē pertinet. illud cui renunciatur,alias generaliter renuntiatio potest fieri per quem licet de re sua, uel iure proprio,ut 6.q.1. quam periculosum. C.de pact.l. si quis in conscribendo c.ad apostolicam. & cap.si diligenti.praalleg.

RHENVS flumen est per bononiam. seu Alemaniam currēs.ff.de euict. lucius & instit.de re.di.§.2.in gl.

REPETITIO capitur in iure pro re acceptione in testamento, uel substitutione hęredū,ut dum quaritur de receptione emolumenti, oneris conditionis, modi alterius qualitatis, & significat eodem modo quo probabiliter significati concluditur.u.g. testator hæredē instituit qui legata ab eo relinquit, & uulgariter ei substituit ibi repetitio facta censetur a substituto, ut in l. licet. ff.de legat. i.& ratio sumitur ex uoluntate in substitutione.Item ibi testator hæredem instituit titium & ab eo nomine proprio legata relinquit, uulgariterq.ei substituit ibi non censetur repetitio facta substituto, ut l.1.§. id quod ibi nominatim. ff. ad l.falc. de hoc: uide no.in l.licet præall.per Bar.ubi multos ponit casus.

REPLICATIO secundum spec.eo.ti. de excep. multū est exceptionis tacitæ exclusio, & est quædam exceptio competens actori contra exceptionem rei,& istam semper opponit actor & contra replicationē actoris datur replicatio reo,& iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio, & sic in infinitum extendere licet.insti.eod.tit. in princip.de replicatione. uide Io. And.per modum summe in cap.nobis de excep.

REPLICANS non uidetur fateri ea quę in replicatione includūtur. Panormita.in cap.cum uenerabilis in 7. col. uersi. tertio limitari potest de except.

REPROMISSIO est promissionis iam facte confirmatio. uide supra promissio.

REPRESALIA est potestas pignorandi contra quē licet de terra.debitoris data creditori pro iniuriis & damnis. De his represaliis dicitur de iniu.& dam.da. c. si pignorationes lib.6. ubi prohibentur extendi contra personas ecclesiasticas sub pœna excommunicationis, uel interdicti. Vnde breuiter represalia dicuntur quando aliquis oriundus de una terra spoliatur. uel dānificatur ab alio oriundo de alia terra, uel etiam si debitum non soluerit ei, tunc enim datur potestas isti spoliato ꝙ ubi satisfaciat contra quemlibet in terra illa unde est spoliator uel debitor.

REPVDIVM est renuntiatio ab uxore remissa marito,uel contra, quia mittens conditioni alterius petit renuntiari.Itē dicit pōt repudiū quod sub testimonio trium testiū uel a presenti remittitur. Etiam repudium est residentium discordantia

dantia. Inde dicitur libellus repudii scriptura in quo alter alterius conditioni renunciat, in libello autem repudii scribebantur hæc uerbas. res tuas tibi habeo ē, uel res tuas tibi agito, nec tamē potest mulier mittere repudium nisi causa approbata, aut si forte maritus propter naturalem imbecillitatē minime posit, in libello discutiendo rum spōsalia hæc uerba erāt in usu conditione tua nō utar ff. de diuor. & rep l. 2. Quæ autem sit differentia inter diuortium, & repudium, no. ff. eo. ti. in rub.

REPVDIARE est spernere, respuere, uel dedignari.

PEPVTATIO scdm Pla. est compēsatio ut l. 1. ff. de solutio. uel secūdū Azon. reputatio. i. restauratio, uel secundum Accur. est computatio.

RES ē uerbum gñale ut ff. si cer. pet. l. 1. & in re sua quilibet est moderator et arbiter C. man. l. in re mandat. C. de his. qui. ut indi. polla. in prin. Item res deterior reddita non uidetur ff. commoda. l. 3. §. primo & ff. depositi. l. 1. §. iis etiā res sua nemi seru. l. in re cōmuni. ff. de serui. urba. predio.

RES iudica. secundū Azo. eod. tit dicitur sententia quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accipit, ut ff. eo. tit. l. 1. Vel est quod condemnatione uel absolutione coniungit. Et addunt quidam, si nullo iuris medio sententia posit attentari, aut lapsis. 12. diebus posfit reformari, Sed hoc non placet Azo. Item res iudicata est a iudice eius quod in iudicio deductum est ratione, per eum adiudicatio. ut d. l. 1. cum ibi not. Nam ibi notatur quod res iudicata non est sententia, sed id quod est decisum pronū ciatione iudicis Snīa Goff. est dispositio uel pronunciatio iudicis legaliter declarata, licet gl. uideat hoc ignorasse. Ex quo sequitur ꝙ interlocutoria non pōt appellari res iudicata quia non capit finem controuersiarū, licet quandoq. & interlocutoria causa diffiniatur. Nec sententie arbitrorum dicuntur res iudicate, quia non imponūt finem. Nam per solutionem pœne potest resiliri.

RES communes naturali iure dicuntur quarū usus oībus aīalibus ē cōis, ut aer, acqua profluens & mare, & eius lit ora. secundum Azo. & instit. de rerum diui. §. flumina autem & ff. de acqui. re. do. l. 1.

RES publice dicuntur quę sunt omnium populorum, & hominum tātum, ut sunt flumina & portus, & quæ sunt dedicata usibus populi, ut forum studium.

RES sancte dicūtur quæ ab oī lesione munite sunt necnon muri & porte ciuitatis quo iō sancte dicuntur qa pœna sanguinis cōstituta est cōtra eos seu aduersus eos qui aliquod his delinquūt uiolando uel aliud cōmittendo uel tales res trascendendo scalis admotis, uel etiā aliquid in eorum lesionē auferendo, uel qualibet alia ratione occupando, ut instit. de rer. diuisi. §. si quia uero. Nam ibi ciues romanos alia quam p portas egredi nō decet, cū istud hostile & abominandum est nam & rhenus & frater Romuli occisus traditur ob id quod murrum transcendere, uoluit unde Lucanus. Fraterno primi mandauerunt sanguine muri.

RES sacre dñr quæ rite deo per Pontifices cōsecrate sūt, ut edes sacre & alia dona pia quæ ad diuina misteria conseruanda dedicata sunt ut cruces & thuribula, quæ etiam alienari prohibentur, excepta causa redemptionis captiuorum, ut C. de

de cap. & postli. reuer. l. ab hostib. & i. ff. de hoc uide c. 1. de pig. & ibi glo. Et hoc etiam uide inst. de rer. diu. §. sacra res & in glo.

RES religiose sepulchra sunt, in quib. homines sepeliuntur, ut inf. de rer. diui. §. relig.

RES soli est res immobilis, ut ff. de di uer. & tē p. præsc. l. quibusdam.

RES emphyteotica est res emphyteo ticæ conditioni subiecta. s. illa quā ecclesia uel aliquis dominus domi nio & proprietate retenta concessit emphyteotę quantum ad solam poss. unde si hic emphyteota rem illam in aliam personam transponere uult non potest tradere eā. i. dominiū transferre, eo ꝙ ipse nec habet, nec habuit illud, & ideo alteri dare non potest, quia nemo in alium plus iuris transferre potest quam ipse haber ut in litera nemo plus de reg. iur. lib. 6.

RESARCIRE est restaurare, unde dicitur compelli debes mihi damnū resarcire. i. restituere.

RESTITVTIO in integ. require supra in integ. rest. & datur tam ecclesie quam minorib. ratione ætatis quare est prioris status uel iuris integratio quia succurritur per restitutionis auxiliū minorib. 25. an. & etiam ecclesiis, quæ minorū iure censentur, semper enim ecclesia debes iure minoris illesa seruari, ut in c. 1. eo. tit. & restituitur mi nori uel ecclesia siue lædatur, siue decipiatur ipse minor, siue tutor siue procurator eius, uel si prælatus, syndicus, economus ecclesiæ decipiatur, nam dictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare, in regula delictum. de re iu. lib. 6. & si restitutio sit iure minoris, differt ab ea restitutione quæ fit iure maioris q̃a iure prima datur officio iudicis deficiēte actio nem, secunda uero habet actionem subire. s. utilem, officio iudicis accedentem ut in c. cum uenissent de in inte. rest. in glo. uerbi restituimus. Etiam restitutio quandoq. petitur ubi nulla possessio. potest esse, ut cum petitur restitutio consanguinei, ut c. cum uenissent. eo. ti. in gl. in c. in literis de rest. spo.

RESTITVERE in integrum Require supra de le.

RES dicitur in contractu uenditionis adhuc esse integra quando res non est in toto uel in parte tradita, & pretiū in toto uel in parte non solutum, licet contractus sit factus, aliter etiam dicitur res integra respectu iudiciis, quando lis nondum super tali re accepta est, uidelicet ante lit. conte. ut in c. ex insinuatione de procur.

RESCRIPTVM secundum Gof. est mandatum principis quod ad instā tiam alicuius uel aliquorum, siue proprio motu, uel ex relationibus absentium, uel ex suggestionibus præsentium, uel ad alicuius consultationem facit, uel cum alicui uel aliquibus corpori collegio uniuersitati uel ciuitati aliquid, mandatur uel indulgetur, talia enim ius faciunt, non generale sed speciale in negociis & inter personas in quibus & inter quas promulgata sunt ut C. de legi. & constit. l. 2. Et not. rescriptum capitur tripliciter. Primo generaliter, & sic quælibet scriptura continens aliquam dispositionem superioris dicitur rescriptum, & sic idem est quod scriptum & secundum hoc si papa respōdeat etiam de iure dicitur rescriptum, Secundo minus generaliter, ut cōcernit ti. de rescrip. & sic est scriptum super negotio uel negotiis particularibus alicuius, uel aliquorū, siue singulorū, siue uni-

uersi

uersitatis, siue motu proprio siue ad instantiam, siue causa cognita, siue non cognita, a superiore emanans, siue aliquid iuris tribuat siue tribuat solum exercitium iuris ali cui cōpetentis, & ita comprehendit rescriptum ad lites, de quo .le rescrip. in cle. 1. & 2. Si autem super literis plerunq. similib. & dicitur rescriptum ad beneficia. de quo eo. titu. super liter. præall. & comprehendit etiam annotationē, & pragmaticam sanctionem. Tertio capitur specialiter & stricte pro scriptura continente dispositionē per quā datur iudex, nec aliquid aliud cōceditur, nisi ut coram illo iudice ius tibi competens consequaris & hoc dicitur rescriptum ad lites, quod datur alicui ad confirmationem sui iuris. de quo in cap. super literis. eod. titu. & sic est species distincta a priuilegio (quod concedit aliquod ius particulare contra ius commune) & a rescripto ad beneficia quod magis proprie comparatur priuilegio uerbi gra. iure scripto alicui concesso cauetur quod iudicem adire potest. Ex his uerbis nō imponitur necessitas iudici suscipiende cognitionis, ut l. sepe. ff. de offi. præsi. ratio, q̨a uerba ista significāt in potestate eius esse cui concedetur iudicem adire, non autem in necessitate iudicis cognoscere. Similiter in rescripto cauetur quod adire debes iudicem, ut not. in l. sepe præalleg. quia de iure communi non imponitur alicui necessitas agendi, nec illa uerba significant necessitatem imponi iudici suscipiende cognitionis, Item principis alicui concedit iudicem extraordinarium, quia iste cui conceditur asserebat ordinarium suspectum, uel impeditum multis negotiis, siue inuitum, & sic intelligitur obtinere concessionem si preces ueritati innitantur, ut in l. fi. C. de diuer. rescri. Ratio quia conceditur tanquam ex uera causa, igitur si non est uera, nō cōceditur. ex quo patet quod sic conceditur illo expresso. mendaciter uel per ignorantiam, quo non expresso uel tacito illo quo expresso non conceditur, tunc non censetur concessum. de hoc uide c. super literis eod. tit. Item ibi princeps cōcedit alicui quod possit uti frui rebus suis non ualet l. unica. de thes. lib. 10. Ratio, quia nihil potest operari, eo quod illud quod conceditur, iure communi habetur. nā frustra precibus impetratur quod iure communi conceditur. l. unica præal. & ff. de mi. in causa 2. & l. cum super. C de rei uē. Et prædicta uera sunt de unico scrip. Si uero plura sunt cōtraria, uel diuersa, siue unū alteri derogans uel utrunque ualet, uel alterum tantum. uerb. gra. quidā impetrauit gratiā ad beneficia unius collationis, impetrat secundo aliam ad beneficia alterius collationis. Si secundum facit mentionem de primo, ualet utrunque ut c. in nostra. de rescr. & rescriptū in ecclesiasticis pōt concedere papa, & in secularibus imperator. unde etiam rescriptū dicitur quo imperator uel alter p̄cibus & supplicationibus alicuius respondens rescribit ei fieri uel non fieri debere ꝙ postulat. Et not. ꝙ in rescripto semper intelligi debet si preces ueritati imitantur, ut si ita est c. 2. eo. tit. in tex. & glo. Et ponitur ibi hæc clausula si ita est, debet referri ad omnia præcedenti secundum Ber. in c. olim eod. tit. Ponuntur tamen ibi opi. in gl. Item hæc clausula et quidā alii talis d ocelis non extendit se ad illos de ciuitate,

te, nisi dicatur, & quidam alii de ciuitate & diocesi. Secus si diceretur talis episcopatus, ut in cap. Rodulphus. eod. titu. in glo. Item hæc clausula si pro alio non scripserimus, semper debet intelligi in rescripto quando Papa scribit ꝙ prouideatur alicui de beneficio in ecclesia aliqua etiam si non apponatur. Si uero Papa uelit alicui facere gratiam plenam, tunc scribat non obstãte quod alias direxerimus scripta nostra c. mandatum. eo. tit. in glo. Item hanc clausulam generalem, quidam alii nõ ponunt plures quã quatuor citati, quorum etiam nomina debent in primo citatorio nominari uel exprimi. in c. cum multis eo. tit. lib. 6. in tex. & glo. olim trahebant xl. ar. de testa. cum causam. & c. significauerunt. de cleri. excomm. c. latrones. Et ratio quare restricta fit citatio ad quatuor est arbitria l. non omniũ ff. de legi. potuit enim plus uel minus restringi uel reddere rationẽ similitudinariam quam habes de consan. & affi. c. non debet. Tamẽ secundum Ber. super re indiuisibili scilicet iudicio diui. fac. here. possunt per generalem clausulam ultra quatuor euocari ad iudicium. Item omnes ultra illos quatuor qui ius habent in re possunt agere uel defendere pro iudi. c. cum sup. de offi. deleg. super eo. de elect. c. 1. Idem Host. & Arch. Sed pene quatuor expressit postea alium conuenit, nihil excipitur, an ualeat iudicium. uide ibidem in gl. Item ĩ rescriptis debet seruari ordo scripturæ c. cum dilecta. eo. tit. in glos. in uerb. transponentes. Et Io. And. super hoc plures alias sententias infer. de hoc uide de ele. generali. lib 6. tandem dicit ꝙ masculinum subiectum a canone comprehẽdat fœminas quod probatur 16. q. 7. si quis suadente. iuncto c mulieres. de sent. exc. quod est uerum nisi eadem constitutione femina excipiatur uide c. indemnitatibus. §. sed eas. de ele. lib. 6.

RESIDERE in ecclesia secundũ Gof. est in ecclesia deseruire beneficio & ecclesiæ curam habere c. conquerente. de cler. non resi. parum. n est residere nisi residens curã habeas ecclesiæ in qua beneficium habet uel personarum, ut in c. nõnulli, de cle. non resi. Debet autem residere per seipsum, non per uicarium c. quia nonnulli præalleg. nam per uicariũ deseruire nõ licet nisi in casibus, ut cum ex indulgentia speciali competit alicui non residere uel cum consuetudo excusat nõn residentem, uel cum ecclesia dependet ex præbenda, uel cum persona sine culpa sua incidit in debilitatem, deformitatem uel morbum ut per se deseruire non possit. uel cum necessaria profectio imminet, uel etiam uoluntaria utilis tamen & honesta ut studiorum uel peregrinationis causa cum licentia tamen prælati uel consensu capituli, ut nota. Gof. in sum. de offic. uicar. §. nũc uidendum. Sunt ergo clerici non residentes qui in ecclesiis in quibus intitulati sunt non faciunt residentiam, & si personaliter resident, non tamen deseruiunt beneficio, nec ecclesiæ curam habent, & quamuis uicarius non det uicarium. (cap. clericos. de offi. uicar. cum illud sit satis absonum & absurdum) tamen Ioan. An. in cle. unic. de offi. uica. in glo. super uerbo sacerdotum. putat contrarium per cap. cum ex eod. de elect. lib. 6. ubi episcopi generaliter cum his qui obtinent ecclesias dispensant & ubi ratio com-

communis ibi idem ius c. translato de consti.& sic cum per septennium dispensatur cum uicario uicarius non dat uicarium, sed episcopus dispensans dat eum secundum Ioan. An.ibidem.

RESPONSA prudentum sunt quæ iuriscon. respōdere dicuntur consulentibus. §. constat. & c. responsa dist. 2. unde etiam responsa Pauli dicta sunt. Fuerunt enim quidam prudentes & arbitri æquitatis qui institutiones iuris ciuilis ædiderūt quibus diffidentium lites & contētiones, sopirentur secundum Isid. lib.5.ætymo.cap.14.

RETIARIVS potest dici ille qui facit retes ad pisces capiendos, ut patet.in l.si iactum.ff.de act. emp. Sic etiam retiarius dictus est aliter ex gladiatoribus qui fugiētem uel fugam simulantem sequeretur ut rite immitteret,quod genus pugnæ primo a pitraco mitilineo uno ex septem sapientibus institutum est, de quo Valer. maxi. in primo, & Festus,Retiario (inquiens) pugnanti aduersus Mirmilonem cantatur. Non te peto, piscem peto, quid me fugis galle. Interpretatio tamen illa est melior ut a rate ratiarium deducamus.quemadmodum a naui nauicularius formatur le. 1. ff. qd cuiusq. uni. nomi. piscatores enim communiter ratem habent. quod etiam innuit.Sceuo.in l. periculi pretium.ff.de nau.feno.

REVS est qui defendit & propulsat actionem uel accusationem, non a reatu dictus sed a re quæ petitur ab eo præstanda uel super qua ipse impetitur quia ꝓ uis conscius sceleris non sit reus tamen dicitur quandiu in iudicium pro re aliqua petitus,ut cap.forus.de uerb. signi. ad fi.15.quæst.3. c.ult.3. quæst.xi. cap. non est. Etiam quādoque reus a reatu dicitur ille, uidelicet qui conuincitur criminosus cap. 1. de re iudi. lib.6. uel sic. Reus est ille qui necessario se habet defendere cap.dilecti filii. de except.& sic dicitur a re quam ipse defendit c. forus.pręall.

REVS promittenti dicitur qui stipulatur, & dicitur a re uel firmitate, quia firmiter & omnino uerum est eum stipulatum uel obligatū, nam reus significat firmitatem, ut dicit Virgil. Voti reus. & Azon. C. de duob.reis stipul.in sum.

REVERENTIA est honor qui exhibetur cum pauore c.2.de of. deleg. lib.6. per Arch. in c. decet. de immu. eccles. & est exhibenda patri & patrono tam uiuo quam mortuo.l.apud cellsum. §.aduersus. ff. de doli.excep.

REVOCARE domum est allegare & dicere se non posse compelli eo loco quo conuenitur ad litem suscipiēdam, sed remitti ad locū in quo domicilium habet. Inde dicuntur legatos qui Romam mittuntur, non debere conueniri ipsis inuitis sed habere ius reuocandi domum, De hoc uide c.fi.de for.com.

REX uel Imperator potest quilibet dici in domo sua, ut in capit. duo sunt. Ioan. And. in c. uenerabilis. de elect.

## DE R ANTE I.

RIGOR iuris obseruandus est in duobus casibus scilicet cū populus inde scandalizatus est c. cum teneantur. de præben. c. cum nobis de præscr.Secundo quando multis grassantibus opus est exemplo c. ut clericorum de uit. & honest.cler.Et nota quod rigor iuris quandoque ponitur pro solennitate & ordine iuris communis, habito respectu ad rescriptum Papæ. c. super literis.de rescript. Secundo ponitur

pro

pro austeritate cōtraria dispositio ni,alias despensationi & misericordie, & ad aliorum terrorem inducta. Tertio pro stricto ordine iuris communis,& sic sumitur in c.si clericus,de foro comp.& not.glo. in c.ut constitueretur.l.dist. Riuus dicitur locus per longitudinē depressus de quo aqua decurrit in l. 1.§. 5. ff.de riuus.

RIVALES sunt qui per eundem riuū aquā deducunt.l.1.§. si inter riuales.ff.de aqua quot.& esti. & c.honorandus.32. q.2.ubi not.quod et riuales dicuntur illi qui exquisita libidine cum eadem muliere consuetudine habent.

RIXA ex litibus & contentione nascitur l. seruus ff. de act.& obli.& est inter duos l.prætor cuius.§. 1. ff.ui bo.rap.& l. si non cōuitii. C. de iniur.

.DE R ANTE O.

ROBVR est debita proportio omniū suorum membrorū secūdū Egi. de regimine princi.capitu.13. habetur inst.de don. §. perficiuntur , & de transac. c.1.

RHODVS insula est in qua antiquitus usus mercatorum fuit & inde dicūtur leges Rhodie,ut no. ff. ad l.Rho. de iac.

RODIVS est genus piscis cuius sanguis ualet ad tingendū uestes.ut in c. de uesti.olob.& de au.lib.11.

ROGO capitur quandoq. pro præcipio 11 q. 3.rogo quamuis qui exhortatur mandatoris operam nō fungatur. ff.de his qui not.infa.l. ob. hæc uerba.

ROGVS. uide 22. que.7. conuenior. super uer. busto. ubi gl. ꝙ bustum dicitur cum res est exusta , rogus cum comburitur , pyra est congeries lignorum ad combuēdum.ui de ibi Arch.

ROMA est cōmunis patria l. Roma. ff. ad muni. & in c. exposuit.de dila.secundum Inno. & ca.ult.de foro comp.ubi dicitur Roma mater & magistra omnium ecclesiarum c.basilicas, de consecr.distin. 1. Et quod dicitur . Vbi Papa , ibi Roma, secundum Inn.in c.enim de iureiu. dicit Ludo. de Rom. pro hoc non esse in mundo aliquem text. licet multi multos allegent. Et de præminentis Papæ uide per Bald. in l.rescripta.C.de præci.Impe. offer.Bene dicit glo.Roma caput auaritiæ. cunctor pueros doli capaces generat,ut in l.sequitur dicere.ff.de usucap. glo.super uer.animum possidendi.

ROME diuinitus apostolica sedes ē collocata.Pau.in c. per uenerabilē. in 3.col.qui fil. sint legi.

ROSTRVM dicitur forus causarum. ubi cause renentur uel tractantur.

DE R ANTE V.

RVBRICA est qua legum tituli , & capita notantur a textu rubei coloris & minio proxima . Quæ aliquā do generalior est nigro. institu. de inst. & iur.in prin.& iu.

RVDERA sunt ea quæ eiiciuntur do mous discussis, uel a domo mūdata cum scopis uel fragmenta lapidum uel demolimenta cementorū uel folia fauillæ pulueres.

RVMOR secundum Spec. de notorio crimine est particularis assertio . uel insinuato ex sola suspitione , & incerto authore proueniens ca. super eod. de eo qui coga. consan. 15. sacro. & his minus probat quā fama , quia fama est communis assertio , rumor uero cum pauci aliquid , non tamen publice dicunt , & ideo non probat,sed solā suspitionem , & præsumptionem inducit.

RVSTICANI sunt idem ꝙ rustici. C.de rust.lib. 11. & rusticitari par-

cendum est.C.de testa.l.fin. in prin. & l. ex quacunque. ff.si quis in ius uoc.non ierit. Et dicit do.Cato.cir ca.l.præall.ꝙ consuetudo rustico rum est ut non equi,etiam,ergo ex pense in factis alicuius pro æquita tu nõ debent eis reficit, ut est gl.in l. idemq.§.item labeo.ff.man.Item in l.seruis.2.ff.de leg.1. ubi glo. ꝙ rustici non utuntur panibus albis, sed grosso,& aliis caseo cepis & fa bis, & non pullis uel aliis cibariis delicatis, secundum Acc.ibidem.C. de episc.aud l.iudices.

RVSTICA prædia, Require supra ru stica.

RVTACESA sunt quæ ceduntur,uel eruuntur. ff.de ac.emp.l.si fundus. §.si rupta.

RVRSVS id est iterum, uel quotiescunque.& significat prout significa tum proprium, uel aliud medium significare declarat.uer.gr.testator reliquit alicui 10. & si perdiderit rursus ei reliquit, dicit tex.ꝙ non amplius quam semel postquã perdiderit est iuuandus. Et sic dictio rursus aliquando uerificatur i una uice.l.fideicommissa.§.si quis ff.de leg. 3. Ratio,quia nisi in signi ficaret hæres grauaretur sepius nouã quantitatem præstando quod non est uerisimile testatorem uoluisse & c.Et tantum de R.

## DE S ANTE A.

SACCVLARI dicuntur qui ueritas ar tes exercentes, & sacculo partem subducunt,& partem subtrahunt, uel distrahunt, ut ff.de extraordi. crimi.l. secularii.

SACRA quæ sint. Require supra res sacræ.

SACRARIVM est locus in quo sacra ponuntur.

SACER locus dicitur qui manet sacer etiam dirupto ædificio. Quomodo autem definat esse sacer. uide glo. inst. de rer.diui.§.locus.

SACRVM oraculum dicitur rescriptũ imperatoris quod orãdo quis impetrauit, uel est idem quod rescriptum.

SACRAMEMTVM est sacræ rei signum. Et qualiter differant,sacramentum, signũ sacrificium & mysteriũ probatu. 1.q.1.multi de con sec. dist.2.c. sacrificium,& c.signũ. Et nota ꝙ sacramentum ueritatem quædam dicunt non esse apud here ticos. 24. q. 1. chisma.1.q.1.extra ecclesiam.Hug.tamẽ dicit ꝙ hereti ci habent ueritatem sacramentorũ sed non execcutionem eorũ de con se.dist. 4. sicut in sacramentis, & no. 1.q.1.qui perfectionem.& c.do minus.& 19.distin.c.2.Item ad sacramentũ dignitatis.s.ordinis tan tum dignitate admittuntur. Ratio quia illud sacramentum non solũ propter se, sed etiam propter alios suscipitur.1.q.1.§.apparet.Alia au tem liberius cõferuntur,quia propter se tantum recipiuntur,& effectus eorũ est ut talia sint accipien tibus quasi corde, & conscientia sun.muntur,ut in.§.præalle.& quę sint sacramẽta reiterabilia, & quæ non.not.extra. de sacramen. reitera.super rubr.

SACRA annotatio dicitur rescriptũ quod imperator proprio mentis motu alicui indulget constituens scdm praeces illius aliquid fieri, uel nõ fieri.Vide supra rescriptum.

SACRIFICIVM dicitur quasi sacrum factum, quia præce mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis. 1.q.1.ca pit.multi.

SACERDOS hoc nomine intelliguntur quandoque inferiores, & nomine clericorum superiores, & compo-

componitur ex dictionibus græca dos id est datio, & latina, sacer, ut 21.dist. cleros, sicut enim rex a regendo, sic sacerdos a sacrificando dictus est. Et sacerdos gentilium dicebantur flamines quasi filamines a filo quod gerebant in capite in signū sacerdotii, & aliqui fuerunt protoflamines, ut in c. cleros præal. Et no. ꝙ sacerdos debet esse prudens triplici peritia. s.sacra scriptura ad subditorum animas informandas 26.q.2.c.eccle. & e. si quis & per totum. ergo in ecclesia metropolitana tenentur doctores theologiæ. Secundo in seculari scientia, ut sciat discernere uerum a falso, & uiam habeat ad scientias pietatis maxime ad triuium, non ad declarationem, uel ad uoluptatem. s.ad quadriuium. 37. di. §.cur ergo, &.§.sed contra & c.turbat. Et ergo in cathedralibus ecclesiis haberi debent magistri artium liberalium magis ad triuium, quam ad quadriuium, docendum, cuius ratio patet supra, & 37. dist. si quis artem. ubi dicitur in fi. Grammaticorum autem doctrina potest etiam proficere ad uitam, dum fuerit in meliores usus assumpta, & sic etiam authores gentiles legi possunt dum bonum ibi repertum ad bonos usus conuertatur, quia bonum est, non quia illi dixerunt capit. turba. præalleg. Et sic Paulus sepius in suis epistolis inserit aliquis ex poetis, ut in epistola ad Titum epimenidis. Cretenses semper mendaces male bestie, uentres pigri. Et ad Corin. Sæpe bonos mores corrūpūt, colloquia praua. & Hier. insertit uersus Virgilii. ca. nunquam, de conse. distin. 5. & authoritates Bal. & Hi. cap. di. ne tales. Etiam Augu. utitur uersibus Lucani cap. nec mirum. circa. prin. 26.q.5. Sed de legali, & physica, uide c. super Spe. in cle. uel mona. Tertio in singularibus negotiis, quia etiam temporalia debent subditis ministrare & necessitatem patientibus. ut 39. dist. & per totū. & 86. dist. c. fratrem. & cap. nisi de renuntia.

SACERDOTES in diuinis eloquiis aliquando dii, aliquando Angeli uocantur, & a regibus sunt honorandi non iudicandi, dicente Constantino imperatore. Dignum non est ut nos iudicemus deos. 12.q.1. sacerdotibus. Etiam sumitur sacerdos quandoq. in malo. C. de male. & math. l. nullus aruspex. ubi ponitur pro incantatore.

SACER locus dicitur qui rite per pontifices consecratus est, l.2. ff. ne quid in loc. sacro. §. nullus, insti. de rer. diui. & differt locus sacer a sancto, ut colligitur in glo. lege secunda. §. interdicta. ff. de re. interdi.

SACRARIUM est locus in quo sacra reponuntur. l. 1. ff. ne quid in loc. sac. uel dic ꝙ est illa pars quæ est prope altare in qua sunt clerici ad celebrandum propter sacramenta quæ ibi conficiuntur, & quia in altari maiori (cum soleat esse sacrarium) includuntur reliquie. de consecra eccle. uel alta. per totum. docto. in c.1. glo. fin. de uita & hone. cleri.

SACRA scriptura continet solum libros ueteris & noui testamenti. & non alios & ratio redditur in cap. quis nesciat. 9. dist.

SACRAMENTA ecclesiæ sunt septē, duo uoluntaria, & quinq. necessaria. no. gl. in c. ueniens, de trans. & 1.q.1.§. notandum. laicus in necessitate potest conferre duo. s. baptisma & pænitentiā, alia aūt non potest etiam necessitatis tempore.

not.in c.quanto de consu.maxime Pan.in 2.col.& in d.c.ueniens.& in c.pastoralis,§.præterea,ubi etiam Barb.de offi.deleg.

SACRILEGIVM, de iure ciuili est cũ sacrum de sacro tollitur.l.4.ff. ad leg.Iul.de pec.& l.aut facta. §. locus.ff.de pen.& C.de crimi. sacrile. per tot,de iure cano.quid sit, uide c.si quis cõtumax.§. sacrilegium. iuncto capit.se.17. q. 4. uide Alb. in suo dictionario in dictione sacrilegium.

SACRILEGIVM dicitur quasi sacrũ ledens, uel sacrum legens.i.furans de quo 17.q.4.per totum.& maxime in c. quisquis ad si. Et est crimen mixtum ut supra dictum est de crimine. uide bonã gl.in c. sunt qui opes.17.q.4. ubi dantur descriptiones sacrilegii, & pæna cõmittentis.i.sum.& melius.in c. sacrilegium.ea.q.in glo.1.

SANGVINIS munitio necessaria est ad morbum euitandum in multũ repletis secundum Hippocrat. de consec.dist.6.ne tales, ubi Hie. recommendat cibi parcitatem & reprehendit gulositatem ostendens commoda parcitatis & incommoda gulositatis.Et de sanguinis minutione dicitur in c.cum ad monasterium. de stat. mon.ubi potest cõcedi carnium esus monacho minuenti.& ibi Fran.de Zab.alle.Vincen. dicentem reuelatum per Angelum ꝙ qui minuit. 13. Februarii, non morietur illo anno ex febrili distemperantia, & dicit quod propter hoc aliqui faciunt se minui etiam non indigentes quo nihil stultius esse potest quia munitione uita decuratur, & sensus uisus maxime offenditur, hoc Zabarel. ibi.

SAGMINA sunt quædam herbæ, quas legati populi Romani portabant interlocutores pacis,quia nemo alias herbas portantes ledebat sicut legati græcorum solebãt ea quæ uocantur cerytie fetre. ff. de rer.diui.l.sanctum.

SOLARIVM est uectigal domiciliorum dictum quasi solarium a nomine solũ,eo ꝙ redditur & impeditur pro solo nomine pensionis. Alias ponitur pro præmio uel pro mercede laboris, & pro remuneratione ut salarium aduocatorum.l.salarium.ff.mand.quandoq. pro solatio.l. per hanc.C.de erog. mili.anno.aliquando pro expensis l.si cum dotem.ff.sol.mat.aliquando pro honore ex parte eius, cui debetur.l.si remunerandi.ff.mãd.

SALVBRIS dr̃ quasi salutis uber. secũdum glo.in cle.dudum.de sepul.

SALINARIA dicũtur ea quæ dantur pro sale.Etiam dicuntur portoria. Require supra Portorium.

SALTVS, cui est densitas altarum.arborum, dicitur nemus ratas habẽs arbores,ubi fere canes, & uenatores saliunt.Vnde est nemus saltus salientis dicitur actus. Et dicitur a salio salis,eo quod exiliat in altum, & in sublime consurgat secundum Isid.lib.14.c.6.& inde uenit fundus saltuensis.C.de fun.pa. & saltuen. lib. 11. Etiam dicuntur talia loca uiuaria & foresta, ut cle.in agro.de sta. mona. Et est duplex saltus,scilicet hybernũs,& estiuus.

SALTVENSIS dicuntur conductores pratorum,coloni uero prædiorum l. 3.C.qui mili.non pos.& l.3. §.saltus.ff.de acqui.poss. l.creditores.ff.de act.empt.

SALVO est dictio modificatiua,& reseruatiua præcedentium.gl.fin.Itẽ labeo.ff.fam.ercisc.

SALGAMVM secundum Hug. est idem quod culcitra, dictũ a saluo, nel

uel salica,& gamos nuptie, uel ga mia mulier, quia maxime propter talia fiunt culcitre.s.qui maxime propter mulieres,ut in rubr.C.eo. titu.lib.13.

SANCTIO dicitur proprie illa cōstitutio uel lex contra quam si factū fuerit pœna irrogatur & imponitur,ut no.3.dist.in sum. & capitur quādoque late,ut in prohe. cle.no. Io.And.in uer.sanctio.

SANCTIO imperatoris,est cui pœna sanguinis additur.

SANCTIO pragmatica. Require supra P.

SANCTIO quandoque dicitur quælibet imperialis constitutio uel institutio,quandoque dicitur totius iuris collectio. Et sumitur etiam stricte pro constitutione penali, ut no.3.dist.in sum.

SANCTE res. Require supra Res sancte.

SANCTVM dicitur quod defensum, & munitum est ab iniuria hominū. ut.ff.de rer.diui. l. sanctum. unde Iustinianus dictus est uir sanctus.i. firmus,& uirtutibus munitus.Martianus autem unus ex authoribus legum ait q sancti dicuntur a sanguine quasi immolando se effusionem sanguinis Deo.Alias a sanguinibus sanctus, dicitur quod nomē herbas significant quas solebant portare legati populi Romani, ne quis eos uiolaret. ff. de rer. diui.l. sanctum.Sic dicta dicuntur quæ neque sacra,neque prophana sunt.Sic leges dicuntur sancte.

SAMARITANVS & sarracenus differunt.unde sarraceni secūdū Gof. dicuntur illi,qui nec uetus nec nouum recipiunt testamentum,q non ab Agar ancilla Abrae,de qua fuit eorū origo, uocari uoluerūt agareni,sed potius a Sarra uxore eius libera se sarracenos uocant. Tamen sunt quidam inter sarracenos samaritani uocati a samaria ciuitate, qui receperūt quinque libros Moysi,sed prophetas respuerūt, & quia illos respuerunt,ideo dicitur quod coniunguntur iudei samaritanis.

SAPAMVSTVM dicitur usque ad tertiam partem,uel quidam uolūt, usque ad dimidiam de centū.l.quæ situm est.§.cellarium. ff.de fun. instru.uas inquiens eneum,in quo sapa coqueretur.

SAPIENTIA est de diuinis, sed scientia de mundanis,& ponuntur quinque habitus itellectuales apud Philo. 6. ethi. Primus sapientia,& est assensus alicuius propositionis cuius terminis supponunt pro principiis essendi, ut sunt Deus intelligētie.& sic theologia,& metaphysica dicuntur sapientia.Secundus habitus est intellectus, & est assensus alicuius propositionis per se note ad experientiam, ut illud omnis ignis est calidus,uel illud l.quodlibet est uel nō est, & generaliter cuiuslibet principii. Tertius dicitur scientia,&est assensus alicuius propositionis,cuius termini supponūt pro effectibus secundis naturalibus,&sic philosophia naturalis est scientia. Quartus ars, est habitus sensitiuus inclināns intellectum ad recte operādum.Et dicitur habitus recta ratione factus, quia ibi debet apparere bonitas facti uel operis non curando de bonitate operantis, ut est ars grammaticalis & fabrilis &c.Quintus habitus est prudentia quæ inclinat intellectum ad debite eligendum & obtinendum ut philosophia moralis, sub qua comprehenditur ius ciuile & canonicum. & hæc notantur ex 6. lib. ethic.Aristo.

SAPIENS præsumptio est sapientem non errare.ff.de off.præfe. prætor, l.1.

l.1.C.de lega. humanum. Require supra diligens prosumptio.

SARCINATOR uel sartor est ille q nouit artem faciendi & suendi uestimenta,& dicitur a sarcio. Et differunt sarciator a fullo.ut no.inst. mandati.in fi.in glo.

SARCOPHAGVS est locus uel tumba quo sepellitur defunctus, & dicitur a sarx sacros, q est caro, & phagein grece id est comedere latine quia ibi caro hominis comeditur a uermibus.

SARCVLVS est instrumentum cum quo ramus ascinditur uel aliquid aliud & cardones, & herbæ inutiles exciduntur & euelluntur quæ nascuntur inter bonas. Esa. c. vii. Omnes montes in sarculo sarcientur,& 1.Re.14. l.fin. secundum Io. And. in proemio clem.in uersi.sarculum.

SARTA TECTA dicuntur ædificia q̄ reparatione indigent.

SARTA TECTA dicuntur opera publica quæ locantur ut integra præstentur.uide Bud.l.hactenus. ff. de usufru.in anno ad pandec.

SATISDATIO est cautio fideiussoria uel etiam iuratoria si fideiussorem quia dare non posfit. Require supra Cautio.

SATISDARE est securitatem per fideiussores dare.ff. qui satis.co.l.1. Vel secundum Azo. est alicuius implere uoluntatem.

SATISFACERE quid sit, patet in l. 1,præal.& de pi.act.l.si rem alienā. §.omnis, & satisfactum intelligitur qualitercunque satisfiat. ff.qui mo.pig. uel hy. sol. item liberatur in prin.&.ff.de pig.act.l. si rē præal.§.si satisfactū. Et not.Dy. in regula pactū.de reg.iur.lib.6. Et sic cui remittitur restitutio, regulariter intelligitur restituisse uel satisfecisse,ut ibidem, nisi in casibus ubi remissio non liberat, ut c. statutum.§.si quidem. de rescript. libro 6.

SONTICVS morbus est ille qui perpetuo nocet nisi sit curatus.

DE S ANTE C.

Scaph. est parua nauis.l.sca.ff.de eui.

SCRATVRA est locus uillis ad iacēdū dispositus in aut.de monachus. §.cogitandum.

SCAPVLA cuculla uestes sunt monachales in authen.de nupt.§. sancimus.

SCRAPHINAGENVS est cinguli. l. quintus.§.fi.ff.de aur.& arg lega.

IMO uero illic legitur scaphiā in numero plurali, a singulari scaphiū quod significat uas mulierum ad alui excrementa suscipiendum.

SCHENA. i.ordo iudiciorum.in aut. de iud.in prin.uel schema id est sententia eo.tit.§.1.aliquando schema id est,eremodicum.not.in aut. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi oportet. Aliquando accipitur pro titu.pro soluto.in aut. de eccle. rerum alie.§.pe.

SCENA secundum unam significationem est obumbratio uel uelatio in theatro uel in alio loco in quo histriones.mimi uel ioculatores siue comedi ludos suos exercent & sic uidetur accipi. C. de spect. sceni. & le.no.li.11. Idem uerbum habes.ff. de his qui no.infa.l.2. §. prætor. & 33.dist.maritum,ibi,exponit Arch. Vel secundum aliam significationē dicitur. scena quia promptionem habet leuam (alias scenam) & expeditorem.ff.de ædil.edic.l.qui clauum.§.item sciendum.

SCENICE mulier.i.prostibularie uel meretrices nullam cautionem præstare debent suo hospiti uel lenoni, neque lenones talē debent cautionem exigere. Tamen etiam si fideiussores dant uel iureiurando

do promittant de persistendo in lupanari uel prostibulo, nihilominus possunt sine periculo discedere, quia iuramentum super re illicita seruari non debet. Et dicuntur scenice mulieres, quæ in scena id est, loco turpi ut prostibulatio stant, a scen. id est theatrali insibratione uel spectaculo circi, ubi consueuerunt tales prostare ff. de infam. l. 2.

SCIENTIA triplex est, eminens mediocris & sufficiens. Eminens dicitur illa per quam quis scit difficilimas quæstiones explicare, & diffinire in promptu sine reuolutione li. Mediocri uero per quam quæstiones difficiles decidit cū reuolutione librorum. Sufficiens autem est legitima requisita secundū qualitatem officii seu beneficii secundum Inno, & Abb. in c. cum in cunctis numero 4. de elect.

SCIENTIE triuiales dicūtur quibus maxime utuntur. ciuitates ut grāmatica, retorica, dialectica, physica seu medicinales insti. de exc. tu. §. grammatici in glo.

SCIENTIE quadriuiales sunt ut musica, astronomia, geometria &c. ist. ut supra.

SCIENTIA & studium conueniunt omnibus maxime clericis. ex ore Dei. Pan. in c. cum magno. in 3. col. uel. & ꝙ studium conueniat. ne clerici uel mona.

SYNTESIM græce latine omnem possessionem importat l. alumne. §. titio. & ibi glo. ff. de adimen. lega.

SCHIMA secundum Goff. est illicita dissensio, diuisio uel discessio eorum inter quos unitas esse deberet. Vel sic. Et illicitus ab unitate ecclesia uel ab uniuersitate discessus. Et dicitur asscissura, quia per schisma fit ab unitate scissura. 24. q. 1. scissura, & differt ab hæresi, qui hæresis in princ. sui habet peruersum dogma, sed schisma in fine fingit aliquam hæresim ut recte ab ecclesia uideatur recessisse, ut dicit Hie. 24. q. 3. hæresis. Et sic schima & hæresis differunt sicut genus & species, quia omnis hæreticus est schimaticus, & non econuerso, nisi durauerit.

SCHITA sunt ea quæ plebs tantum constituit, & uocantur scita eo ꝙ plebs ea scit & sciscitat seu rogat ut fiant, secundum Isid. 6.

SCRIBE tabularii secundum quosdam olim credebantur ad tempus triannii ad scribendum publica ratiocinia prouinciarum seu ciuitatum, scd̄m Accur. C. eo. titu. in rub. lib. x. Et proprie sunt illi qui scribunt nominatos ad munera & honores, & tributa colita, & sunt tabularii, quia publicis instrumentis præsunt in singulis ciuitatibus & hi appellantur librarii ut ff. de reg. iur. l. si librarius, & tabelliones ut in aut. de tabellio. coll. 2. & sic potest acci. C. de bo. li. l. si quis post §. 1. licet & aliter ibi exponatur. Alias scribe dicūtur qui circa principes uel alios magnos iudices sunt deputati pacis & gestis conficiendis. Hi quoque uocantur scriptores, notarii libellenses per grammaticales epistolares ex quæstores. ut C. de app. l. percipimus. & in l. offerendis.

SCRIBE logographi secūdum Accu. dicuntur qui publicis rationibus scribendis deputati sunt, nam locus græce rōnes publicas dicimus latine, & graphos scriptura. Hi etiā numerarii appellātur. ut C. de susceptor præp. & Arch. l. duos li. 10.

SCRIBE censuales sunt qui scribunt censum C. de tab. in rub. lib. xii.

SCOLA dicit̄ societas scholariorum, uel locus in quo discunt aliqui,

ut scholares ut sciant scientiam & prudentiam, alii militiam, ut tyrones. ut C. de priuilegiis schola. lib. 12. nam schola græce est uacatio latine.

SCOLARIS est persona uacans ab humanis negociis scholasticis de dita disciplinis. Et dicitur a schola grece .i. uacatio latine, & ares uirtus, quasi uirtutibus uacans. Et scholaris proficere cupiens debet habere quinque conditiones. Primo singula consideret diligenter, quia si certa sunt, a significatione uerborum non est recedendum. ff. de exer. act. l. 1. §. si his qui nauem. & l. non aliter. ff. de leg. 3. si dubia non sunt maligne, sed benigne interpretanda. de re iu. c. 2. & c. ad audientiam. deci. Secundo ꝙ de probabili dubio non reddat se certum, sed dubium & interroget certiores uel peritiores. C. de inge. ma. l. si durant ipse solus excusatur qui quod diceret, non inuenit. Tertio ꝙ habeat sensum capacem ut in c. unico de offi. pri. non inni tens prudentiæ suæ, & ueram intentionem sententie non peruertẽs c ne innitaris de cõsti. Quarto studium continuet, quia doctrinæ pater est usus, doctrinæ mater est scolaris. Vnde intercisa perit, continuata uiget etiam. Deficit ambobus qui uult seruire duobus. Quinto non dedignatur a quocunque instrui cui magisterii officium sit iniunctum, ut in c. unico præal. de offi. primi. 24. q. 3. Sic habens contra quosdam ex superbia & uerecundia interrogare nolentes ꝙ nesciunt, & minorum dicta ex quadam indignatione superbiæ, despicientes, ut dicit Host. in c. unico. præalleg.

SCOLARIBVS in aliquibus locis lecturæ statuũtur ut addiscant potius quam ut doceant, & ut se assuefaciant, nam multum proficit quis in docendo alios, iuxta illos uersus. Discere si cupis, doceas, sic ipse doceris. Nam studio tali tibi proficis atque sodali. Refert Pan. in c. 1. in fi. de magi.

SCISARII, runcarii, & oratorii, idem sunt.

SCRINIARII, scriniorum memoriales idem sunt, & magistri scriniorum etiam scriniarii appellantur tabelliones ut in c. ad audientiam. de præscrip. in glo.

SCRVPVLOSITAS .i. nimia subtilitas. l. posthu. in princ. ff. de iniusto test. Aliquãdo .i. dãnũ. no. in glo. §. qa uero leonis. in aut. de non alie. & in l. fi. C. de necess. ser. her. inst.

SCRVPVLVS est 24. pars uncie tres scrupuli faciunt dragmam, octo drachme faciunt unciam l. 1. C. de metal & metalla. lib. 11. & uide ibi dem Bar.

DE S ANTE E.

SECVNDICERIVS olim dicebantur qui secundum locum obtinens, scriptus erat secundo loco in matricula notariorum, ut C. de primic. & secũdice. l. 1. & 2. lib. 12.

SECVNDE nuptiæ dicunt cum aliquis cum aliqua secundo nubit, & sunt oẽs nuptiæ quæ sequunt sepulturam uel primas nuptias siue sint tertie, siue quarte & sic de aliis de hoc. C. de secun. nup. in rub.

SEDITIO dicitur quasi seorsum itio quia in diuersum uadunt, aliosque trahũt, uir a sedo sedas per cõtrarium, ut dicit glo. in rub. C. de seditiosis. Et dicitur seditior quietis publice turbatio. C. e. t. l. 1. & 2. de hoc no. 46. dis. seditionarios, & ibi per Arch. & Io. An. de immu. eccl. c. decet. li. 6. Et tales concitantes seditionem puniuntur pœna capitis, ut not. in l. denunciamus. C. de

C.de his qui ad eccle.confu.

SEMESTRE est tempus sex mensiũ & duo semestria faciunt annũ. uide insti. de excu. tuto.§.Item di uus in glo.

SEMIS colligitur ex sex unciis,& est dimidia pars asis,& dicitur quasi semias.C.de metatis.lege hac lege lib.12.

SEMINECIS.i. semimortui ut in l. quam indignũ. C.de test. ubi dicitur. Non sunt necessaria obseruari momenta uerborũ quæ seminecis, & balbutientis lingua profundit.

SEMITA id est uia.l.si ex plagis.ff. ad legem aquiliam. & c.ad audientiam de homi.

SEMPER id est omni tempore & omni casu.l.semper.ff.de iure immuni. & nota.l.1.ff.solu. matrimo.& denotat continuationem. ut insti. in proe. ibi semper Augustus. & l.2. in fi. C. de episcop. & cleri. Aliquando hæc dictio semper subauditur a iure.l. iurisgentium, in prin.ff.de pac. Aliquando semper fieri dicitur quod horis debitis & ordinatis. & ita exponitur c.si lai cus 31. dist. & in c. quoniam de consecra.distin.5. Aliquando semper.i. imperpetuum.l.fin. ff. ad l. pomp.de parri. Aliquando semper i. sine temporis præfinitione. §.appellantur. inst. de exce.& l.in conditionibus. ff. ad sylle.Aliquando denotat animi motum.Iuuenalis. Semper ergo auditor tantum.& de sua expositione uide Spe. in ti.de rest.in integ. §.4. circa medium & per Bar. & alios docto. in d.l. 1.ff. solu.matri.

SECVNX constat ex uncia & dimidia, & est octaua pars asis,& debet eius litera tertia scribi, & non 10.ut inst.de hær.insti.§.hæreditatis secundum Accur.

SEXTANS est sexta pars asis ex duabus unciis constans.

SED capitur quandoque aduersatiue,& aduersatur in iure. Quãdoque autem adiuncta copula, aduersatur etiam in facto ff. de peti. hære. l.sed & si in prin. cum glo. impropriatur tamen,ut in l. 2. in fin. ff. si quis cau. ubi quando cum copula ponitur,ut dicendo,sed & si aduersatur ad factum,non ad ius , immo significat identitatem iuris , & sumitur illud significatum ex copula,quæ copulat nomina , & non factum sequens cum præcedenti quia non potest, cum sit factũ diuersum copulat ergo quo ad ius . Quando autem sine copula ponitur cum cõditione si,uel sine ea, tunc simpliciter significat aduersatiue quo ad factum, & quo ad ius ut in l sed & si præalle.similiter in l.2.glo. super uerbo fortius.ff.ne quis eum qui in ius uo. ui exi. Significat ergo dictio sed aduersatiue simpliciter uel tantum ad factum , pro ut significatum suum uel aliud declarati uel concludit.

SENATORES dicuntur magistratus populi,quasi seniores,nã secundũ Azo. leges prius fiebant a populo eiusq. interuentur , sed quia aucto populo cœpit difficile conuenire in legibus condendis , ideo eligit populus centum senatores , ut C.de peti. hære.l.ulti. ut ipsi uice populi consulerentur , & quicquid statuerent, lex esset. Senatores autem sunt qui a patritiis & consulibus usq. ad ueros illustres descenderunt & hi solebant dicere sententiam in senatu , quare etiam consulem Romanum , uocamus senatorem magistratus, ut ff. de sena.l. ult. & inst.de iure nat. gen. & ciui. §. lex est. Senatores etiam dicũtur senatorum filii & nepotes ex filiis nati, non autem nati ex filiabus,

bus, ut l. liberos. ff. de senato.

SENATVS est certus ille honestissimus senatorū, qui centum erant numero, ut dicit Azo. ff. de legi. & sena. consul. & parificatur senatus principi, ut puta cum habeatur uice populi, & ante imperatorem per populum, & post imperatorem per principem constitutus fuit senatus, ut ff. de ori. iur. l. 2.

SENATVSCONSVLTVM est quod tātūmodo senatores habito consilio populus consulendo decretauerunt secundum Isido. l. 5. Et nota quod multiplex est senatusconsultum ut infra patet.

SENATVSCONSVLTVM romanū alias septimanum oībus ciuitatib. fideicommissariam hæreditatem iubet restitui. & in eam & ad eam omnes actiones tranferri.

SENATVSCONSVLTVM artificianū alias artificulianū est quo caueturut præsides prouinciarum cognoscat in prouinciis deliberare, licet hæres nō sit illius prouincie.

SENATVSCONSTLTVM claudianū tollendum statuerat quod mulier libera seruili amore capta, si ei denuntiatum esset a domino ne cō misceretur seruo suo, & iudex super causa admouisset, nec ipsa acquiesceret substantiam & libertatem amittebat, & fiebat serua uel ancilla domini denunciantis, quod quia uisum miserabile & indignum sublatum est.

SENATVSCONSVLTVM libonianū enim coercet obstruendā actionem uel testimonium dicendum, pecuniam acceperit pactusue fuerit. Item qui perfecto instrumento legatum sibi ascribi. item qui hæredem in exhæredationem. aut in alicuius condemnationem legatum ascribit.

SENATVSCONSVLTVM macedonianū habet locū quando aliquis filio familias in potestate patris existenti mutuo pecuniam tradidit, quia hoc senatusconsultum prohibuit mutuā pecuniam dari filii familias ne ouere debitorum, pergrauati essent occasio machinandi mortem patri. Si aūt contra senatusconsultum istud quis filiofamilias nummos tradiderit, traditos ammittat, nisi ipse filiusfamilias habeat castrense peculium uel quasi castrense, eo enim utitur paterfamilias. Est autem dictum macedonianum secundum Azo. C. eod. titu. macedone pessimo fœneratore, qui tradendo pecuniam & si non expresse, tamen tacite & uelatis uerbis suadebat de occasione patris. Et no. ꝙ auxilio senatus. uelle. renunciatur, ut in l. ult. ff. ad uelle. et C. quando mulier tut. of. fun. possit aut. matri. sed macedoniano renunciari. non potest, unde post sententiam datur exceptio ex eod. ff. ad macedon. l. 1. & ratio est, quia primam senatuscon. est fauorabile tātum in fauorem mulierum inductum, sed secundum in fauore filiorum familias, & in odium creditorum. ff. de condi. inde. l. qui exceptionem hæc Goff. de renunc. §. renunciatur.

SENATVSCONSVLTVM orficianum ad successionem matris intestate filias, uel filios legitimos, siue uulgo quæsitos uocat, nisi mater sit illustris, cuius filium nominare spurium satis est acerbum, uocatque ex testamento nepotes, qui omnino præteruntur cōsanguineis & cognatis siue agnatis.

SENATVSCONSVLTVM pegasianum statuit ut qñ scriptus hæres rogatus est totam hæreditate plusquam dodrantem restituere alicui liceat scripto hæredi totius hære-

dita-

ditatis quartam partem retinere, quo casu onera hæreditaria sustineat inter se & illum cui hæreditas restituitur quem & ipsum cui hæreditatem restituit, stipulationes solebant interponi ut cõicent pro rata parte lucrum,& damnum.

SENATVSCONSVLTVM pisanianũ ut si pœnæ obnoxius siue seruus uenisset, quando animaduersum sit in eum precium uenditor præstet emptori.

SENATVSCONSVLTVM plantianũ de liberis agnoscendis loquitur, qui post diuortium educatur, per hoc permittitur mulieri si putet se prægnantem denunciare marito suo intra 25.dies uel 30.post diuortium, ita ꝙ nisi maritus custodes miserit,aut contrarium nunciauerit ex se eam non esse prægnantem cogatur partum agnoscere tanquã suum. Si uero ipsa oppressa fuerit, nullum huic partui generat præiudicium.

SENATVSCONSVLTVM iuliani dicitur quo directam sibi serui accipiunt libertatem, cum illa quibus libertates erant relictæ, a prætore uocati nolunt adesse.

SENATVSCONSVLTVM sylleianũ & claudianum ponit seruos capite qui dominus suis conuocarentur omnimodam opem uel auxiliũ inquantum potuerint non tulerit uel impenderunt, cum ipsi hoc uiderent & audirent. Et ponit edictum in quo prohibetur testamenta aperiri, recitari uel describi, uel hæreditates adiri,sub certa pœna ante quæstio adhibitam de morte defuncti, & contra facientibus pœnã imponi.ut l.si quis i graui. §.quod autem.ff.eo.tit.

SENATVSCONSVLTVM tertulianum quo cauetur matri non auide ab intest. successione deferenda. ut mater ingenua trium liberorum ius habens,si libertina quatuor, filio succedit defuncto, non existentib.ultimis liberis uel emancipatis nec a patre nec a matre defuncti, sed nouo iure & solum unum perisset, siue sit ingenua,siue libertina.idem ius uersatur. Vel senatusconsultum tertulianum dicitur cũ matres uocantur ad hæreditates filiorum per senatusconsultum,tertul.ut inst.de test.per totũ. & not. ff.de exce.re.iud. l. si uir. in princi. & maxime in l.1.ff.eo.tit.

SENATVSCONSVLTVM traianum.alias curuianum, statuit si inter plures hæredes infans sit qui fieri non posfit,&ipsi rogentur seruum manumittere, non ideo libertas intercidat, quia fari non potest infans nec seruum potest uendere,sed æstimatis partibus seruum manumittant salua portione infantes.

SENATVSCONSVLTVM. damasianum dicitur quo cautum est si abest ille iusta causa qui libertatem debet, & hoc pronunciatũ sit quod perinde libertas ei competat ac si ab ipso directe data esset.

SENATVSCONSVLTVM trebellia. a nouo iure incrementum, & formam hanc accepit, ut excluso senatusconsultum pegasiano, liceat hæreditatem restituenti quartam partem retinere inter ipsum fideicommissarium pro rata portione dimisfis actionibus contra communem stipulationem, & si totam hæreditatem uolens restituerit, ad eũ & in eum,omnes transfert stipulationes.

SENATVSCONSVLTVM turpillia. quo statuitur ne quis publici iudicii crimen intentans, ab accusatione publici criminis causa ordinata.i.post inscriptionem & fideiussionem

sionem datam, resistat abolitione non impetrata.

SENATVSCONSVLTVM uelleianum inductum est in fauorem mulierum.scilicet illarum quę leuitate sua & sexus fragilitate se & sua obligant pro aliis fideiubendo,uel obligationem in se recipiẽdo. Per hoc senatusconsultum eis subuenitur & cõceditur ut ipse indemnes seruentur, & si conueniatur pro tali obligatione, possunt opponere exceptionem senatusconsulti uelleiani. Cessat autem hoc senatusc. cum mulier renunciauit uelleiano & omni auxilio.ff.eo.titu.l.ult. Et dictum est a uelleio consule, q fuit auctor illius statuti. Et nota quod mulier potest renũciare uelleiano absque alia certioratione, ut no.in l.iuris ignorantia. C. qui admit.ad bon.pos. & Bald. ibi distinguit tria membra, aut mulieris in erces sio uel fideiussoris est secundum leges, aut præter leges, aut contra.Primo casu nõ est quærenda certificatio,cũ non sit opus renunciatione ex quo lege permittente fideiussit.Et sunt quinque casus.Primus si intercedendo aliquã pecuniam recipit, & sic se obligat l.antiqua.in prin.ff.ad uelleianum. Secundus si secundo intercessit.l. si mulier perfectæ etatis. ff.eo.titu. Tertius si pro dote fideiubat. l. fi. eo.titu.Quartus si pro libertate alicuius & in cã pia. Quintus si apud minorem intercedat. ff. de minori. lege.apud Secundo casu,aut est certificata,aut non. Si primũ ualet renunciatio seruata solennitate, uidelicet cum instrumento publico, & testium subscriptione. Si secundum, non ualet fallit tamen in duob.casib. Primo, quando fit renunciatio in iudicio, ualet colore & fauore iudicii. Secundo si interuenit iuramentum, ualet secundũ Bar.in l.sciendum.ff.de uer.obli. & secundum Bald. in aut.sacramenta puberum.C.si aduer.uen. Tertio casu contingit contra legem fideiubere duobus modis. Primo pro marito,non in sui utilitatem, sed mariti. Secundo omissa solennitate in strumẽti & testium.Hæc addit Bal. super additionibus Io.An. in spe.titu.de dispu.& allega.

SENATVSCONSVLTVM iunianum post uocationem ad libertatem producit proprium hæredem seruum uel emptum, siue dominus iusta causa absit uel latitet,siue nõ uult, manumittere, si seruilis conditionis scitis priuatis pactis suam uelit mutare sententiam siue conditionem, pœna contra collusorẽ promissa, & detegenti præmia taliter donando ut de iure patronatus nanciscatur.

SRNATVSCONSVLTVM uolusianum statuit quod qui improbe in litem coeunt ut quicquid ex condemnatione in rem ipsius redditũ siue relatum sit, inter eos excommunicetur.l.Iulia. de ui priuata tenentur.

SENATVSCONSVLTVM fauianum in desuetudinem abiit introducens adoptionẽ fieri per tres mares adoptantes,& tres intercedentes emãcipationes.

SENATVSCONSVLTVM largitianum merito est abrogatum latinam inducens libertatem, quia quis morte sua recipiebatur extra libertatem.

SENECTVS est quidam defectus habens in se magnos labores, nam senectus est morbus, ut in c. magne. de uoto.unde Terentius ipsa senecta morbus est,& ideo statutum disponens in casu infirmitatis habet locum in casu senectutis, secũdum Abb.

Abba.in d.c.magne.in 2.collo.

SENEX multipliciter dicitur.no.ff.de adop.l.si pater.§.2. de test. l.inu. & uide.C. de his qui non imple.sti pen.l.2. Aliquando dicitur senex. maior 70.annis,C.qui eta.l.uni ad de quis dedicatur senex per Fely. in c.quoniã in prin. in 6. col.uersi. ad tertiam. ut lit.non contest.

SENEX & ualetudinarii qui dicantur uide Pan.in cap. quoniam frequenter in 8. col.uersicu. 3.principaliter quæro & uersicu. seq. ut lib. non contest.

SENIVM est quadruplex. s.nature. gratie, culpe, & eterne glorie Nature & hoc prætendit ad defectum c.tanta.86.dist.& c.illud 13.q.2.Senium gratie ca.porro 84. di. ubi dicitur quod canities senum prudentia est, & hoc senium perducit ad perfectum c.de quibus. 20. dist. & ancillam 32. q.2. Senium culpe est quod ducit ad interitum.c.paulus dicit 2.q.7. Senium eternæ gloriæ perducit ad præmium,de quo dicitur.Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mentem habui.uide Ald.in suo dic.in uer.senium.

SENTENTIA scundum Azo.in sum. C.quomodo & quando iud.sentẽt. profer. debet quandoque potest dici cuiuscunque orationis significatio.Quandoque ponitur pro opinione magistrorum quæ dicitur quicquid alicui de re aliqua placet . Quandoque est deportatio. Quandoque excommunicatio uel interdictum,sed improprie quia excommunicatio uel interdictum potius punit quam finem cause imponit.Ideo potius potest pœna dici quam sententia uel diffinitio. Quãdoque sententia dicitur quodcunque iudicantis pręceptum, non nature, non iuri,non bonos moribus contrarium . Et secundum hanc significationem distinguitur quia sententiarum alia est diffinitiua, alia interlocutoria,alia conuentionalis, alia quæ dicitur præceptum, alia mulcta , alia dispensationis. Et potest sic describi sententia diffinitiua. Est diffinitio iudicialis controuersie finem imponens.ff.eo.titu.l.i. Et addunt quidam ad diffinitionem indebita , & quæ nullo remedio attentari possit,per l.elegantur.§.si post rem iudicatam.ff.de trans. Vel sic describitur sententia diffinitiua.Est diffinitio iudicialis controuersie finem imponentes,ex pronunciatione iudicis damnationem uel absolutionem continens . Et hæc principalem diffinit quæstionem ut quando auditis utriusque partis allegationibus causa terminatur & finis principali negotio imponitur, quam semel di tam iudex reuocare non potest , & iudex esse desinit,quia officio suo fructus est. licet retineat iurisdictionẽ ad exequendam de off.dele. ca.in literis. de cap.quærenti. Sed an corrigere possit si dicat absoluo pro condẽno,uide Gof.in sum. de senten. & re iudi.

SENTENTIA interlocutoria est sententia semiplena , quæ profertur inter principium & finem cause, non super principali , sed super emergentibus & incidentibus quæstionibus,puta super libello offerẽdo uel concipiendo , uel danda dilatione aut deneganda , & similibus.principali causa durante,unde quãdo iudex non residens pro tribunali,interloquendo inter partes sine solennitate scripture aliquid pronunciat de plano.supra aliquo incidenti uel emergenti extra primum intentum principale,& hanc reuocare potest iudex siue sit ordi-

narius,

narius, siue delegatur, siue arbiter, debet tñ cum cause cognitione ferri & iudice concedente non procedẽte 3.§. spatium scd̃m Hof. & sententiam interlocutoriam fere iudex contra reum contumacem quãdo citato reo & nõ ueniente pronũciat actorem fore mittendum in possessionem rei aut bonorum pro mensura debiti declarati uel rei perite. De emergẽti, quæstione, ut q̃n est qõ inter partes uel aduocatos uirum aliquis sit recipiendus in testimonium &c. ut supra. Et illa sententia transit in rem iudicatam quo ad duo. s. ut remedio appellationis attentari non possit, & ut excipiatur ex ea. c. cum dilectus, de elec. in fi. non autem ut ex ea agatur actione in factum, sicut ex diffinitiua. A qualibet enim tali potest appellari secundum canones, non autem secundum leges generaliter fallit in casibus l. 2. C. ut li. pen. uel dicitur si interlocutoria sit talis quæ absorbeat totum ius alicuius, & instar habeat diffinitiue, ita ut post interlocutoriam non sit opus ad appellandum diffinitiua, si ab ea appellatur, secus si post interlocutoriam saluum sit beneficium appellationis a diffinitiua. Gof. tenet primum in sum. eod. tit. de senten. & re iud. Itẽ interlocutoria secundum eundem est declaratio iudicialis super aliquo articulo summarie ius tribuens inter partes. Et finaliter omne uerbum a iure in iudicio prolatum, iudicialiter faciens ad causam, est sententia interlocutoria, ut in aut. de liti. §. omne. col. 8. &c. Et notandum ꝙ aliud est sententia. & illud est statutum. Nam statutũ fertur pro futuris delictis, dicendo. Statuimus ut nullus hoc faciat & faciens sit excommunicatus ipso facto, ut no. in c. fi. de consti. lib. 6. Sententia uero prolata sic. Excommunico te si furtum feceris, prohibetur furtũ, quia tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem. de hoc gl. opt. de sen. excom. c. romana. li. 6. & c. a nobis. de sen. excom. Item differt sententia a canone in hoc, quia canon archiepiscopi in prouinciali concilio ligat subditos totius prouincie. 18. dist. c. ult. Sententia autem archiepiscopi dicendo. Quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus non cõprehendit subditos totius prouinciæ, sed solius diocesis sue ut est gl. in c. romana, præalleg. Item sententia excommunicationis siue iusta sit, siue iniusta tenet 11. q. 3. c. 1. nisi in duob. casib. s. post appellationẽ legitimam. & in tollerabilem errorem in forma. c. per tuas. de sen. excom. solet & c. uenerabilis. eo. ti. li. 6. Et quõ sentẽ. trib. modis dicit iniusta. s. ex causa ex animo & ordine, est glo. 3. in c. sacro, de sen. excom. & illud iterum est in sentẽtia excommunicationis, in qua est speciale ꝙ teneat non seruato iuris ordine, alias aũt sententia lata iuris ordine non seruato nõ tenet. C. de sen. & interloc. om. iu. l. prolatam, Item diffinitiua & in locutoria est gl. in cle. unica super uerbo diffinitiua. ne seques. pos. & fructũ. Et no. ꝙ sentẽtia lata super uerbo possessorio dicitur diffinitiua, secũdum glo. in c. fi. de iudi. & intelligitur quãdo causa possessionis & deducta principaliter in iudicium, uel habet annexum petitorium, secus si per accidens ueniret in iudicium. Etiam diffinitiua prout imponit finem cause nunquam datur super possessiõe, nisi sit proprietas annexa, ut ibi not.

SENTENTIA conuentionalis est

emicabilis compositio, ut quando iudex cõuenit aliquem & commouet eum ne faciat contra conuentionem. Alias sententia scilicet præceptum multam dispensationẽ. Require in locis suis.

SENTENTIA per errorem lata a qua nam est appellatum,reuocatur si error probabilis postea detegat ut in c.fraternitatis.de frig.& ma.

SEPTVNX septem habet uncias, & non dicitur ad respectum totius as sis.Require supra As.

SEPVLCHRVM est locus in quo mortuus continetur uel sepultus est. Sed monumentum. dicitur idem locus sine corpore.Require. si.M.

SEPVLTVRA secundum Goffred. quandoque dicitur officium quod impenditur sepeliendis. Quando que ipsa terra ad usum sepulture deputata.Quandoque tumba marmorea,uel lapidea, ut locus concauus in ecclesiastico cemiterio factus in quo corpus catholici quiescit. Item sepultura est ius funerãdi in ecclesie cemiterio.Et no.qđ in 23. casibus prohibetur ecclesiastica sepultura. Primo in mortali peccato publice decedenti decimatertia quæstione secunda, non estimemus. Secundo latroni & furi. capitulo fures, de furtis. Tertio in adulterio occiso, uigesimatertia quæstione quinta, placuit. Quarto in to neamento occiso. de torneamentis, cap. primo.Quinto raptori occiso.ca.super eod.de rapto. Sexto heret. uigesimaquarta quæstione, secunda, sane profertur.& cap.sacris de sepulch.Septimo seipsum interficienti.c. placuit præalleg.Octauo excommunicato etiam minori excom.de senten.excom.a abiso. & c. sacris.præalleg. Nona interdicto. de pe. & remiss. quod in te. Decimo publica usurario. de usur. quia omnibus.Vndecimo contemnenti confiteri,& communicare. c. omnis. de pe.& remiss. Duodecimo in taberna occiso.23. q. 5. placuit. Tredecimo proprietatio monacho uel regulari,c.monachi. de sta.mo.& ca.cum ad monasterium, cum si. eo.ti.Sed clerici uel boni laici ab ostibus occidũtur uel submerguntur,uel per parietes opprimuntur, debent habere ecclesiasticas sepulturas ca.sicut dignum. de homi. c.ex parte parẽtum,de sepul. 23. q. 5. quid ergo. Eslet autem ius funerandi potestates sepeliendi in eymiterio prouenient, ecclesiis ex concessione põtificis..Et sepultura eligenda est apud loca magis religiosa. ca.fraternitatem,de sepul. Nam sepulture electio in loco non religioso fieri non debet. Sed quæritur, legauit quis prædicatoribus.30. pro sepultura efficitur usurarius, & sic carebit sepultura,an adiuuẽtur per legatum. Respondet Florianus ꝙ non similiter si legatur pro celebratione misse. & interuenit interdictum ecclesie, tenet legatum in primo casu. Ratio quia fratres non sunt in culpa, uel causa.Similiter in secundo casu,ut not.dominus Bartol. de saxo. C.de instit.& substi.l.1.

SEPE no. regulam in contrarium, ut in §. fraudem. institut.qui. ex cau. manu non licet.Sepius, id est aliquando regulariter, tamen contra rium significat. & uerificatur ĩ duabus uel tribus uicibus. Item facit contrarios casus speciales. l. ꝙ in diem.§.seruo.ff.de condi.& dem.secundum Dy.

SEPTA sunt clausure, & dicitur a sepio. ut est glo. in clem.ne in agro. de sta. mu.

SEQVELA dr omne quod naturaliter sequitur ad aliud, ut iumétũ, uitulus, uacca, & sic aliqua prohibentur non quia ex se mala, sed quia ex his mala sequũtur. 22. dis. denique. & 22. q. 1. in nouo.

SEQVESTER est apud quem res litigiosa deponitur pluribus & sequestratur, ut ei qui in causa uicerit reddatur, dictus ab eo quod occurrenti aut quasi sequenti eos qui cõtendunt, committitur res, de uerbo. sig. sequester, uide extra de iudi. c. examinata. Est enim secundũ Gof. depositarius rei in indicium deducte, ut ff. depositi. l. proprie.

SEQVESTRVM est illud scriptum quod de sequestratione conficitur, & si fit ex causa uoluntaria, transfert possessionem in sequestrum, secus si ex causa necessaria. l. interesse puto ff. de acqui. pos. & no. in c. examinata. de iudi. in gl. & in gl. in cle. 1. de sequest. pos.

SEQVESTRATIO est rei de quo agitur, uel controuersia est separatio uel depositio uel possessionis interdicto. Interim, enim quòd res apud sequestrum est, nec actor, nec reus possidet, ut ff. de sta. ho. l. libertus. Non potest autem illa depositio quæ sequestratio dicitur fieri nisi a pluribus quamuis alias & unus plures deponere possint, ut l. licet. ff. deposi. Nam plures rem litigiosam deponũt, quando de uoluntate partium fit. Etiam unus deponere potest de mandato iudicis ut in glo. c. examinata de iudi. & ibi per docto. Et not. ꝙ secundum Gof. sequestratio fit aliquando causa omittente possessionis, & tunc neuter litigantium possidet, sed sequester. Aliquando causa custodie & tunc possessio remanet penes possidentem. Et generaliter prohibita est sequestratio. C. de prohi. sequestra. l. unica permissa uero casualiter. Primo uoluntate partium, ut lite finita res uictori detur. Secundo ex necessitate, ne persona suspecta cum re mobili aufugiat. Tertio ne ꝑsona suspecta circa rem immobilem fructus depopuletur uel dissipetur. Quarto propter contumaciam non cauentis de collatione bonorum facienda. Quinto si seruus de possessione seruitutis proclamat in libertaté. Sexte cum appellatur ab executore. Septimo cum timetur de seuitia uiri, nec potest sufficienter uxori caueri. sequestratur uxor. Octauo ne perdatur uendendi commoditas. Nono cum aliquis de comitib. præsidis furtum patitur, nam res sequestratur usque ad tempus successoris præsidis. Merito enim sequestratio fieri non debet nisi tũc demum cum timetur ne possessor, uel appellãs fructus depopuletur, secundum Gof. in sum. Alios casus uide in cle. uni. eod. titu. & l. 1. ff. de col. bo. & secundũ Archi. in c. quia res. 11. q. 1. ubi late, de hac materia. Et per Io. Mo. & Io. Andr. in regula locupletari. de reg. iu. li. 6. uide etiam gloss. fi. in c. dilectus. de sequest. poss. cum ib. no. Sed ponamus ꝙ ecclesia est apud aliquam sequestrata, utrum iste sequester lite pendente super iure patronatus possit presentare ad illam Inn. tenet ꝙ sic, quia talis habet fructus. cap. consultationibus. de iure patro. Imo. consentit ibidem, ratione talis motus, ponendo diuersitatem inter uenditorem, cui impignoratum est ius patronatus, & sequestrum, nam creditor non potest præsentare aliquem, quando superest uerus dominus, qui præsentare habet, sed sequester pendente lite potest, ne ecclesia diu uacet,

quia neutra partius præsentare potest ante litem sopitam,facit bona glo.in uerbo beneficium in clem. unica. de sequestra. possessio. quæ dicit sequestrum possidere iure beneficii beneficia, & remittit ibi ad not.in capitul. examinata. de iudi. per Ioan.And. Hostiē.tenet contrarium ꝙ sequester apud quem ius patronatus sequestratum est, lite pendente non possit præsentare, nam non habet possessionem iuspatron. & arguta fortiori,cum creditor cui impignoratum est ius patronatus non possit, qui tamen habet possessionem eiusdem pignoris &c.& hæc tenendo dicitur ad motiuum Ioannes de Imol.quod non diu uocabit Ecclesia.Nam post quatuor menses immo layci,& sex in clericis episcopus prouidebit,capit. cum propter. & capitu.ea autem.,de iur.patronat. & uidetur melior hęc opinio quia sequester solū custodire debet fructus,ut illi restituat eos qui sententiam pro se portabit, quæ est natura sequestri. Sed si præsentet aliquem,quomodo fructum illum restituet? secus ubi nulla debet fieri restitutio,capitul.ex literis,de iure patruo.& capitul. cum uenissent, de in integr.restitutio. Hic articulus satis disputabilis est,& nota.in capitu. examinata,de iudic. uide clemen.præalle de sequestr.possess.præcipue,glo.in uerb.restituat ubi dicitur quod sequester limitatam habet potestatem de restituendis fructibus qui supportatis oneribus adhuc supersunt,quod non possit illos in emptionem prædiorum pro beneficio uel alias in utilitatem beneficii conuertere,ergo minus uidetur posse præsentare.

SENSVS sapientis non arbitratur contra iura,unde quando alter contrahentiū paciscitur aliquid facere ad sensum sapientis, alter contrahentium tenetur ea facere quæ de iure fieri debent super illo contractu,quia sapiēs arbitrari cōtra iura non potest alias sapiens non esset.

SERIE uasa sunt fictilia oblonga de quib. Liuius in 4. secundi libri belli punici sic inquit.Et in uico histrico fontem sub terra tāta uia aquā fluxisse,ut serias doliaque in eo loco erant prouoluta uelut impetus torrentis tulerit, & de his intellexit Vlp.in l. Vinaria uasa.ff.de uer. sign.licet,alii aliter, & id l.sed & si quid.§.proprietatis,uide ibi glo.ff. de usufru.

SERVITVS est constitutio iurisgentium,qua quis contrarius naturale alieno subiicitur dominio. Et quando seruitus inducta sit, uide glo.super uerbo seruum,de iude.& sarrace.c.ita quorundam,optimam glo.super uerbo seruitutes, dist.1. ius gentium, ubi dicitur inducta per ebrietatem, uel præscripta septennio,simile habetur ca.6.die.35. distin.ubi dicitur quod nemo sciebat a consorte naturæ suæ obsequi seruitutis exigere, quia manebat antequam uinum inueniretur omnibus inconcussa libertas, & non esset hodie seruitus,si ebreitas non fuisset &c.sunt autem duplices seruitutes scilicet prædiales & personales.

SERVVs prædiales est quædam constitutio,quia prædium prædio subiugatur,& seruientes prædiales lex reales appellat, quæ sequuntur prædia,& earum constitutio catenus tenet quatenus expedit prædiis,id est, ad fructus eorum percipiendos.

SERVITVTVM autem prædialium alia sunt urbanæ & alie rustice, sed has quidem seruitutes lex dicit esse iura cōia q̄ libertatis sunt, unde

 not.

no.scđm Azo.in sum. C. de ser. & aqued. ꝙ hoc uerbum ius in eadē lege, & in eadē uoce supponit pro seruitute. Dictio enim semel posita duas, quandoque importat significationes, scilicet propriā et impropriam, utranque. Proprie autē secundum diuersa dicuntur seruitutes. Nam si nō possem ex edibus meis exire in agros meos, uel peruenire ad uiam publicam. nisi per agros tuos, uel ortus emi a te licē tiam eundi, hæc licentia dicitur seruitus itineris, quia prædium tuum in hoc mihi seruit.

SERVITVTES rusticæ sunt quæ prædiis rusticis debent, uelut iter actus uia aque ductus, aque haustus pecoris appulsus ad aquam, ius pascendi, calcis coquēdi, arene fodiendi. quæ tria ultima possunt dici nominate seruitutes rustice, sed superiora propriis nominibus carent, quæ omnia require locis suis. Nā iter est ius quo exede mea p agros tuos possum in uicos publicos exire uel intrare, sed aque haustus est ut aquam haurire possim de puteo tuo.

SERVITVTES urbane sunt quæ prædiis urbanis debentur. s. intuitu alicuius edificii, nam edificis inhærēt uelut altius tollendi, aut non tollendi ne officiatur luminibus uel prospectui domus uicini. Item stillicidum auertēdi, uel non auertendi in tectum uel in aream uicini, ut stillicidium tecti mei cedat in aream, uel fundum eius. Item ut liceat immittere uel proiicere tignum in parietem uicini. Et not. quòd an seruitus sit urbana uel rustica, colligitur ex qualitate prædii, cui debetur ipsa seruitus, quod patet. Nā talis est seruitus, quale est prædium cui debet, si. n. stillicidia domus meæ, quæ est urbanum prædiū cōuerto in aream tuam quæ est rusticum, prædium, dicetur, ut bana seruitus, & econtra si tignū edificii mei causa imponendorum fructuū facti, quod est prædium rusticum, immitto in parietē domus tuæ, dicetur rustica seruitus, et si domus tua sit urbanum prædium. Itē not. iuxta primam acceptionem seruitutis ꝙ multis modis quis redigitur in seruitutem, de quib. insti. de, iur. pers. in tex. & in gl. Vnde ut liber seruus fiat sunt ista necessaria. Aunis 20. iuuenem qui uenditur esse. Rursus eū seruum cui uenditur esse putare. Et iuuenē pretiū quòd uelit percipere. Et ꝙ sit liber sciat hoc, qui uenditur iste. Quæ si defuerint, seruus non cogitur esse: patent ergo ad hoc quatuor requisita. Primo ꝙ sit annorū uiginti. Secundo ꝙ uendatur ignoranti cōditionem libertatis. Tertio ꝙ eo animo ut pretii partem habeat. Quarto ꝙ sciat se liberū. de hoc ui de gl. §. pe. inst. tit præalle.

SE RVVS est qui de iuregentium, uel ciuili dominio alieno subiicitur, in hac parte & iusgentium & ius ciuile detraxerunt iuri naturali. Et dicuntur serui non a seruiēdo, sed a seruando. Imper .n. uel princēps captos ab hostibus qui serui sunt capientium, uendere iuber, & per hoc seruare, & non occidere. hostibus. n. captis, & sic in seruitutem redactis, hoc seruandum est, quod utile & benignū uisum est. s. eos seruari, & non occidi, hoc. n. benignitatis est, sed occidi, crudelitatis, ideo etiam dicta sunt mācipia, quia ab host ib. manu capiatur ut inst. de iur. pers. & ff. de sta. ho. l. libertus. Sunt etiam serui uerne qui sunt ex ancillis manentib. in domo nat. l. titiæ textores. ff. de le ga. 1. Alii sunt serui lecticarii, quā faciunt

faciunt lecticas, eodem titu.

QVIBVS autem modis consequi poss. sunt libertatem. uide in glos. ins. q. bus &ex ca.ma.li.§.multis.

SERVI. stricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiã seruientes pro pecuniis, & mercede dicuntur serui a seruiendo. Parum. in rub. de iudeis.

SERVVS ordinarius dicitur, qui aliis seruis est præpositus scilicet q. habet alios seruos sub se quibus præest & precipit eis quod uult.

SERVVS uicarius est qui seruo ordinario subministrat.

SERVVS mediastinus uel medianus est qui medium gerit actum. s. qui nec est ordinarius, nec uicarius, sed medius inter hos & illos connumerandus.

SERVVS librarius a libra dictus est, quæ scilicet penderibus præest, & libre nummorum, & permutatorum custodiam habet domum domini sui.

SERVI insulani alias insularii sunt qui retinẽtur in insula. i. in domo, nec mittuntur in agros nec in uillam. Domus autem insula dicitur eo quod insunt ei habitatores, licet insula quandoque dicatur ĩ salso, id est mari sita.

SERVI uillici sunt qui ad uillã mittuntur.

SERVI uictores sunt quos quis uictos habet præparandi causa.

SERVI cubicularii dicuntur qui lectum & cubiculum domini sui procurant qui uulgo camerarii uocantur a camera.

SERVI dedititii dicuntur qui in morte liberi, & in uita sua serui sunt quorum libertas sublata est, ut insti. de liber. §. libertinorum.

SERVI latini sunt quia dominis erãt manumissi, ut in uita essent liberi, & in morte serui & eorum bona tanquam seruorum ad dominos deuoluebantur, ut in. §. prçallega. instit. de liberti.

SERVI atriarii uel atrienses sunt illi qui atrii custodiam faciunt.

SERVVS corruptus dicitur seruus q per alicuius inductionẽ factus est de bono malus, uel de malo deterior. s. in anima & corpore.

SERVI corrupti actio. Require supra act.

SERVIANA & quasi seruiana actio, Require supra Actio.

SERVVS publicus dr̃ tabellio, non quia seruus, sed q. a publicũ exercet officium. ff. de adop. l. non aliter.

SERVVS hæres. Require supra H.

SERVI arcarii. require supra Arc.

SERVVS ordinatus postea restitutus domino gaudet priuilegio. c. si q̃s suadẽte. 17. q. 4. nec matrimoniũ cõtrahere potest post uotũ. de cõuer. coniu. ꝙ quidam. est hoc no. gl. 54. dist. c. 2. nec iudicabitur a dño, sed ab episcopo. 96. dist. si imperator.

SERICOBLATE dicuntur uestimenta quæ inseruntur & texuntur serico, ut l. lotas. C. de metalla. lib. 11. secundum Accur.

SEV dictio est disiunctiua. C. de sac. san. eccle generaliter, & aliquando ampliat. ff. de aur. & arg. leg. l. si q̃s ita. & secundum Bar. in l. genera. & no. 63. dist. ego. Lud. & 75. dist in. c. ult. in fi. & per Arch. de fo. compe. in c. 1. lib. 6.

SEVERITAS dicitur rigorum integritas iustitie. Arch. in c. ut officiũ §. uerum in uerb. seueritas. de hę. in 6. uel dic quod seueritas est p quã iudicialis sententia, uel uindicta districte exercetur, uel est uirtus debito supplicio coercens iniuriã. secundum Alber. in suo dictio. in uerbo seueritas.

## DE S ANTE I.

SIC, qualiter intelligatur. uide ex-

tra de priui. c. ex ore confir. uti. c. examinata. & de uerb.sig.c.abbati. cum simi.

SICARII dicuntur homicide, & interfectores, dicti a sicca.i.ferro uel cultro.inst.de publ. 3.§.siccarii.etiã dici possunt sica qui alicuius uite armis insidiantur de pe. dist. 1. si quis cum telo.de homi. c. sicut dignum.in glo.

SICA est ferrum uel cultellus breuis in utraque parte scindens, & acutus,quo maxime utũtur qui apud Italicos latrocinia exercent, sed huius interp̃tatio est larga,ut non tineat telum, lapidem lignum, & quodlibet ferrum, ut inst.de publi. iudi.§.item lex.&. §.siccarii.præallega.

SIGNVM quid sit, & quomodo signum differt a sacrificio, de conse. dist.2.sacrificium. & c. signum, & quomodo multiplex est signum,ui de extra de consue.c.2.in glo. Et signum perditionis, religiosi est quã do propter proprietatem sepelitur in sterquilinio,ut de sta.mon. cum ad monasterium.

SYLLABE error non nocet,ut no.extra.de fid.instr.ex parte per gl.

SYLLABAM superfluam lex habere non debet,ut dicit gl. in l.1.ff. qđ met.cau.

SIGNARE est aliquam formam, uel signum alicui imprimere, uel notam imponere, unde testamentum signare, id est notare debet quis ut notam sit illud quod in testamento scriptum.Isid. lib.5.etymo. Sed subsignare est subscribere, ut si testes uocati, & rogati a testatore subscribant.

SIGILLATIM. i. singulariter,ita exponit Host.in c.uenerabili.de testi. & Archi.in c.præsentium. §.testes, eo.titu.lib.6. facit ad hoc de præb. c.ad hæc licet.29.c. singu.in princ. Item in symbolo Athanasii. Quicunque uult saluus esse, uel sigilla tim id est non plures simul, alias semel.no.Arch. in c. is cui eligendi de ele.in 6.&. habetur de hac dictione in l.sed & si per prætorem. §. si. ff.ex qui cau.m.aio.& in l.cum quidam.C.de uerb.signi.

SIGNIFICATIO secundum Azo. de uer.sig.proprie est demonstratio facta proprio nomine rei de qua quęritur attributio sed large ponitur si proprium nomen nõ interueniat, si tamen res per aliud uerbũ quod aliquo modo accedere posset ad rei ostensionem,notificetur.

SIGNIFICATIONES uocabulorum uulgus adinuenit.Vnde dicunt grãmatici ꝙ ignoramus iuxta uulgare ponamus,ut refert Bal. in l.maximum uitium. 3.col.uer.præterea. C.de lib.præte.

SILENTIARII sunt idem quod consiliarii, uel secretarii principis qui silere debent & occultare principis consilia,ut ff.de minor.l.uerum. & glo. 3.l.illud C.de col.

SILIQVA secundum Isido.est uigesima quarta solidi, alii dicunt octaua, alii quarta pars unciæ, super quo uide.l.si liber. §. filium. ff. de ann.leg.& in auct. sed hodie. C. de episc.& cler. & in aucte. de sanct. episc.§.sportularum. Aliquando est cortex seu pellis fabe, & ciceris, l. frugen.§.fi.ff.de uerbo. fig.& ibidẽ gloss.

SILVA cedua est quæ ad hoc, ut cedatur deputata est, & dicitur apta cedi,quia facile succesfit.

SILVA pascua dicitur quæ pascuis pecudum est assignata.

SILVA palaris ex qua pali & pedamenta sumuntur.

SIMILITVDO est rerum differentium comparatio, secundum Boer. & quæ similitudo ad speciem, uel genus

genus referatur est glo. not. in uerbo, curam animarum in c.non potest.de præb.lib.6.

SIMILE dici non potest ubi dissimilitudo subest. 27. q.1.sicut enim & l.3.ff.de iniust. rup. & irri. test. & qualiter interpretatur hoc uerbum simile. uide capitu.olim.de uerbor. significa.

SIMONIA secundum Goff.est studiosa cupiditas uel uoluntas emendi uel uendendi spirituale, uel spirituali annexum,quod spirituale censetur, ius enim percipiendi prouentus præbendales scilicet ratione præbendæ uel prælaturæ, spirituale non est, sed annexum spirituali, scilicet canones, propter res temporales quæ ex illo iure proueniunt,ut.s.fructus.i.q.2. si quis obiecerit, sic & ius patronatus dicitur annexum spirituali propter quandam confederationem, quia cadit in laicum a quo possidetur ut c.de iure.eo.titu. Et dicitur a Simone mago, q fuit primus author huius sceleris in nouo testamento, Ipse enim uoluit emere gratiam spiritussancti a beato Petro, sic Giezim in ueteri testamento uoluit gratiã sanitatis. Naamam syro uendere, ut 4.Reg.5. Vnde simoniacus dicitur proprie emptor spiritualium. sed Giezeticus uenditor eorũdẽ. 1.q.1.studet.Et est simonia peccatum enorme respectu eius qui per simoniam beneficium acquisiuit, qui penitentiam agere non potest beneficio retento, uel dicitur enorme. i.indispensabile, quia dispensari non potest cum simoniaco nisi beneficio resignato,sicut in simoniaco in ordine contingit,ut 13 di. nerui. Et simoniacus etiam occultus in ordine suscepto qui uitiosum habet characterem.ut 1. q. 1.in quibusdam,suspensus equo ad se, & quo ad alios. i. q.i.Reperitur etiam simonia sola intentione absque pacto, uel facto committi, ut in capitu. qui studet. præalle ga.

SYMBOLVM est quadruplex,quoddã apostolorum, q secundam quosdam theologos continet 12. articulos fidei propter 12. apostolos Christi, qui in una & eadem hora instinctu spiritussancti ipsum composuerunt, unde dicit symbolum a syn, quod est simul & bolus morsellus, quia quisque apostolorum suum bolum. i. partem apposuit. Secundum alios theologos uerius est quod principales articuli fidei nostre sunt tantum 7. secundum quam tantum septem sunt dona spiritussancti, quos quilibet Christianus scire tenetur, clerici explicite, laici implicite, ut patet de sum.tri.c. firmiter, in tex. & glo. Aliud est symbolum maius quod canitur in missa, factum in synodo Nicena propter grecos qui non credebant q spiritussanctus procederet ab utroque, sed a patre tantum, de consecr.dist.5.ca.ulti.& pe. Tertium symbolum est Athanasii. s.Quicunque uult saluus esse quod canitur in primis. Quartum symbolũ est iuris, scilicet primus titulus de sum. tri.& fid.catho.ut ait Isid.7. li. ety.c.6.in quo id quid de fid. cath.& sum tri.in prædictis symbolis continetur confirmatur. & reperitur.

SIMPLEX præceptum est cum præter lit.cõte. iudex confessione partium accedente aliquid præcepit.u. gra.si quis a reo in iudicio absque libello cum instrumento debiti petat 10.& confiteatur in plano, tunc iudex sine alia cã cognitione uel commissione sibi præcipiet,ut certo termino soluat, & hoc dicitur præceptũ

& non sententia quia sententia nō dicitur nisi quando ordo iudicatus est seruatus.

SIMPLICITER, quid hoc uerbum im portet. not. per. Inn. & Host. in cap. olim. de acc. & in Spec. de inquisi. §. 3. uer. sed quid ergo. Item de hac di ctiōne uide per Bar. Io. de Imo. Ale. & Fran. de Ar. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uer. ob.

SIMPLICITER contraria dolo commendatur c. si cupis. 15. q. 1. & c. ueritatis. Et hæc est legib. amica, ut inst. de fideicom. hæred. §. sed quia. ubi Panor. in 1. not. de iureiuran. & Pan. in ca. cum dilect. quod met. cau. ubi dicit ꝙ nimia simplicitas est quædam fatuitas.

SYMPHONIACI serui erant hi quibus antiqui utebantur ut in classe classicum pugnantibus canerent ut docuit Asconius referens celeuma cani consuetum per symphoniacos seruos remigibus, & de his meminit Vulpia. in l. sed & si quid ff. de usuf. & Cicero. in li. de diuinatione. Ad hac (inquit) muliere præfectus Antonii quidam symphoniacos seruos adiiciebat per iniuriam, quibus se in classe uti uelle dicebat.

SYNDICVS est procurator uniuersitatis uel collegii pro certo sentētiario ad iudicia cōstitutus. s. qui causas uniuersitatis agit uel defendit & dicitur quasi singulorū causas dicens. Est enim syndicus græce defensor latinæ. Nam officiū eius est agere uel defendere nomine uniuersitatis causas præsentes, uel emergētes, ut ff. quod cuiusque iur. in rub. & in glo. 1. in cap. unico eō. tit. & quando dicitur causa uniuersitatis agi per procuratorem debet exponi, id est syndicum uel actorē, ut de procu. c. quia in causis. & de iur. calum. c. cum causam.

SYNODVS ex græco interpretatur comitatus uel certus, & inter cætera concilia quatuor uenerabiles fuerunt synodi quæ totā fidem complectūtur quasi quatuor euāgelia & quatuor symbola & totidem paradisi flumina. Prima nicena, 318. episcoporū a Constantino imperatore peracta, qua damnata est blasphemia Arriane per fidei de inequalitate Trinitatis. Nam secundum gloss. dicebat partem maiorem filio. & filium maiorem spiritu sancto. Secunda centum quinquaginta patrum Theodosio seniore Constantinopoli condemnans Macedonium negantem Spiritum sanctum esse Deum & consubstantialem patri, sed (secundum gloss.) seruum patris & filii. 1. q. 1. eos qui. Tertia ephesina centum. episcoporum Theodosio Iuniore quæ damnauit. Nestorium asserentem duas personas in Christo, & beatam Virginem non Dei, sed hominis tantum genetricem. Et hæc ostendit in duabus naturis unam Christi personam, & dicitur prima ad differentiam synodi ephesinæ secundæ quæ fuit reprobata. distin. 16. quoniam sanctæ. Quarta calchedonensis quingentorum centum & triginta sacerdotum sub Martiano principe damnans Euthicem Constantinopolitanum Abbatem uerbi Dei & carnis unam naturam pronuntiantem, scilicet diuinam post. resurrectione. dis. 16. capitu. sexto, & Dioscorum eius defensorem quondam Alexandrinum Episcopum, & Nestorium episcopum cum reliqui hæreticis. De his est tex. ad literam dist. 15. cap. canones. & §. sarum prior. & secundum Gregor. in capi. seq. & de eisdeam Gelasius Papa in cap. seq. De his etiam uide tex. §. suscipimus.

mus. in epistola inter claras. C.de sum.trini.& fid.catho.

SI de proprio significato importat conditionem non tamen semper significat, unde quandoq. facit dispositionem conditionalem quandoque executionem. tantum quandoque significat causam incertam quandoque certam quandoque euẽtum incertum non conditionalem quia non suspendentem, quandoq. accelerationem, & quandoq. nihil significat. Exemplum primi ibi, promitto uel lego si nauis ex asia uenerit. fit in l.itaque ff.si cer. pet. Secundi. ibi, iudex dicit do tutorẽ si satisdederat, quia sensus est ꝙ pure datur, & immediate fit tutor, sed administrare nõ debet nisi prius satisdederit. ut l.mutue. §. hanc autem. ff.de tut. ubi dicitur hãc cõditionem si satisdederit conditionem non facere ratio est uoluntas proferentis. Nã tutor a iudice non potest dari sub conditione. c.actus legitimi. de reg.iu. li.6. Etiam quia inuitus datur tutor, ergo non stabit in uoluntate sua per conditionem. Hęc iudices in decernendo solent facere iudicia sua conditionalia. Exemplum tertii. Lego titio si negotia mea gesserit. Et est aliud exprimere causam per quia, & aliud per.si. Nam per quia exprimendo falsa causa non uitiat, sed per si uitiat. l.demonstratio. ff. de cond.& demõ. nisi aliud appareret ex uoluntate disponentis. Etiam quãdoq. si capitur pro quia, ut ibi Si Deus est, quia hic subiecta materia & fides catho. habet ꝙ Deus creator est omnium certitudinaliter. Quarti quando ille euentus est de præsenti uel de præterito, ut ibi promitto uel lego si rex est Parisius uel fuit tali die ubi euentus est disponentibus uel disponenti incertus, non tamen conditionalis, quia non suspendit. Nam actus purus statim ualet uel non ualet. ut. §. fina. inst. de uerborum obl.& hic accelerationem significat etiam quandoque nihil significat, ut ibi promitto si talis morietur. arg. l.si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouatio. & delegat. quia non potest significare conditionem quæ est de euentu futuro certo. Sed quia nihil certius morte, ergo materia subiecta non patitur. Dicit tamen Bar. quod in ultimis uoluntatibus operatur conditionem, dicẽdo lego si hæres morietur, uel si Sempronius morietur non ex eo quod mors sit incerta, sed quia incertum an legatarius morietur antequam hæres uel Sempronius. allegat l.quibus diebus. §. cuidam titio. ff.de conditio. & demonstratio. ubi dicitur quod legatum tale, si mater tua morietur est conditionale Petrus dicit contra quod est purum. Et sic in text. allegato debet sumi pro cum quod significat principaliter tempus & ꝑ consequens conditionem. Item nihil significat ut ibi, promitto si uolueris, lego si hæres uoluerit. l.sub hoc. ff.de actio. & oblig. quia actus in uoluntate obligandi est, & sic nulla est dispositio uel restrictio fit nisi disponens uideatur decidere l.si ita expressisset. ff.de cond. & demon.

SI non dederis, hoc complexum sic applicatum duobus ab eodem stipulantibus uel per pactum acquirentibus dicendo. Tu promittis mihi Petro si non dederis Henrico. Et Henricus similiter dicat. Tu promittis mihi Henrico si non dederis Petro cappam tuam. Sensus huius dictionis est quod altero. Itẽ contestato deficit conditio

per alterũ apposita, & existit conditio per ipsum apposita super re sibi data, ut in l. si titius. ff. de uer. obli. Ratio est uoluntas proferentis sumpta ex hoc ꝙ ille non uult rem habere in casu in quo iste habebit. Item ibi promittis mihi stichum, & si eũ non dederis promittis mihi decem nomine pene uel loco eius significat quã si non detur stichus cũ põt dari sic ꝙ est in mora dandi existat conditio & stipulatio siue cõuentio penalis, quæ per dationem decem committitur siue purificatur, ut l. si stipulatus. §. 1. ff. de uerb. obli. Ratio est uoluntas proferentis sumpta ex hoc ꝙ stichus est in obligatione primo deductus pure, & per hoc agitur eum dari cũ poterit & promissor interpellatur date & si de aliis. Finaliter autem semper ad mentẽ dispo. nentis recurrendum est, quia sepe contingit quod una dictio uel oratio per unum capitur in uno significato, & per alium in alio, sunt ergo circunstantie attendende per quas mens proferentis declaratur, ut sunt qualitates personæ &c.

SI capitolium non ascenderis, si titio non nupseris, si nauis ex asia uenerit, hæc conditio per cautionem impletur prout testatorem uoluisse concluditur sicut conditio per illum modum deficit uel existit per quem deficere uel eximere proferens intelligit prout ex conditionis significato proprio, uel alio personali medio concluditur ex euentu uel defectu.

SI non ualet hoc iure, ualeat illo. Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum &c. Hæ clausulæ significant, si nõ potest ualere ex defectu solennitatis ut testamentum. s. ꝙ non sunt septem testes, uel non sigillauerunt; eodem contextu, ualeat iure codicillorum si sint quinq. testes, quia disponens hoc uoluit, & lex admittit. Significat ergo dictio si apposita his uerbis, uel aliis ꝙ uoluntas disponentis declarata ex uerborũ significato, uel aliis quouis modo dictat.

SI peperit, hæc dictio & applicata uerbis diuersimode significat, prout diuersimode applicatur. u. g. dicendo, si res peperit, liber esto, significat ꝙ quartus partus sit liber ut l. arethusa. ff. de statu hom. si ergo unum primo peperit secundo tres ex eodem utero, uel primo duos & secundo duos ex eodem utero, tũc qui quarto nascitur est liber, nec potest dici ꝙ duo simul nascuntur, quia natura hoc non patitur, ut in l. arethusa. præallega. Alii dicũt si nascitur masculus & femella, masculus præsumitur prænatus quia fortius, sed hoc est in contrarium, quia fœmina citius pubescit & perficitur. Alii dicunt ꝙ omnes erunt liberi. l. cum mater. §. fin ff. de fideicom. lib. sed hæc non fuit mens testatoris, ergo primum dictum melius.

SINE hæc dictio tria importat. Est n. priuatiua, negatiua, & exclusiua no. ff. de pig. actio. l. 1. §. præter. Item importat argumentum a contrario sensu. extra de his quæ fiũt a præla. sine cõsensu capituli. cum apostolica. §. fin. Aliquando includit. 5. dist. ad eius. & tempo. ordi. c. nec episcopi. & in gl. Aliquando ponitur pro non. ff. mand. l. si man dauero. §. fugitiuus. Aliquãdo pro contra. ff. de acqui. poss. l. si ex stipulatione. & plene de hac dictione, uide per Alb. de Ros. in auth. quod ius C. de procu.

SITOCOMIA. i. fames uel guerra. ut C. nemi. liceat in em. specie. in glo. rubr. uel dic sitocomia frumen-

mentaria dicitur, unde sitacomia præfectus frumentarie. Nam siton frumentum & como curo dicitur, ut habetur l.si.ff. de admini.re.ad ciui. pertinē. ubi corrupte legitur sitonias. pro sitocomas.

SIVE eueniit siue non euenerit hæ orationes de se sunt contrariorum casuum, & tamen coniunctæ signi ficant puritatem.s. quod actus qui disponitur his uerbis sit purus, & sumitur significatum ex hoc quod certum est alterum casuum euentu rum, & sic dispositio redditur pura, facit l.ꝙ si petente.§.ulti. ubi habetur ꝙ uenditio facta hoc modo siue nauis ex alia uenerit siue non est pura.ut l.si pupillus.§. qui sub conditione. ff. de noua.ubi habetur quod qui stipulatur sub con ditione omnino extitura,pura stipulatur, ut l.itaque. ff. si cer. pet. ubi conditio dicitur cum in incer tum confertur. Et sic patet quod hæc conditio non reddit actum conditionalem de per se, sed hæc oratio applicata dispositione ulti mæ uoluntatis eam reddit conditionalē,ut l. huiusmodi.ff.quando di. leg.ce. ubi dicitur ꝙ legatum hoc modo factum siue illud factū fuerit siue non est conditionale, & intellige siue non fuerit intra certum diem ne in infinitum expectetur. Et licet certum sit alterum casuum euenturum, tamen incertum est an uiuente legatario uel non, & sic incertitudo facit condi tionem in ultimis uoluntatibus facit l.1. de condi. & demon. Secus in contractu qui pure transmittitur, siue factum existat siue non,ergo contractus factus cum il le morietur non est conditionali sed in diem.l. nam si cum moriar ff. de cond.inde. Et sumitur in his significatum ex communi modo intelligendi, nisi aliud certe appa ret ex uoluntate testatoris uel con trahentium.

DE S ANTE O.

SOBRINI & sobrine dicūtur qui uel quæ ex patruelibus fratribus uel sororibus consobrinis uel amitis progeniti uel progenite sunt.

SOBRINVS propter & sobrina pro prior sunt patrui magni uel amite magnæ filii filiæ ue.& sobrinus na scitur ex sorore.

SOCER est pater mariti uxoris,in l. sicut autem.ff.de re iudi. etiam est pater uxoris mariti,ut ea.l.

SOCRVS est mater mariti uxoris. pro socer proauus, & prosocrus, proauia mariti. Societas est duorū plurium ue conuentio honeste cō tracta ad uberiorem quæstum, & cōmodiorem usum qui potest solui multis mod s,ut not.glo.inst.de so cietate.§. manat & pro hac, requi quire supra Actio pro socio, nam uera societas fraternitatem inducit ut in l.uerum.ff.pro soc.

SOLET quid importet, uide Bart. in l.1.C. quomodo & quando iudex.

SOLVTIO scđm Gof. est rei quæ debetur redditio.inst.qui.mo. tol.ob. in prin. uel large est ab obligatione liberatio. Et alia est naturalis siue uera quæ fit per redditionem eius quod debetur,alia ciuilis siue imaginaria, & fit multipliciter per nouationem delegationem accepti lationem uel compensationem, de quibus in locis suis.

SOLVENDO esse est habere unde sol uat uel soluere possit, insolidum per se uel per alium. ff. de uer.sig. soluendo, & sic dicitur quis esse soluendo. Econtra non soluendo dicitur ille qui soluere non potest.

SOLEMNITAS sumitur ꝓ actu reali,ut solēnitas stipulationis dū quis fideiubēdo se obligat interroga tione

tione præcedente, & responsione sequente .insti.de fideiussl.§.fin. Et hoc est notandū pro intellectu huius scriptum reperietur aliquem fideiussisse, quia sub hoc uerbo significatur solennitas stipulationis nisi fieret in patria tali in qua efficax est simplex promissio, similiter in autentico instrum nto si reperitur tibi scriptum aliqnem promisisse, sub hoc uerbo includitur solemnitas est stipulationis.l.1.C. de usus. & §.si ita scriptum.in.sti. de inu.stipu. Et sumitur significatum ex solemnitate instrumenti quod significat ibi contentum solemniter factum etiā ex parte notarius, quia notarii non redigunt instrumenta in scriptis publicis nisi ue actibns coram eis solemniter celebratis. Alias promissio non facit de se solemnitatē stipulationis secus de fideiussione dum saltem apparet in quantum pro quo & penes quem, alias etiam nulla esset fideiussio.l. cum de indebito. ff.de proba.§. fi.iuncta l.1.de fideiussio.& sic de aliis in quibus includitur solemnitas uel non.

SOLVS est cui nullus est contrarius. dist. 8. si solus. si solus Christus audiendi est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciēdum putauerit, ut 8.q.1. sciendum in fi.

SOLA est quæ fidei possidet meritum obedientia.

SOLERTIA.i.cautela.de iu.pat.c.lib. 6, per Arc. uel ingenii scientia uel astutia no. in l.1.§. non fuit.ff.de dolo & in l.1.C.si maior fac.

SOLVM idem est quod terra unde. Si tibi terra solū quo possunt uincere solum. Vbi primum est substantiuum neutri generis, secundum adiectiuum masculini generis, unde dicitur. Quicquid plantatur seritur, uel ædificatur. Omne solo concedit radices, si tamen egit. institut.de rer.diui. §.cum in suo.

SOLIDVM.i.firmum. Et componitur cū in ut insolidū. i.quilibet eorum per se solum, unde locū habeat in promissionibus stipulationem ualatis, quæ stipulatio accipitur per uerba futura, ut inferit insolidum sedaturos uel seruaturos.

SOLLICITVS dicitur iquietus, quasi soles & citus secundum Isid.in titu.de solicitudine.

SOLIDVS est idem quod aureus, & 82. solidi faciunt libram auri, inst. de pena teme.lit.§. fi.ff. de in ius uoc.l.libertus. Item so lidus & aureus qualiter accipiantur in iure, & quot solidi faciant libram. Panormi.in c.conquerente, de offic. ordi.ubi Fely.

SOLIVM latini greci tronum uocant & est locus in quo reges sedent.c. quorūdam.& ibi Arch.de ele.in 6.

SOLVTVM matrimonium dicitur siue morte siue diuortio.l.cum quę rebatur.ff. de uerb.sig. & l.si quis ff.solu.matrimo.

SORS est ars diuinandi. Diuinatio aūt proprie in malo sumitur. Idem ēt sors idem est quod sortilegium, ut extra de sorti. Item sors est portio hæreditatis eo ꝙ per sortes solent distingui hæreditatum portiones. de preben.cū secundum Apostolorum 21. dist.cleros Sumitur pro fortuna, uel euentu.26.q.2. sors. Item pro capitali capitur, ut de usur.c.1.& 2. de hoc uide gl. in prohe.cle.in uerbo sortis.

SORTILEGIVM est quando aliquid per creaturam diuinatur. Et species diuinationis numerantur. 26. q.3. igitur et eadem cau.q.5. epi.& c.nec mirū ēt oīs diuinatio quocunq. modo fiat & qualitercū que uocetur est prohibita, et damnata,

nata,ut 26.q.5.per totum.

SORTILEGI uel fortilegiste sunt diuinatores, uel isti quo sunt nomine fide religionis per quasdã quas sanctorum nec apostolorum uocãt sortes uel diuinationes sñiam uel scientiam profitẽtur, siue dominationis aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt,ut 26.q.c.1.

S O T V LARES dicuntur, quasi subtalares a sub & talo.Et alias sabbati genus calciamenti, ut in c.ne in agro de statu mo.

DE S ANTE P.

SPADO quis uide.ff.de excu.tut.l.spadonem.& inst.de adop.§.illud & uide supra in uerbo castratus.

SPADO carens utroq. testiculo non põt contrahere matrimoniũ, secus si caret uno testiculo tantum,Pan. in ca. quod sedem.de frigid.malefi.

SPECTACVLA sunt quæ fiunt in loco ubi ludebant tragredi & comedi, ut dicuntur græci & habetur in aut.de consulibus. Et spectaculum prohibitum est prout importat effusionem sanguinis.C. de gla.l.1.li. 11. & l. legatum.ff.de usu.& usuf. Sed ludi permittebantur ad letificationem populi, ut comedie & similia.l.1. secunda & tertia. C. de sepul.lib.11.

SPECVS est altus locus supra terram per quam ducitur aqua.ff. de riuis. l.1.§.specus.Item ponitur pro fossa qua colligitur aqua, & est ampla & rotunda.ff.de aqua plu.a:c. i. supra iter.ibi.glos.ponit differentiam inter specus & cuniculmu, uide supra in litera.C.

SPECIES significat terminnm significationum plurium differentium numero,ut homo,ille terminus significat omnes homines inter se differentes numero,quis terminus homo significatur hoc nomen species prout est unum de quinque prædicabilib.Sed secundum legistis sumitur species quanddque pro indiuiduo, ut secus Sticus,fundus cornelianus dicitur species prout ex significato suo uel quouis alio medio concludit proferente significare uoluisse, ut si dicat testator. Titio lego omnes seruos meos, seio lego stichum ibi seius in sticho præfertur l. uxorem. §.felicissimo ff. de legatis 3.nam species expressius legatur quam genus &.legatur speciei præualet, & aliquid significat, & operatur. Similiter ibi lego titio unum de seruis meis, seio lego stichum. seius in sticho præfertur l. cũ ita. §.1.ff.de optio. & cle. leg.non obst.l. si haberes.§. 1.eo.titu.quia ibi optauit de facto. Sed ibi lego tibi fundum Sempronianum seio eiusdem fundi usum fructum. Seius in usufructu nõ præfertur, modo inter utrunque communicatur. l. si alii.ff.de usufructu lega. Sed si iudex diuidendo dicit Titio assigno feudum Semproniano Seio eius usumfructum, solus Seius habet usumfructum,l. & puto.§. 1. ff.famil. ercifcun. Ratio est uolnntas iudicis sumpta ex natura diuisionis qua agitur recidi. a communione. Nam si usufructus remaneret communis non fieret diuisio, nec recederetur a communione. Et hæc diuisio & sententia iudicis esse euidenter iniqua, qua in fundo eque uni adiudicaretur tota proprietas, & cum hoc pars usus fructus ideo sumitur intellectus talis quod unus sit proprietas, & alterius ususfructus, qua hic nulla apparet inequalitas, Item ibi testator legat omnes seruos cuidam nõ capaci, puta deportato. & Stichum seruum Titio capaci. Titius habebit Stichum, nec de-

derogat legato generis per legatũ speciei, quia legatum generis nullũ est ipso iure, & sic ei non derogatur, ut l.nam & si.ff.de iniust.rupt. & irri.testa. ubi quod nullum est, rumpi non põt. Item ibi papa, concedit gratiam alicui ad primum beneficium uacaturum in prouincia, alii ad primum uacaturum in diocesi, et prior profertur ad primum uacaturum in diocesi propter ius Jacquisitum priori cui papa per secundam gratiam non uult derogare, nã papa specifice nominat diocesim ab ipsius gratie restrictionem ut in illa diocesi gratia tantum habeat effectum. Etiam quia hęc gratia põt habere effectum absque hoc quod deroget gratie generali, secus in legatis ubi omnes serui uni legatur, & alteri stichus legatur, quia nisi derogetur legato generis, legatum specie non habebit effectum, & nihil operabitur.

SPECVLATORES proprie dicuntur præsides prouinciarũ.l. 1. C.de priua. carce.& ordinariorum.C.de cohabita.lib. 12 & eorum auctoritas est magna.Pan. in c. suspicionis de offic. delega.

SPECVLVM quasi exemplum est cap. enimuero 19.di.unde ecclesia Romana est speculum aliarũ,ut d.c. enim uero, & est speculum secundum Archi.in §.ecce 36.dis.

SPECVLARII inter artifices nominãtur.l.1.C.de excu.mune.lbro 10.

SPERANT.i.putant inst.quib.ex cau. manumit. non licet. §. in fraudem uersic. sepe.

SPOLIATIO est posseesione rei immobilius uiolenta & iniuriosa deiectio, uel rei immobilis ablatio dicitur uiolẽta quia si quis sponte possessionem suam renunciauerit uel abiurauerit, locum non habebit spoliatio.& per consequens nec restitutio, nã restitutio spoliatorũ est ablatorum in iudicio redintegratio. Et quia credendum est canones loqui sano intellectu, spoliatus intelligitur in casu quo criminaliter accusatur qui tota sua substantia, uel maiori parte ipsius super uiolentiam destitutum affirmat, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis non opponere debemus. Habet.n. spoliatus priuilegium ut non possit exui iam nudatus, ut est tex.in c.frequens, de restit. spol.lib.6.unde. Cantabit uacuos coram, latrone utator.uide Goffred.in sum.de restit. spol. ubi prædictam diffinitionem spoliationis subtiliter declarat.

SPONSVS & sponsa sunt qui inter se de futuris nuptiis promittunt per uerba de futuro, a spondeo sic dicti id est promitto, ut l. 3.ff.de sponsa.

SPONSA dicitur etiam quam pater spondet alicui futuram sponsã uxore.ut l.2. ff.eo.tit.

SPONSALIA sunt futurarũ nuptiarum conuentio & repromissio. ff. eo.tit.l.1.30 q.5.nostras & ita iste consensus est de futuro matrimonio. consensus uero nuptiarum est de præsenti matrimonio. Sed dicit placẽ. eundẽ esse cõsensum spõsaliũ & nuptiarũ.Sponsalia, autem dicta sunt a spondeo, nam moris fuit ueteribus stipulari & spõdere sibi uxores futuras, ut l.2.ff.eo.titu.& inde spõsi & sponse appellatio nata est, & certe stipulatio potest interueni re sed non necessaria.& nota ꝙ spõsalia dissolui possunt pluribus mo. secundum Ioan.Andr.in trac.super quarto decretali, & not.super rub. de sponsa.

SPONSALITIA largitas dicitur qđ dat sponsus sponse, sine animo tamen recompensandi, sed omnino gratis

gratis uel econuerso. Et ista donatio dicitur contractus de iure ciuili. Et illi sunt quatuor scilicet stipulatio literarum obligatio contractus emphyteoticus, & sponsalitia largitas, ut in §.ius autē gentium. institu.de iur. natur.gent. & ciui.in glo.super uerbo pœne.

SPORTVLE sunt salaria apparitorum, uel secundum Azo. C.eo.titu. forte apparitores ista non sibi, sed pro fisco recipiebant, & illa reponebantur in sporta uel in aliquo simili uase, ut corbe, in quo cō sueuerunt aliqua portari, & ita sub tuta custodia fisco conseruabātur, & sic continentia ponuntur pro cō tentis, ut C. de spon. & sum.in rubro & nigro. & l.12.

SPVRCA est aliquod turpe per quod aqua turbatur scilicet apud trebatium.ff.de aqua. plu. ar.l. si seruus seruum.§.inquit ad l. aqu.l. & l.1. §.1.ff. de extraordinariis crimi.

SPVRIVS est filius ex incestuosis nuptiis natus, & dicitur a greca uoce sporandin, qd' est uulgo cōceptus, uel sine patre nomen sumpsisse, ut ff.de sta.ho.l.uulgo concepti. Vel est natus de concubina, ut de. renun.c.nisi cum pridem. §. personæ uero, in glos.quæ distinguit nothum, spurium manserem, & naturalem.

SPVRII qui dicantur, uide Pan. in c. tanta.in pe.col.uersic. quidam sunt filii spurii qui filii sunt legi.

SQVALOR est infectio propter multitudinem carceratorum. l.si quis. C.de cust.reor.

## DE S. ANTE T.

STATVA secundum Pap. est simulacrum, idolū imago. Et est differentia inter statuam & imaginē, quia in statua nihil est quod non designet effigiem hominis, in imagine, est pictura sola, & multe partes quæ non designant membra hominis, ut dicit glo.super rub. C. de statu. & Ima.& Azo.in sum.C.eo.tit.

STABVLARII dicuntur qui aduocatis hospitibus & stabulariis præponuntur, a stabulis sic dicti. Qui uero sic receperunt, hospites, & qui fine equis uocantur caupones.

STALLVS in choro & locus in capitulo censetur de partibus beneficii canonicalis. Pano.in c.cum inter.in 1 col.de renuncia.

STATIONARII dicuntur milites qui ut alicubi teneant stationē sunt constituti. Possunt etiam dici librorum uenditores quia stationem faciunt pro libris uendendis. Item dicuntur eleemosinarum quæstores in c. cum ex eo de pe. & remiss. ubi prohibetur talib. prædicare & ponitur ibi forma de uerbo ad uerbum eorum quæ tales dicere debent populo.

STADIVM est octaua pars miliaris Italici, quod (ubi historice refertur) Hercules uno anhelitu currebat, & postea stabat, & est spatium centum & triginta passuum secundum Azo.inst.de rer.diui.§.uniuersitatis.in gl.uer.stadia.

STATORES sunt nuncii uel apparitores magistratuū, qui reos in ius uel in carcerem ducunt, l.obseruare.ff.de offi.proconsu. & lega.licet alibi mendose legatur strators. uel in ea.ff.ex qui.cau.ma.

STATVS est cōditio hominis in qua ut plurimum potest.ut ait Pla.

STATVRA libertas est libertas concessa sub conditione, ut dicendo, lego seruo meo libertatē, si nauis ex Asia uenerit.l.1.ff.de uer.obli.

STATVIMVS bene significat sententiam diffinitiuam, ut cap. in his.de uerb.sig.& importat cōiter nouum ius

cus decernimus,& innouamus, ut in c. decernimus, de iud.& in c. innouamus, de tre.& pa. Nam decernimus discussione dubii innouamus antiqui iuris renouationem & statuimus noui iuris promulgatio nem importat.

STATVM est ius ab homine positũ uel dispositio ex qua ius producitur. inst. de iur. na. gen. & ci.& significatur ius statuti ex uerbis in statuto positis, quæ significant quod sonant, aut strictius, aut extẽsius, uel aliter prout obscuritas eorum declaratur suo quouis modo probabili concluditur. Nam in quibusdam statutis uerba clare sumuntur in suis propriis significatis nõ restringendo, nec extendendo, ut ibi statutum imperatoris dicit ꝙ iudex qui dimittitur ab administratione nõ soluat pecunias usure ab eo debite, nec ab eo exigantur, nec a fideiussore. l. constitutionibus. ff. ad mu.&c. Quandoque autẽ restringuntur uerba statuti ut ibi statutũ est ꝙ si uir manumiserit seruũ dotalem de uoluntate mulieris, teneatur mulieri solu. matrimonio resti tuere quicquid peruenerit ad ipsũ a liberto,& etiam hæres eius si ad ipsum peruenerit in quo statuto solum comprehenditur uir & hæres eius sed nõ socer pater uiri. l. si uir. §. de uiro. ff. sol. matri. Quandoque significat extensiuẽ, v. g. statutũ est ꝙ conductores domorum habitent in illis,& non conducant aliis, nec alios secum in domo cõducta pro pretio uel gratie teneant uir conduxit domũ taliter, certe extenditur ꝙ potest inhabitare cum uxore & familia sua tota, nec facit cõtra statutum, ut l. si ita stipulatus fuero. ff. de uer. obli. Bart. hic decidit hanc qõ, statuto cauetur ꝙ quicunque fecerit, effundi sanguinem in palatio, capite plectatur, barbitonsor phlebothomat aliquem, an incidat in pœnam. Et dicit quod non, quia statutum intelligitur quicunque iniuriose &c. Etiam pœna non debet imponi nisi pro delicto, sed barbitonsor in tali non committit delictum agitur &c. nisi appareret de mente statuemus ꝙ uellet prohibere de se licitum, puta effundere sanguinem etiam licite per phlebotomiam, propter loci honestatem, nam tunc bene staretur uerbis statuti, & sic contra faciens incurreret pœnam damni, & non lucri appositam. Si statutũ uelit prohibere de se licitum, in dubio non est tenẽdum nisi clare hoc pateat. Et prædicta intelliguntur de extensione uel restrictio, ultra quam uerba significant de se. Si autem uerbum plures habet significationes tunc illa eligitur quam eligendam significatu uerbi declarat, ut quando lex dicit naturales filios esse in potestate patris intelligitur de naturalib.& legitimis, q̃a aliis legibus declaratur ꝙ filii naturales tantum non sunt in patris potestate. Et not. quod significatio propria uerbi dicitur illa in quo communiter capitur ipsum uerbum ut in l. labeo. ff. de suppel. le. Item statutum imponens pœnã pecuniariam pro adulterio uel homicidio, pro quib. est pœna mortis de iure communi utrũ ualeat. Archid. in c. duo ista nomina. 23. q. 4. & in c. fi. ne cleric. uel mona. lib. 6. Host.& Ioan. An. in c. fi. de consue. decidunt ꝙ non ualet, quia constitutio debet esse iusta equa & uniuersalis. iiii. distin. c. erit autem lex sed ista est iniqua, quia per quam datur occasio facile delinquendi. l. si unus. §. illud uero. ff. de pac. c. quemadmodum & c. & Christus.

uer.

uer.quædam. n. de iureiur. Nihil enim magis apperimus quam sat u rare uoluntatem nostram cũ possu mus. Cum ergo quis scit se pro ho micidio moriturum. citius facit nec suã culpã pertimescit cum sperat posse redimere eam Bal. solus apud legiltas. capit. 1. §. iniuria de pa. iu. fir. in usi. feu. dicit sine allegatione hoc statutum inualidum esse quan do ponit pœnam pecuniariam par uam, & sic con emptibilem, alias secus & nihil allegat. Sed Lud. de Rom. probat per tex. in §. pœna in stit. de iureiuran. ubi dicitur quod uidua erat lex 12. tabu. olim quæ ꝓpter delictum imponebat pœ nam pecuniariam & hoc propter magnam ueterum paupertatem. Item intelligat gl. dicentem; Qui rustico aufert portum aufert sibi oculum. l. illicitas. ff. de offi. p æ- sid. Item rustici non audent opta te pecunias in comitatu florentino l. domini prædiorum. C. de agri. & cen. lib. 11. Item statuta communi- ter fiunt quod qui steterit in ciui- tate p tot annos efficitur ciuis ꝙ si non steterit continue, sed pro maiori parte tpis, an locũ habebat statutum tex. est singularis in l. cũ delanionis. §. sabinus. ff. de fun. in- struct. & instrum. lega.

STRAGVLA uestis est l. uestis §. 1. & fi. ff. de au. § arg. leg. l. 1. iũcta. l. se. & l. q̃situ. §. sed si fundus, ff. de fun. inst. & in parab. Solomo. ca. fi.

STATVTVN sin lex puniens unum delictum, & præsupponens aliud non ualet illud in quo non uerifi- catur delicti & præsuppositum. gl. unica in l. mancipia. in uerbo aduo candum C. de ser. fugi. uer. g. statu- tum dicit, turbans aliquem in pos- sessione puniatur pœna centum, & restituat possessionem punit. n. tur bantem, & ꝓsupponit possessionẽ iniustã, si ergo quis nõ abstulit pos sessionem nõ puni ur pæna statuti per hoc dicit Lud. de Ro. ꝙ lucra tus fuit sex florenos. Itẽ rome erat statutum ꝙ quicunque nõ exeque retur disponem defuncti intra an- num priuaretur omnib. beneficiis suis, & excõicaretur, & statim re- stituere bona testatoris, iuxta c. si hæredes de testa quidam relictus executor ex testamento, nunquam habuit bona in posse. suo, sed erant pænes hæredem, non fuit executus intra annum, & cum fuisset benefi- ciis priuatus & excõicatus. dicit Lu. de Ro. se determinasse qui male uerat excõicatus, quia præsupposi tum statuti. s. ꝙ habuerit bona in posse suo non uerificabitur in. eo. ubi dicit hoc bene notandũ. Itẽ sta tuti cã cõpromitti nõ põt casus ẽ. in l. non distinguemus. C. de libe- rali. ff. de arbi. & c. cã. de in integ. rest. Põt de ea incidẽter cognosci. casus singularis in gl. 1. cum propo nas. C. de reb. cre. quia idẽ est in ar bitro quod iudice. de qui. in l. quo ties. C. de iudi. Item statutum pro- hibet habentem unum offm̃ acce- ptare aliud, sic acceptat pæna ha- bet ut careat acceptato, & priue- tur officiis & solatio primi, text. singularis est in l. q̃ squis. C. de co ha. prin. li. 12. & ibi p Bar. Item sta tutum est quod credatur testibus deponẽtibus de crudelitate, an ua leat? dicit Host. & dominus Anto. de But. in c. 1. de appell. quod non ualeat. De hoc secundum Lud. de ro. in l. 1. ff. de uentre inspic. & in l. quid tamen. ff. de arbi. plene per dominum Ant. in c. quoties. ff. de teste. ubi nõ ualet dictum per uer- bum credo. Item statuta ciuitatis iudex seruare iurat. Quæritur an iudicans cõtra statutum continens id quod ius cõe sit periurus? & re-

cidit

uidit in hoc an statutum continens in quo l ius cōe, sit ius cōe municipale Bald. in l. 2. ff. de constit. princ. dicit esse casum singularem in l. magistratus. ff. ad muni. & dicit Lud. de Roma. hoc nescio extendere. Item statutum prohibet aliquādo ne doctores salarii uadant ad allegandum seu aduocandum, & si faciun- debent deponi a matricula aduocatorum, & priuantur salario illius anni, secundum Bald. singulariter in l. placet in fi. C. de episc. & cleri. imo dantes licentiam doc. stipēdiariis reipu. aut armigeris (cum non possunt, qa eorū officium ad hoc non extenditur) ut uadant ab balnea naturalia, uel alia loco similia, salariū illius tpis quo licentiam dederunt ipsi officiales de proprio soluere tenentur, casus est singularis in l. per hanc. C. de eroga. milita. an li. 12. scdm Lud. de Ro. Itē no. quod in statutis cōiter locū habet argm̄ a contrario sensu, hoc tñ est limitando nisi argumentum illud sumatur ꝙ statuentes in pœnam inciderent, tūc. n. non ualet, ut est gl. in cle. 1. super uerbo facere & c. exquisitus, de usuris.

STELLIO dr̄ qui animo inconstans, & uarius est uerbo uel facto uel q rem aliquam obligauit alicui, & deinde impignorat alii non facta mentione de primo generaliter quod in his criminalibus causis dicitur dolus, in ciuilibus dicit̄ stellionatus. Stellio. n. proprie est animal uariis maculis plenum, & uenenatum simile lacerte, & est corpore pictum lucentibus guttis, uide hoc supra crimen stellionatus.

STICHVS est nomen proprium.

STILLICIDIVM quid sit uide inst. de serui. §. item prædiorum.

STILVS aliquando opponitur. i. dispositio. C. de sac. san. eccl. l. 1. Item quo differt ab usu uel consuetudine ui de. ff. de legi. l. de quibus, & Ioan. And. in no. in c. fi. de consuetudine.

STIGMA est signum uel instrumentum q brachia fabricantium signabatur, cui erat impressum nomen imperatoris facies uero eorū non figurabātur. ut l. si qs. C. de pe. secundū Io. an. i c. si iudex laicus. de sē. excō. li. 6. in gl. uerbi agnoscitur.

STIPES est persona a qua alii originem ducunt.

STIPVLATIO est firma uerborum conceptio qua quis aliquis se facturū daturū ut ꝑmittit alteri sup hoc ipsum interroganti, & dr̄ a stipulo græce, quod est firmiū latine denominatur etiā a stipite. Cōstat aūt stipulatio ex interrogatione ꝑmissa & rñsione subsequenti quemadmodum contradictio, ex affirmatione, & negatione, hoc modo promittis uel dabis mihi decem. promittā uel dabo tibi. Quandoq. dicitur stipulatus ille qui promittit per stipulationē passiue. uel sic stipulatio est solēnis promissio facta interrogatione precedente, & responsione sequente. Et omnis stipulatio dbet fieri aptis uerbis, ut no. gl. insti. de uerb. obl. §. in hac.

STIPVLATIONVM alia ē pura alia conditionalis, & alia in idem.

STIPVLATIO pura est quæ nec fit sub conditione, nec in diem, sed pure ut dicendo dabis hoc? dabo.

STIPVLATIO cōditionalis habet fieri sub conditione hoc modo promittis mihi dare cētū si nauis ex Asia uenerit? et rñdens promitto.

STIPVLATIO in diem fit hoc modo, dabis mihi decem in calendis Iulii & respondeas dabo?

STIPVLATIO aquiliana est quæ nouat oēm contractum, ut sic, quicquid mihi debes ex quecunq. cā. idē mihi promittis? si. n. ex mutui datione

tione mihi debitor sic, uelimq. acceptū ferre. i. per acceptilationem remittere non poterit res expediri nisi p obligationē q in rē cōtrahitur. Require supra Aquiliana actio.

STIPVLATIO prætoria ideo dicitur quia a mero prætorio officio pficiscitur. inst. de diui. stip. §. prætorie & harū stipulationū prætoriarū uidentē esse tres spēs. s. iudiciales, cautionales & cōes. Iudiciales eas dicimus quæ pp iudiciū interponuntur, ut ratum fiat, iudicatum solui, & ex operis noui nunciationes. Cautionales sunt quæ instat actionis hēt, & ut fiat nouatio inter cedunt, ut delegatio stipulatio & de tutela, & ratam, rem haberi & damni infecti. Cōes sunt stipulationes quæ fiunt iudicio sistendi causa. Et oēs stipulationes natura sui sunt cautionales, hoc. n. additur in stipulatiōib. ut qs cautior sit & securior interposita stipulatione.

STIPATVS. i. uallatus, fulcitus secūdum Ioā. And. in cle. pastoralis uer. notorium, de re iudi.

STIPVLVM ueteres firmū appellabāt forte a stipite descendens secundū Iustinia. in §. 1. de uerb. obli. insti.

STINARII dicuntur amatores, idem dicuntur carnearii.

STRATVM dicitur generaliter oē genus uestis uel omne indumētum, ut ff. de uer. sig. l. stratum alias instratū, sed magis proprie uestes cubiculares dicimus stratum a sternendo. Etiam uia publica strata dicitur.

STRATORES ét a sternēdo dicuntur quia custodientes in carcere reos cōdēnatos puniebāt uel stratores dicūtur esse isti qui stabulis uel equis stantibus in eis præsunt. Et dicūtur a stratorio. i. stabulo secūdū Accu. C. de strato. lib. 12. in rub.

STVDIVM (ut dicit Azo.) est uehemens & assidua ad aliquā rem agendam cum summa uoluntate occupatio ex qua uolūtate labor in opus defertur, & perdit laboris tedium uersus in oblectamentum.

STRENA est domum factum in calē. Ianua. C. de aduo. diuer. in l. laudabile. & 22. dist. legatum episcopi.

S T R E P I T V S c. clamor uel tumultus, extra de cle. c. quorundam in prin. li. 6. per Arch. & dr̄ quandoq. uocatio. l. 2. C. de epi. & cle. & de causis commissis sine strepitu & figura iudicii. cle. sæpe. & ibi plene per Ioann. And. de uerbo. signifi.

STREPITVS iudicialis extra de fer. c. ult. & uide C. de fal. l. ubi.

STRICTI iuris quot modis dicatur uide C. de iur. l. placui. & per Arch. de appel. c. fi. lib. 6.

STVDIVM literale & latinū olim tm̄ erat Romæ & Constantino. in aliis aūt locis non nisi ex priuilegiis, ut C. de stu. li. in rub. & uigr. l. 11. & in prohe. fforum. §. hæc āt tria. hodie imperio scisso studiū in multis locis fit, & maxime Bono. q legalis studii obtinet monarchiā. Sed utrū in festis & diebus dñicis liceat studere. Io. An. dicit q sic dum studiū fiat sine solemnitate, non pp lucrū, cū non sit opus seruile, sed cum solennitate, puta in publicis scholis non licet. An. de Bu. dicit q cā consilii dandi ubi necessitas suadet s. quia cā est tpe peritura, uel de loco longinquo, tunc licet studere ét ad lucrum, alias non, nec scientiis posītiuis quæ ad lucrum uel honores tēdunt, sed in theologia & speculatiuis sic, addit Pan. etiā in iure cano. cum sit theologia practica, quia talis laborat in uinea dñi & efficitur per hoc speculatiuus, & abstrahitur a uitiis. non autem cultus diuinis uel officiū per hoc prætermittitur. Sanius. n. est maioribus studere & mentes occupare, quā

otium insequi, uel in larius uagari, imo melius esset domi manere, quã festa ecclesiarum propter dominus uisitare, ut no. c. 1. de fer. & c. odi & proieci festiuitates uestras. 24. q. 1. ubi etiam uidua quæ in corbonam duo minuta posuerat, a Saluatore omnibus præfertur, quia dominus non ea quæ offeruntur sed uolunta tem offerentium respicit. Studeat ergo diligens scholaris diebus feriatis, & aliis, quia non sufficit diu fuisse in studiis, sed bene & laudabiliter uixisse commendandnm est 11. qõ. 2. gloria episcopi, in fin. Nec aliquis repete summus, de pe. dis. 2. §. hæc quæ de charitate, & gloss. in c. cum ex literis, de in integ. restit. Et non potest quis modico tempore multum addiscere. 68. di. §. 1. quã uis ingenium in bene studentibus interdum suppleat tempus 77. dist. monachus, ubi dicitur Morum hoc doceatur habere ꝓbitas, quod prolixior consuetudo non contulit. Aduertat etiam dictum iurisconf. ff. de fideic. lib. Ber. in l. apud Iulianũ, ubi dicit. Si unum pedẽ tenerem in sepulchro adhuc q̃dẽ discere uellẽ.

STVDIVM literarum an possit esse in uilla uel castello. Pan. in cap. tuæ, de cleri. non resi.

STVPRVM est illicita uirginis defloratio, quamuis in uidua committi dicatur, nisi sit meretrix uel illicita concubina secundum. ll. ff. de cõcu. l. in cõcubinatu, in fi. Itẽ cõmittitur in pueris. ff. ad iul. de adul. l. stuprũ.

DE S ANTE V.

SVARII. Require supra porcarii.

SVASIO accipitur in bona parte, uel in mala. ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere, & C. de fur. & ser. cor. l. si quis.

SVB aliquando exponitur. i. post, de interdi. & releg. l. 1. aliquando. i. coram. C. de iureiur. l. generaliter. §. fi. Item sub qualiter ponatur, nota. in l. mathematicos. C. de epis. audien.

SVBARRATIO fit per annulum datum sponsæ sine aliis uerbis, fit et aliis modis, ut no. in c. si quis uxorẽ. 26. q. 2. & in c. fi. de despõ. impu.

SVBHASTATA id est præcõmunicata. l. ordo. C. de exec. rei iud. & de subhastatione habetur in auc. hoc ius porre. C. de sacros. eccl. & qualiter fiat, uide Spe. in tit. de emptio. & uend. §. 4. uersi. hoc quoque & per Bar. in l. licitatio. ff. de pub. & in l. si tempora. C. de fid. instru.

SVBDITVS proprie dicitur ratione domicilii, glo. est in clem. unica, in uer. subditos de for. compe. & uide Panormi. in cap. 3. de appel. & in gl. in cap. nuper, de sent. excom. & glo. id est in c. statutum. §. cum uero, de rescrip. lib. 6.

SVBDIACONI dicuntur qui subiacent officio & præceptis leuitarum cap. cleros. 21. dist in. & eorum officium est calicem & patenam ad altare deferre & leuitis tradere. cap. perlectis. 25. distin. nec debet aliquis ordinarii in subdiaconum nisi pro missa cantãdo. 38. dist. §. ecce. & ca. 2. seq. & tempore apostolorum subdiaconatus non erat ordo facer. c. nullus. 60. distin. hodie secus, cap. a multis, extra de æta. & qualitat.

SVBIECTIVVM est de natura subiũctiui. Fel. pulchre, in cap. ad hæc de rescriptio. & c. 1. post princip. de testa. cog.

SVBSTANTIVVM reuertitur ad adiectiuum, ut ratio uindicta, id est rationabilis uindicta ff. de offi. pro consul. l. obseruare. §. proficisci, & aqua pluuia, id est pluuialis. ff. de aqua plu. arcen. l. in prin. item substantiua duo copulatiua quandoque resoluuntur in adiectiuum, & alterum ex ipsis duobus substantiuis, ut ius acceptans, uiolenta potestas. ff. de tut. l. 1.

SVB-

SVBGRVNDA est una pars tecti uniuscuiusque domus quæ incumbit extremis capitib. tignorum tectualium. ut ff. de his qui deie. uel effude. l. si uero. ff. pretor ait. & alias dicitur subgrundia uel subgrādia.

SVBROGARE est aliquem in locum alterius substituere uel cōstituere, ut officiales uel iudices alios subrogant. Et potest scribi, r pro b cō mutando ut surrogare.

SVBORNAtio est informatio facta ꝑ aliquem de ueritate tacenda & falsitate dicenda, secundum Guil. de mon. Lau. in cle. testi. de testi.

SVBSIGNARE est subscribere, ut testes in chirographo solēt signare, & quasdam notulas subscribere. Et quando subscribens se consentire dicatur, & quando non est bona gl. in c. presbyterorum. in uerb. subsc. i ꝑferit. de reb. eccle. non alie.

SVBSTITVTIO est secunda cōditionalis institutio, quia institutio dr̄ primus gradus, & substitutio secundus. Et licet subſtõnes in infinitum de uno in aliū possint procedere, tamen oīs institutio post primā dicitur substitutio & secūdus gradus sicut secunde nuptie dicuntur oēs quæ sequuntur primas. Et diuiditur, quia substitutionum alia est directa, alia obliqua. & nota differentiam inter uerbum directū, & obliquum & commune. Vnde directum est quod significat, ut ille cui relinquitur, uel in quem disponitur sua manu recipiat, ut est uerbum insti tuo, ut patet. ff. de here. instit. Item illud heres esto, ut ibidem. Item accrescat, similiter uerbū capiat, uel accipiat, sed uerbum obliquum est quod significat ut ille in quem disponitur uel cui relinquitur de manu alterius accipiat, ut est uerbum restituo. facit l. restituta. ff. ad treb. & per tot. titu. Item uolo. & quando per fideicōmissum pars hereditatis est restituenda. l. pater filium. §. fi. ff. de leg. 3. Icē uerbum rogo &c. sed uerbum cōmune est, quod utranque significationem habet, siue de manu sua, siue de alterius quis recipiat, ut est uerbū substituo, sicut in l. centurio. ff. de uul. subst. Habet enim quandoque directam significationem, quandoque obliquam.

SVBSTITVTIO directa dicitur cum nullo mediante quis capit hereditatem deficientis, & directe efficitur heres ipsi testatori qui instituit eum insti. de uulg. subst. §. quo casu. Et hæc subdiuiditur, quia alia est uulgaris, alia pupillaris, alia exēplaris, alia breuiloqua, siue reciproca, alia compendiosa.

SVBSTITVTIO uulgaris dicit̄ quia uulgo & a quolibet fieri potest, dum tamen hic testamentum facere, & ille ex testamento capere possit. Et hoc diuiditur, quia quædam est uulgaris expressa. Et quædam tacita. subst i. uulga. expressa est quæ fit, uel bis negatiuis expressis, hoc modo. Titius heres esto, & si ipse heres non sit uel erit Seius heres esto. i. fit sic. n. instituo mihi Titiū heredē, ut si ipse noluerit uel non potuerit esse heres Seius. Substitutio uulgaris tacita fit per uerba affirmatiua, ueluti cum hō miles puberem et impuberē heredes instituit, & cōi uerbo eos instituit, hoc modo, si impubes & meui pubes heredes estote, uel sunto, quos unanimiter inuicem substituo, uel sic & in idem redibit, puberem seium, & impuberem meuium hæredes facio, & eos sibiinuicem substituo. ex qua substitutione colligo quod si unus non fuerit heres, uel si unus moriatur alius insolidum sit. & dicitur uulgaris,

quia fit a quolibet de uulgo, siue ĩ potestate siue non. Et dr̄ tacita qa puberem tacite uulgariter impuberi substituit, quæ substitutio magis esset pupillaris, nisi propter adiunctã personã, sed in milite talis substitutio pupillaris ẽ pp priuilegiũ militis. Quæ substitutio quantũ ad puberẽ uulgaris est, quantũ ad impuberẽ pupillaris, qm̄ si pubes hæreditatem adeat pro parte sua, non euanescit substitutio prius facta, sed si impubes hæreditatem adeat priusquam expleuerit pubertatem, euanescit, unde sub expressa pupillari continetur tacita uulgaris. ff. eo. tit. l. nam hoc iure.

SVBSTITVTIO pupillaris est quæ soli pupillo & impuberi fit, & est etiam duplex alia expressa alia tacita, substitutio pupillaris expressa fit, hoc mõ & iste filius meus impubes hæres esto, & si hr̄s nõ erit, aut si hæres erit, & intra pupillarũ etatẽ decesserit, ille heres esto, uel sic ĩstituo mihi heredẽ. T. filiũ meũ pupillũ, & si ñ erit heres, aut si primus heres & intra annos pubertatis uel in pupillari etate decesserit, substituo, ei seiun. hæc dicitur expressa substitutio, quia in ea oĩa uerba exprimũtur quæ exprimi oportet.

SVBSTITVTIO pupillaris tacita est hæc, filius meus ĩpubes heres esto, & si ille non erit, iste heres esto, uel sic quisquis mihi heres erit, sit heres filio meo. hęc dicitur tacita, qa uerbo quedã nõ expressa hic tacite subintelligũtur, quæ exprimuntur in expressa substitutione pupillari. Nam per hãc tacite intelligitur ꝙ si filios decesserit in pup. etate, il le qui erit heres patri, erit heres filio. Et debentur ille pupillares substitutiones solis pupillis potestate parentũ existentibus & ab ipsis parentib. fiunt. per ꝙ euidenter patet quod nõ a matre, sed a solo patre fiunt cum mater filios non hẽat in ptãte. Sed nunquã substitutus ex pupillari expressa repellitur a matre pupilli, & substitutus ex tacita repellitur a matre pupilli, & succedit ipsi pupillo mater. Item quo est substitutus ex pupillari substitutione fit heres ipsi pupillo, ille uero qui est substitutus ex uulgari, fit heres ipsius testatoris. Item pupillaris tacita intelligitur esse uulgaris expressa, qua mater substituitur pupillo, & hoc propter priuilegium matris. Item eo modo quãdo quis pupillo, uel alii substituitur propter adiunctam personam.

SVBSTITVTIO cõpendiosa est quæ fit sub uerborũ cõpẽdio, quæ uerba in pupillari expressa sunt prolixiora, ex hoc dr̄ cõpendiosa. & hẽt fieri hoc mõ. instituo titium filiuṁ meũ mihi in heredẽ, & qñcunq. decesserit sine filiis, substituo ei seiũ uel sic. Iste filius impubes heres esto, & quocunq. tpa decesserit ille heres esto, quæ substitutio tantum locũ habet in militie. de hoc in l. pcibus, C. de impu. & ali. substi.

SVBSTITVTIO breuiloquia siue reciproca est quæ continet duas uulgares, & duas pupillares substitutiones, ut duos ĩpuberes institui a patre qui hẽt eos in ptãte inuicem substituũtur hoc mõ. S & T. filios meos impuberes mihi instituo heredes, & eos inuicẽ substituo. Vnde quia continet expressam pupillarẽ si aliquis prædictorũ decesserit in impuberi etate, mater impuberis decedentis omnino repellitur, & succedit substitutus. & hanc substitutionem lex appellat reciprocam, & omnes quatuor expresse sunt.

SVBSTITVTIO exemplaris, uel exẽplaria est ꝗ fit a parẽtib. utriusque sexus, filio furioso uel mẽtecapto.

Et

Et dicitur exemplaris, quia fit ad exẽplũ pupillaris substõnis, quia sicut pater prouidet filio pupillo qui testari non potest de hærede. ita prouidet filio mentecapto uel furioso,& hoc modo. Te filium furiosum uel mentecaptum mihi heredem instituo, & si decesserit furiosus uel mentecaptus antequam ad sanam mentem peruenerit, substituo ei talẽ filium suum uel fratrem uel aliquem alienum si deficiat filius uel frater.

SVBSTITVTIO obliqua siue non directa & fideicommissaria est illa, quæ fit per fideicõmissum, ut hic quicũq. uestrũ sine liberis decesserit, rogo eius portio ad superstitem perueniat,& qñ quis instituit hæredem & eius fideicõmittit', ut quam cito possit eius hæreditatem adeat & eam alteri certe persone cui & qñ testator voluerit restituat uidelicet tali die, uel sub tali conditione si decesserit sine filiis, ut si forte in ea conditione fuerit qđ testator magis diligat eum ex testamento eius directo nihil capere possit,puta quia directe & immediate capax non est (qualis est spurius) saltem hoc modo aliquid capiat & consequatur ex hæreditate uel totam ipsam hæreditatem, ut C. ad treb. per totum quasi.& ff. eo. ti. in multis. ll. & in c. Raynutius, & c. Raynaldus. de test. Et nota qđ in substitutionibus fideicommissariis locum habet quartarum deductio, in directis autẽ non c. si pater. de test. lib. 6. ubi est casus.& ibi uide gl. De his substitutioni. & gl. in c. Raynut. præall.& insti. de uul.& pup. subst. per. tot.

SVBSTITVTVS hęres, require supra hæres substitutus. Et not. ꝙ in omnib. substitutionib. primo præcedere debet institutio sicut primus gradus, & postea poni debet substitutio, ut secundus, hinc est ꝙ dicitur institutus primus hæres & substitutus secundus. l. cum proponas. C. de hęre. institueñ.

SVBASTARI est rẽ uenalẽ proponi hasta supposita quod frequens est circa prædia quæ nũciantur uel cẽsentur fisco uacare, & sic p subhastationem plus offerenti debetur.

SVBSIDIARIA actio. Require supra Actio subsidiaria.

SVPVNCTARE literam est eam dãnare punctis suppositis, ut quando litera superflua inferius punctatur, ut habetur supra in litera C. de uerbo cancellare.

SVBTILITAS etiam de iure canonico commen latur in doctore, & intellige de subtilitate ueritatis inuestigatiua non autem de illa quæ inducit ad perniciem, iuxta illud Teren. Summum ius summa malitia &c. Pa. in c. capellanus. in pen. col. uersi.& ultima de feriis.

SVCESSIO naturalis est ex parte matris, legitima est ex parte patris. ita no. singu. gloss. in l. 1. C. unde uir. & uxor.

SCVLA machina est tractatorii generis antemoni similis de sucula meminit Vlpia. in l. sed ad des. §. illud nobis, ff. loca. & Cato de re rustica. in instrumento torcularis, tradit esse debere suculas quinque, funes ductarios per quinque trochleas decem.

SVCESSIO quandoque fit de capite in caput, & quandoque de gradu in gradum secundum Azo. in sum. de succesio. edi. C. & ff. eodem titu. l. 1.

SVCESSIO de capite in caput est cũ deficiente primo capite liberorum oritur secundum caput agnatorũ, & isto deficiente succedit tertium caput cognatorũ, & cognatis defi-

cientibus succeditur quarto per ordinem unde uir & mulier uel uxor ut C. in ti. unde uir & uxor in auth. præterea.

SVCCESSIO de gradu in gradum est quando plures persone sunt in eodē capite in diuersis gradib. nam prior, alter aposterior, nam priore repulsa spe uel repudiatione sequēs succedit, ut ff. de succ. edi. l. 1. & C. eo. ti. p Az. in sum. Et ad pleniorem. s. doctrinā successionem ab intestato, sit est distinguendū, aut dubitatur qualiter descendentes succedant ascēdentib. aut qualiter ascendentes descēdentib. aut qualiter collaterales collateralibus. Primo casu aut supersunt legitimi naturales, aut legitimi tm̄ aut adoptiui aut naturales tm̄, aut nati ex illicito coitu ut spurii &c. Si legitimi & naturales, aut supersunt tm̄ filii primi gradus, aut ulteriores. Primo casu, aut oēs emancipati, aut omnes in ptāte sunt, & tunc iure ueteri & nouo succedūt equaliter sublata diferentia sexus, ut l. 12. tabula. & instit. de hæredita quæ ab intestat. deferat. §. emancipati. C. de suis & legitimis hæredi. lege ultima, & authentica in successione ibidem. Aut supersunt quidam emancipati, & quidam in potestate, & tunc iure ueteri digestorum uocabantur emancipati de iure prætorio existentes in potestate, & de iure ciuili omnes equaliter, licet diuersis iuribus uocarentur. C. de legit. hæredi. l. nemininus. ibi, cum igitur prætorem filium emancipatum &c. ff. de bonor. possess. l. sed cum patrono. §. bonorū. in iure uero authenticorum uocabantur etiam emancipati cum suis equaliter, ut in auth de hære. quæ ab intesta. defer. §. reliquum ibi in illa &c. Si uero supersunt ulteriores, aut erant concepti uiuente eo de cuius hæreditate agitur aut eo mortuo. Si eo uiuente aut nascuntur eo superstite per quem coniunguntur, & constat eos excludi si uelit ille adire hereditatem, quia præcedit eos in gradu. Sed si nolit uel non possit quia moritur antequam adeat uocantur ulteriores per eum coniuncti, & soli in eodem gradu uocantur equaliter, sed cum patruis uocantur in stirpes iure ueteri & nouo. Idem si nascuntur mortuo patre, quia paria sunt eum esse mortuum & repudiare, & moriatur antequam repudiet. Si uero erant concepti mortuo eo de cuius hæreditate agitur, nec prætorio nec ciuili iure uocantur nec excludunt sequentes, ut hæc omnia euidenter probantur. C. de suis & legiti. hæredi. l. nepotes, & in authenti. in successio, ibidem præallega. l. & insti. de hæredita. quæ ab inte. defe. §. cum filius. & in authenti. de hæreditate quæ ab intestat. §. reliquum, præalegat. colum. nona & ff. de iniusto rupto & irri. testamen. l. si quis filio. Sane tamen hæc intelligūtur esse uera non equalitate tit. C. de his qui ante aper. tabul. unica, & de cad. tollen. l. 1. §. in nouissimo. eo casu quando ius competebat adulto filio. ut C. ad senatusconsultum orficianum. l. ult. prædicta procedunt si nascuntur eo existente in ptāte per quem coniunguntur. Si uero sit emancipatus, & nepotes reponantur. i. remaneant in potestate eius de cuius successione tractatur cōsiderato iure ciuili antiquo præferuntur nepotes. sed per editū de coniungendis eum emancipato liberis eius uocatur simul, & tantum consequitur filius, quantum

Duorum ſolidiſsima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error tibi propono, ut illos eligas tanq̃ principatum tenentes inter commentatores iuris. ſ. Io. An. in iur. ca. & Bar. in iur. ciui. Illi ſunt tibi colendi. ſup ceteros. Io. An. in iur. tan. ceterie præferendum eſſe ordine & emolumento exclamat Car. Flo. in prohe. cle. dicit. n. ꝙ ſapientiam canonicam adeo locupletauit ſuis cõmentis, ut a centum annis ſimul oẽs commentatores relique non equa commentauerint & merito datur ei principatus, ut eius cõmenta textui ſint appoſita ſexti & clementinarum Recolo etiam ꝙ ipſe idem Io. And. in addi. Spe. in tit. de fil. presby. dicit ſibi puerò fuiſſe reuelatum a quodam religioſo uiro ipſum illuminaturum ius can. Bar. ẽt in iure ciui. fuiſſe principem quis negabit? Huius dictis ſemper ferre in eſſe cauſam ueritatis re ipſa patet. ut põtanus exclamat conſ. 417. Propterea in Hiſpania & luſitania decre. regio. & con illarum partium eſt ſancitum cõſtitutione publica (ut alias audiui a quibuſdam auditoribus meis illarum partium) ꝙ in caſibus in quibus reperitur contradictio doctorum, opinio Bart. præualeat tanq̃ principalior, & ſecundum illam iudicetur. Si Hiſpani tñ deferunt Bar. nos Italici quid faciemus. Intrepidi ſua ſcripta curemus habere ſcire, imitari, quia Bartoliſta optimus iuriſta cenſendus eſt.

Sextũ documentum principale.

CONGRVIT utilitati ſcholaris, ut doctorem & præceptorem ſine intermiſsione audiat, Vnde Lauren. antiquus doc. in d. cle. 1. de magi. & Guil. de monte lau. & d. l. Cardi. Flo. & d. Go. perreianus exclamant contra ſcholares capitoſos, non intrantes ſcholas, qui quadam capitoſitate credunt plus addiſcere quam ſi a docto. docean tur, quod dicunt in uanum, cum ſenſus auditus aptior ſit ad percipiendum, & memorie tradendum quod uerbali uoce traditur, q̃ in ſcriptis, uel ſit nequam uiſus, uel alius ſenſus. 44. diſt. ſit recto. Zenzel etiam dicit ibidẽ, ꝙ requiritur inſtructio a uoce magiſtra. Primo eſt tẽpus tacendi, poſtea loquendi. Eccleſiaſtici 3. & ueritas prius addiſcitur a magiſtris, poſtea docetur. 16. di. §. ecce ſuer. hinc etiam Salomon, unde Hie. ad ruſticum mon achum dicit: Non ingrediaris abſq. doctore uiã, quam nunquam ingreſſus. 16. q. 1. c. ſi clericatus.

Nec ſufficit ſcholarem moram trahere in ſtudio, niſi ſtudeat. 16. q. 1. c. generaliter, & in c. cum ex litteris de in integ. reſt. nota. Hinc dicit Hoſt. in c. ſi. de magi. & Io. de Lign. in proe. cle. ꝙ ſcholares habitu & non actu non ſunt appellandi ſcholares, quinimo fortius dicit

Domi. de san. Ge. in proe. sexti do. Ab. in c. 1. in fi. de iud. ꝙ scholares solo habitu possunt puniri tanꝗ mendaces, bene facit gl. 37. q. 5. cauer. & ꝙ doc. not. in l. qui sub prætex. C. de sa. san. ecc. uide circa hæc quæ dixi & q̄no. in l. 1. scrinia rios. C. de rest. mi. do. Paul. de Cast. etiam exclamat contra scholares intrantes cōtinue. in l. frater a fratre. ff. de cond. ind. Viua enim uox multum imprimit, quia habet nescio qđ latentis energie ut inquit Gre. in proe. bibli. Pli. etiam in quadā epistola primū nepotem exhortatur, ut audiat uocem magistri.

Ab istis excipiendi sunt scolares prouecti & proximi cingēdi quia aliqñ ruminant in studio camerario quæ didicerunt aut per se student quæ non leguntnr in scholis.

Quisquis sibi proficiat prout sibi no uerit esse consultius. Caueat tñ ne decipiatur a pigritia uel alia causa.

Septimū documentū principale.

SCHOLARIS diligens & intrans instituitur ut seruet hunc modū, ut cum audit doctorem non numeret regulas, non faciat castra in mar ut dicit glo. in l. 1. C. de stud. li. urbis rome. deinde scđm Mart. de fa. in d. epistola. hoc seruet, ut, casum ad totam & ad quā licet partē licere concordet & non credat se intelligere si aliquam particulam non intelligat ad plenum & uideat si lex pertinet ad rubricam, deinde ipsius casus, & quare sic statuta fuerit consideret rationem, & soluere contraria causas solutionis diligenter attēdens de qua fonte procedant. Cur & sibi ex se inuenire similia, ex generalibus non inhereat multitudini, nam uel duas leges de generalibus quæ melius id expriman: memorie commendando, & illas quasi unicas gemmas teneat & amplectatur. Tēpus non perdat in litera commendando memorie, sed intellectui, & ubi & quare, sub tali. ru. sint posite contemplando studeat. Demum in cor suo concipiat si aliquem casum audiuisset uel sensisset cui decisio illius legis possit applicari, & illū casum auditum quasi præfigurationem illius legis habeat. Cæterum dum uigilat in lecto, ruminet in corde dicens tot leges & sic incipientes habuimus ex quibus in effectu istud reportauimus. aduertat etiam dum legit legē, an super illa possit formare aliquam quæst. per quam possit legem ad incomueniens reuocare. Tandem quærat ueritatem & equitatis & iustitiæ sit semper amator. hæc Mar. in epistola præal. Sed in præmissis aliqñ clarius loquar cum inualuerit iste mos dandi in scriptis, & multiplicati sunt infiniti cōmētatores uarie loquētes, quid fiendū? Dicet intra se diligens auditor, si recollectis institero, ergo confundor, si non istādum in illis, ut quid perdimus illus tēpus? malo domi studere cum uno cōmentatore præcipuo puta Bar. uel cum intra uero, nolo scribere respōdeo. Super oīa consultus est intran: pp impressionem uocis magistri, ut si. dixi in serto consi. Item si stas in scholis consultius est scribere relectos. §. nullus enim liber est tam malus quin aliquid boni habeat, ut dicit Plin. lib. 3. epistolarum episto. 5. ipsa etiam scriptura facit te olfacere omne minimum uerbum. Præterea multo magis (ut uulgo dicitur) uiua uox afficit, non licet acriora sint quæ legis, altius tamen in animo sedent quæ pronunciatio uultus, habitus, gestus etiam dicentis affigit, ut dicit Pli. secundus

In epistole. 3. secundi li. Cum āt domum redieris, & uolueris stude lectionem nimis tex. legas & lectites ut imprimas, magis. n. firmū & stabile est qđ repetita, probauit lectio, ut dicit tex. in const. cord. C. de emē. iust. codi. Casum figurabis litere & intellectui doctorum congruentem, deinde iterum resumatur tex. & notando singula uerba, & partes, postq̄ adaptaueris ad reb. & quæsieris rōnem dubitandi, & dedicendi colliges sextualia, & notabilia q̄ docto. inde eliciunt, & conaris etiā tu scire euellere aliqđ ex illa litera. Et hoc potissimum & primatum in nouitio. Et cū hoc feceris, surgas cum intellectu, & calcules tecum, dicens, ex ista. l. in effectu habeo hoc non dignum, & illud cōmenda memorie non de uerbo ad uerbum sed sufficit in effectu & hoc sufficeret nouitio, nec ultra ne si pergas sentiat stomachum oneratū, quia fragilis hoīum memoria sepe aliud nouū q̄rit, aliud iā quæsitum amittit, ut dicere solebat senec. Quod si intellectus tuus & memoria sit capax ulterioris inquisitionis, capias gl. illas & explica opponendo uel q̄rendo scđm modum q̄ dat. Bar. in l. petens. C. de pac. & ibi dixi. & tandem calcula gl. si aliquid habeat non dignū & illud assigna memorie, & semper habeas ante oculos monitiones Senece quas uidisti supra. in 5. conf. tibi dato. Circa recollectarum tuarū usum do tibi hoc consil. ut recollectis q̄ non uersatur circa legem tuam & intellectum & notabilia & necessariam declarationem legis & glos. licet extrauagantur cum floribus uariis singularium dictorum aliquando recollectorum & principaliter extra rem, non inhereas, dū es scholaris quouis mō ista sint uaria, quæ licet delectent, inquinant. Et docto. qui ista tradunt consultius fecerunt, si comitterent, unde bellissime exclamat Sal. in repeti. l. quod te. ff. si cert. peta. & l. quod nerua. ff de pos. contra illos qui negligunt regulas scire, & implet caput suum casibus singularibus, & peregrinis, quæ doctrina est fallax & periculosa.

Quando uero doctor tuus ordinaret tibi reccollectas claras pro intellectu legis in primis illud uideat oīno nouitius & super textuali intellectu uig l am præmat, oia pertentet reliquum qđ doctor subdit additione, uel cumulando qōnes & dicta reseruet aliud tps postquam erit solidatus in reliquis, & terminis iuris, & hoc mō recollecte ꝓsunt & non obsunt si clare traduntur & nō impertinēter, qñ uero ipertinenter absint oino a te tanquā uenenum.

Quod si diceres noīe melius esset studere cum Bart. tm̄? Confiteor ꝙ Bar. oī tempore oī persone utilis & necessarius est, sed aliqñ breuis aliqñ obscurus, aliqñ non legit legem aliqñ non habetur. Itaq. impleas stomachum tuum bonis cibis & nutritiuis. i. bonis legibus, & reliquis & bonis doctri. cōibus. secundum capacitatem ingenii tui.

Laudo ꝙ tu qui es iam solidatus in regulis iur. & reali cognitione terminorum, & audisti partes quæ ordinarie leguntur, uideas totum corpus iuris cum Bar. & toties facias ut Bar. doctrinas pro uiribus asse qui coneris, & tenere illum in studiis emulaberis, licet illius ingeniis adipisci fecūditatē etiam sperare nimium est, quod dari nisi a deo non potest, sicut in simili de Cice. Dicit Plin. lib. 4. episto. epistola 8. eius tñ Bart. uestigia semper adorabis, ut de Virgi. dicit Statius

in fi.lib. Thebaidos ibi. Nec tu diuinam eneida tenta, sed longe sequere,& uestigia semper adora.

Dixi ꝙ emuleris Bar. nam stultissimum est ad imitandum non optima quæque præponere, ut inquit Pli. 2. 1. epistolarum epistola. 5.& lib.7.epist.9.

Cum Bart. bene uideris, legas alios dignos authores ex his quos supra memoraui, & semper notes & excerpas quæ digna inueneris ut facere consueuerunt oẽs illustres uiri, & tue memorie debilitatem artificio stili & pugillari iuuabis Ad id te inuitat epistola Plinii.5.in lib. 3.quæ incipit per gratū Io.dico ꝙ uideas alios,quia quanto plures respicies tanto magis proficies, quia non est unus quamuis præstat imitandus præcipuus & solus, quia nū quam par fit imitator authori.hæc rei natura est, semper enim ueritate similitudo minor est ut dicit Sene.in prologo declamationum suarum. Præterea sicut terræ uariis mutatisq.feminibus.ita ingenia nostra, nunc hanc nunc illac meditatione recoluntur, ut inquit Plin. lib.12. epistolarum epist.9. quæ incipit quæris.

Laudarem ꝙ nouitius memorie commendaret titulum de uerb. sign. & titu.de re.iur. ff. id regulas iuris de quibus in sexto singulis diebus aliquas nam & animum recreant ipsarum uarietate & plurimum conferunt. Sunt enim principales claues iuris quibus est in hæredum tā quam Bonon. Carocio ut dicit gl. in l. omnis diffinitio. ff. de re. iur. quinimo illas ignorare lata culpa est. Deinde prouectus cum rusticatus aut peregrinatur, potest secum conferre Dynum de reg. iur. quod non puto esse utilius opusculum.2. magis uarium consulat sibi ipsi ul lum uideat authorem ad cuius cognitionem ingenium ardentius excitatur,& per cuius emulationem credat melius legitimos assequi thesauros.

Tempore uacationum repetat quæ audierit,legerit, & commendet memorie ea quæ fuerūt notatu digna.

Fœlix ille cuius memoria fuerit bone fidei,quæ in promptu reddit sibi credita ut inquit Sene. in prologo declamationū suarum. Quod si memoria tua fuerit infidelis custos cōmitas excerpta folio & quicquid dixerit audieris, egerit, in die uesperi commemorabit, ut inquit Cin. in lib. de senectu. & ad hoc studium in secessu habendum uideas epistolam Plinii nonam. lib.7.quæ incipit quæris, quæ est elegans ad hoc.

## Octauum documentum principale.

CONSVLO nouitio donec nouus Iusti. appellatur, idest durante primo anno, ut nunquam curet ad ostentationem arguere, curet scire e potius quam apparerere, discat nō uideri doctus,sed esse quærat, iuxta consilium mortalis uiri Arb. causidici Brixiensis. pars. n. scientie est scire quod nescias. De omnibus sibi ignotis diligenter interroget, quorum possit esse capax. Nam si non purgauerit aliquid erroneum quo ipsum faciebat musare illud inde de continuo transiret in habitum & faceret apostema. i. esset causa multorum errorum ut de Martia. Discendi modus est dun te nescire uidebis. Disce sed assidue,disce sed ut sapias, sumpta parum prodest que mox emitit esca. Bos quibus est pastus ruminat hæc eadem. Quinimo forrasse meli-

us faceret, ſi ſecundo anno quo edictali uocatur, ab agumẽtatione oſtẽdi cauſa abſtineat ille ſolent eſſe fructuoſe cõtentiones quæ ſecreto fiũt inter collegiatos in collegiis ordinis literarii, ut in domo ſapientie ſenẽſis, & ſimilibus, quo ſecreto genere diſputandi nihil ſincerius aut ſimplicius aut melius. Aulus Gel. li. 1. c. 9. ꝙ cum quis exploratus a Pytagora idoneus inuentus fuerat recipi in diſciplinam ſtatim iubebat certum tempus tacere, ſi omnes idem, ſed alium aliud tempus pro æſtimato captu ſolertiæ, ſed non minus quiſq. tacuit quam biẽnium. Reperi etiam ꝙ Hyp. cũ diſcipulos ſuſcipiebat, antequam doceret iuramentum ab eis extorquebat inter cætera, ut ſilentium, ſermonem, inceſſum mãſuetudinem habituum morumque, ſeruarent.

Tertio anno qd̃ papinianiſta, uocabitur, audacter incipiat diſputationis genus ad utilitatem frequenter non ad põpã. Diſputationis.n.multiplex & mira eſt utilitas, ut luculentisſime oſtẽdit eloquentisſime uir Leo. Ae. in opuſculo quod edidit ad utilitatẽ diſputationis.

Quarto anno græco uocabulo ab antiquitate uocabatur hircos in proe. ff. §. ſed quia ſolitum, quod glo. ibi exponit quaſi ſubtiliter uidens quod opinor dictum, quia hircus eſt oculorum angulus, ſecundum ſeruium grammaticum, hinc apud Virgilium. Tranſuerſa tuentib. hircis.i. oculis in hircos, hoc eſt maulos retortis. Vnde ſcholaris qui ſtuduit tribus annis, & inchoauit ſtudere quarto, fortaſſe ideo hircus dicitur, quia ſit conueniens ut oculus habet fixos & ſpeculationi diu intentos, & eundem in locum directos, hoc enim facere ſolent cogitabundi, ut ſupra in domo recolẽdæ memoriæ domini Angeli do. pig. gl. de peruſio de quo ſupra uel ideo hircus, quia ſanguis hirci frangit adamantem lapidem duriſsimum, ſic ſcholaris qui iam tres annos ſtuduit, omnem duram & per difficilem materiam iam tractare poteſt. Eſt enim tempus ſpeculandi & penſitandi. Sic igitur continuatione & colluctatione legali ut cum opus fuerit in corona denique hominum acri magnoque iudicio ab origine cauſiſque primis repetat, diſcernat, expendat, ponderet, colligat, concludat. & omnẽ hæſitationem dubitationem quæ redundatem reſoluat, & audientium animis aculeum relinquat, quo fiet ut in diſputando per uſum qui eſt magiſter egregius fiat in compræhenſibilis lubricus, & ianuam famæ patefaciat per illas actiones. Radices diſciplinæ ſunt amaræ, fructus dulces, ſecundum philoſophum. Patienter igitur ferat omnem laborem, quia labor improb. omnia uincit.

Quinto anno celorite uocantur, ut in dicto proœmio digeſtorum de his nominibus habetur Iac. enim ſciunt colorare uerba cognitis legitimis arcanis eis reſeratis, ſciunt uti legum inductionibus congruenter, quod eſt potisſimum, ut l. non ſolum. §. qui pilum. de excuſa. tuto. ibi recte adaptans omnibus ſimilibus, & iſte inducendi modus imitatione amarum potisſime habetur, & diſputationis uſu coaleſcit, Audi Leonardum in præall. opuſculo de utilitate diſputationis. dum dicit. Nam quid eſt, per deos immortales, quod ad res ſubtiles cognoſcendas atque diſcutiendas plus ualere poſsit quam diſputatio? ubi rẽ in medio poſitam uelut oculi plures undique ſpeculentur,

ut

ut in ea nihil sit quod subterfugere nihil quod latere, nihil quod ualeat omnium frustrari intuitu. Quid est quod animum fessum atque labefactatum ex nimia longitudine otii assiduitate lectionis plerunq. fastidiente magis reparet atque redintegret quam sermones in corona cetuque agitati. Vel gloria si alios superaueris, uel pudore si superatus fueris, ad legẽdum atque per discendum uehemẽter intenderis. Quid est quod ingenium magis acuat, quod illud callidus uersutiusq. reddat quam disputatio, cum ibi necesse sit ut momento temporis ad rem se applicet, uiq. uerborum reflectat, colligit concludat, ut faciliter intelligi possit hac exercitatione exercitatum, ad cætera discernenda fieri ueIociorem. Paulo infra subdit. Itaque ego qui uestre utilitatis sum auidus, quinq. uos quam maxime florentes in studiis uestris uidere cupiam, non iniuria uobis irascor, si quidem hunc disputandi usum ex quo tot emanant utilitates negligitis. Et enim absurdum est, intra parietes atque insolitudine secum loqui, multaq. agitare si in oculis hominum atq. in cetu ueluti nihil sapias obmutescis. Et quæ unam aliquam utilitatem in se habeant ea magno labore prosequi, disputatiomem uero ex qua per multæ utilitates proficiscuntur summa cum iocunditate, nolle attingere. Nam ueluti agricola improbandus est qui cum licere ei fundum uniuersum ex colere solitus quosdam steriles erat partem uero quampiam eius fundi pinguissimam atque uberrimam relinquit incultam, sic reprehendendus est is qui cum omnia, studiorum numera adimplere possit, cætera quanuis leuiora accuratissime obiit, disputandi uero exercitationem, aspernatur & negligit, ex qua tot fructus colliguntur uberrimi, ut per eum ibi latius. Et hoc est quod dicere uoluit iurisconsul. in l. numerum. §. mixta. ff. de mun. & ho. ibi Herennius modestinus ex notando & disputãdo bene & optima ratione decreuit.

Nonum documẽtum principale.

TIBI cosulo ut si disputaturus in corona fueris nunquam temerarie illud onus suscipias respondendi de singulis, de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius lib. 8. c. antepe. comedet Gorgiam Leontinum studiis literarum ætatis suæ cunctos præstantem, eo quod primus in conuentu ausus sit poscere qua de re quisquam audire uellet, & ideo ei ) ut idem dicit) uniuersa græcia in templo delphici Apollinis solido ex auro statuam posuit, cum cæterorum ad id tempus auratas collocasset, beatus tamen Hieronymus in opusculo contra Ioannem episcopum Hierosolymitanum, Origenis. s. assertorem sic inquit Gorgiam Leontinum cuncti philosophi & oratores laterent, quod ausus sit publice cella posita polliceri responsurum se de qua quisque te interrogare uoluisset. Sed de nouissimus agamus. Tempore quo illustris do. Bal. de Petu. legebat Papiæ. quidam do. Philippus de Rogio qui fuerat doctor omniũ fere illorum doctorum Parisiensium, & apud eos erat maxime autoritatis cum multis annis postea legesse Paduæ rediens Papiam, in principio sui aduentus publice pollicitos est se uelle respondere de quolibet in materia ultimorum uoluntarium. Dominus. Bal. in præ-

sens interrogauit eum dicens. Vbi habemus nos substitutio uulgaris facta in legato ꝙ non cõprehendat nisi casum si uoluerit & facta in hæreditate comprehendit casum si noluerit uel non potuerit uti. l. cum proponas. C. de hær instit. Breuiter ille dominus Philippus obmutuit. & Bal. tunc aperuit librum, & legit tex. legis, pater seuerinam, ff. de condi. & demon. ubi erat casus secundum unam lect. unde illi cathedranti resultauit magna confusio. Hoc refert dominus Paulus de Castro in dicta l. pater seuerinam, dicens. Caueas a talibus actibus præsumptuosis, quia solus Deus nouit omnia.

Decimũ documentum Principale.

CONSVLO scholari quod in dispu tando solis textuum allegationibus inhærat, non ut quidam inexperti faciunt, aut qui arguendo glo. allegant & doctores absq. iurium allegatione, illo enim nihil apud doctos ineptius, contra istos exclamat. Glos. in l. 1. sed licet. ff. de offic. præsidis si uolueris apte arguere in forma legistis, congruente utaris argumentandi modis quos edidit subtilis docto. Iacob. de Butr. uel illis quos edidit Albericus de Rosare uel illis quos Bal. inseruit in conuenticulam. C. de episco. & cleri. Si uero fueris responsalis, tunc ut facile declines omnia argumenta tibi facta uideas Odofredum in proemio digestorum. in princi. & ibi Bald. qui mira quadam dexteritate instruit omnem argumentandi uim altero de tribus modis posse repelli & declinari, scilicet per aliter & aliter, per aliud, & aliud & per secundum quid non simpliciter quod qualiter intelligatur & practice adaptandum sit bellissime explicat ibi Bald. quem omnino uideas. Hæc si seruaueris optima quoque iudiciorum tam athleta quam gubernator euades in omni euo locoq. felix, ut dicit tex. in d. proe. ff. orum §. discipuli. faciliusq. continget. si patriam propriam fueris egressus gratia studiorum, nam in propria patria multa fuerunt, ut dicit dominus Simon de Bulsiano Cardina. Mediol. in proem. clemen. & si egredi decreueris, & eligas locum ubi sint celebres doctores, & ubi sit numerosa multititudo scholarium, prout erat Bononiæ tempore domini Azo. quo tempore ibi erant decem millia scholarium, ut Azonis refert Odof. in authen. habita. C. ne filius pro patre, refert quod semel propter multitudinem magnam orta contentione inter scholares Lombardos & Thuscos ciuitas fuit in magno periculo, nemo enim poterat coercere illos, & ut facilius coerceri possent in futurum de concordia, tunc renunciarunt priuilegio iudicum, de quibus est dicta authentica, & in criminalibus se submiserunt iurisdi tione potestatis.

Facio igitur finem, Quo præmisso, licet prædicta parua sint & talia quæ auribus & ingeniis uestris cultissimis tanquam puerilia) non dubio) & diminuta uidebuntur, aut fortasse non carentia rubore, & cum ego ipse alterius consilio in prædictis & aliis indubitanter indigeam, sed tamen sincere loquutus sum quasi mecum loquens. uos diligentiam uestram omnem sinceritatem & ineptitudinem emendabitis & melius reformabitis po tissime cum omnia prædicata absque diligenti præmeditatione ediderim.

Compilatio iuris ciuilis.

VERVM quia supra in 3.consilio dato dictum fuit quod discipuli dicunt amare præceptores ut habetur etiam apud Quintil. lib. 2. institutiones oratoriæ ubi dicit.discipulos moneo ut præceptores suos non minus quam ipsa studia amēt, eosque parentes existiment non quidem corporum sed mentium plurimum hæc pietas discipulis, proderit, nam ita & libenter audien.& dictis credent & similes fieri concupiscent. sicut leti & alacres in conuentu aliorum emendati.non irascantur laudati gaudenti,nam ut illorum officium est docere,si horum prebere se dociles. Doctrina enim coalescere nequit nisi sociata tradentis atque accipiētis concordia.

Cum sim utilitatis uestræ auidus, & optem quod per uos facta sint bona fundamenta, & ab origine causisque primis intelligatis ut dicitur.in l.i.ff.de iust. & iu.uisum est in signum mei in uos animi aliqua præmittere acuentia ingenium quę non reperieris alibi tradita. & paucis sunt nota, & quæ ignorare est lata culpa, scire plurimum affert decoris, ne illotis manibus templum sacratissimum iustitiæ opus C. & ff.ingrediamini, ut in l. i.ff. de orig.iur iuncta l.i.§.has itaque. C.de ue.iur.enucl. Videamus ergo quæ sit causa efficiens, materialis, & finalis libri.C.& ff. in hac scientia legali.

Quidam(ut Azo.) dixere quod causa efficiens libri. C. eum Iustinianus Imperator.Alii dixerunt quod fuit ipse Deus, cuius minister fuit Iustinianus,& hoc not.in authen. de here, & fa. in rubri. hoc probari uidetur ex eo, quia lex est inuentio & donum Dei.l.2. ff. de legib. Item leges fuere per ora principum diuinitus promulgatę.ut l.2. C.de ue.iu.enuc. & l.fi. C.de præscri.temp. & hoc tenebat antiquus doct. Iac. de Ranignei. Lotoringus glossator uester Accur. breuiter,se expediuit, dicens una cum Azo.quod causa efficiens fuit imperator. Iustinianus ut no. in ru. ff.de iureiur. Tertii quidam nituntur conciliare, dicens quod causa efficiens potest considerari tripliciter.s. prima,remota, magis remota. Causa efficiens proxima primi uoluminis.C.Iustiniani fuerunt illi decem illustres compillatores qui numerantur in prima & secunda cōstitutione Codicis.s. Ioannes Leontius.Phocas,Basilides, Thomas,Tribunianus. Constantinus. Theophilus,Dioscorus, & præsentibus.Isti commissione domini Iustiniani compillauerunt primum. Iustinianum. commisio eis data patet in prima costitutione.C Confirmatio uero dicti.C.ad illis compilati patet in secunda cōstitutione illius uoluminis.

Causa uero efficiens. proxima. C. emendati.i.codicis repelite prælectionis quem hodie habemus, fuerunt quinque illustres uiri ab eodē Iustiniano electi scilicet Tribunianus, Dorotheus, Mena, Constantinus,& Ioannes, ut patet in constitutione quæ incipit cordi.C.de emē iust.codic.

Causa efficiens remota fuit Iustinianus Imperator, cuius autoritate compillatio facta fuit, & qui post compilationem confirmauit. ut patet in dict i.consti.& 2.& 3 & in l.2 omnia enim C.de uet.iur.enucl.Iste Iustinianus Imperator fuit. 14. in Oriente.

Cucurrerūt ab urbe cōndita usque ad tempora sui Imperii, secundum

dum computationem quem puto ueriorem mille & quadrigenti pene anni, ut exprimitur in l.i.§.cum quæ hæc materia.& 2.in prin. uer. erat enim mirabile. C. de uete. iu. enuc. Ab urbe uero condita usque ad aduentum Christi currerunt anni septingenti quinquaginta ut patet in chronicis quas ueriores puto. Ab aduentu uero Christi usque ad tempora Imperii Iustiniani prædicti cucurrerunt annos sex centi quadraginta septem uel circa assumpsit Imperium præfatus Iustini.die.i. Apri is anno domini nostri Iesu Christi.607.indicto. 5. ut probatur in auth. ut præponatur nomen Imperatoris. §. si qua uero,& ibi notatur iuncta data de qua in 2.3.constitutio. C.& leg.2. de uete.iur. enuc.si recte inspiciantur.Imperaui autem annis.xxxxix. fuit,iste Iustinianus positus in cathalogo sanctorum,ut refert.Bart. in i.rubr. C.& in proemio. ff.uetu. super prima rubr.Cæterum insignis docto. dominus Ioan. Fabri aquitanicus super rubr. proemii institutio. dicit se uidisse nomen Iusti. scriptum in cathalogo sanctorum calendis Augu. Gennadinus etiam qui prosequutus fuit libellum. Hieronymus de uiris illustribus ecclesiasticis ponit Iustinianum inter illos. Quod ad sacras.ll.attinet notandum quod Insti. Imperator in primordio sui Imperii commisit præfatis x.illustribus uiris,ut uisis antiquis codicibus Gregoriano,Hermogeniano , & Theodosiano , multis constitutionibus extrauagantibus a Theodosio Imperatore & successoribus factis nouum codicem Iustinianum ederent & hoc patet in prima constitu. C. sed rub. de nouo co. facien. & colligitur ex constitutione 3. quæ incipit cordi ibi, primordio nostro. Supradicti.x. illustres compilatores.C. Institu. ediderunt illum anno 3. Imperii domini Iustiniani, tempore consulatus Decii , anno domini nostri Iesu Christi 649. indictione . 7. Et eodem anno . 5. idus Aprilis,i.nona die Aprilis dominus Iustinia. illum codicem confirmauit, ut probatur in titul. C.de iust.codi. confir.in fi.constitutioni ibi posito,iunctis his quæ præmissa sunt.

Post hæc Iustinianus Imperator uertens animum ad enucleanda infinita , & immensa prudentia ueteris uolumnia , commisit sex illustribus uiris , uidelicet Tribuniano,Constantino , Theophilo,Dorotheo,Anatholio,& Cratino , ut una cum aliis. 11. doctissimis uiris excellentissimis causarum patronis apud partes Orientales , uidelicet Stephano,Menna , Prodocio , Entalino , Timotheo,Leonide,Leontino,Platone,Iacobo,Constantino , & Ioanne legerent immensa prudentie ueteris uolumina , & sub compendio redigerent in unum codicem distinguendum in quinquaginta libros , communem Romanam sanctionem continentes quæ ab urbe condita,& abromuleis descendit temporibus, iam confusam per tanti temporis lapsum ,& tot uentorum dispersa uolumina uno codice indita ostenderent,fuitque his data a Iustiniano amplissima authoritas corrigẽdi,ac diminuendi , ut probatur in l.i.C.de iu.an. Tandem iste tribunianus magister huius operis legitimi,una cum aliis.16.prætenominatis compillarunt enuclearunt ex immensis petrum uolum inib. pãdectas & digesta,uidelicet.50. libros ffrorum,quos hennus , quod opus

uelut sacratissimum templum con secrauit dominus Iustin. approbauit & confirmauit anno. 8. sui imperii.& 3. consultatus fuit anno domini. 654. indictione .12. tertio calend.Ianuarii, id est pen. die Decembris, ut ipse Iustinianus atte statur in l.per C.de uet.iur.enu. c. ult.§.leges autem.

Hic notandum q̃ ideo semper tribunianus præfuit ut magister legitimo operi prædicto tum quid ultra legum peritiam, experientia rerum decoratus erat, tum quia antique sapiente librorum copiam ipse maxime præbuit, in quibus multi fuerunt etiam ipsis eruditissimis hominibus incogniti, ut dicit tex. in d. §. 3. præsenti autem.

Estque singulariter aduertendum ad unum quod dicta antiquitas commentatorum iuris nostri ignorauit quod cõtinebant dicta ueterum im mensa uolumina pene tricies centena milia uersum. & duo milia librorum. ut d. lge. 2. & in proem. in stit. & ff. ueter. Digesta noua qua hodie habemus iurie enucleati, continẽt. pene. 150. milia uersuum, & l. libros, ut d. l. 2. & in aliis locis præal. Vellent scire quidam hoc dictum. Accursus glossator qui omne uerbum fforum glossauit illud exponit uersuum. i. legum seu paragraphorum aut rñsorum, quasi senserit quod hodie digesta quæ habemus contineant. 160. milia legum uel paragraphorum uel rñsorum.

Aduerte quia Accur. noster qui affirmauit se succurrisse tenebris iuris ciuilis, ut dicit in leg. facta. de a trebel. in hoc passu adduxit tenebras hoc tibi demõstrabo ad oculum, uoluit alias numerare omnes leges fforum quæ habemus uidelicet. ff. ueter is, fortiati, & ff. non Comperique in ff. ueteri sunt duo millia non ingenta decem & octo. In inforciato sunt duo millia ducẽte triginta quatuor. In ff nouo duo millia noningente oçtoginta tres. Et in summa leges digestorum. uidelicet omnium quinquaginta librorum sunt. 8.1125. Vnde patet manifestissime, quo Accu. noster in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incaute glossam super hoc faciens.

Cogitabam alias quod exponi debuisset uersuum. l. lineatum fecit periculum & numerum literarum ff. ueteris in fortiati. & ff. noui reperi hoc esse uerissimum, nam secundum cõputum meorum textuum repe. ff. uetus constare ex quinquaginta milibus uersuum. i. lineatur. infortiatũ constare ex 39. milibus, & quingentis uiginti lineis. ff. uero nouum ex 44. milibus linearum. unde ipsum omnes quinquaginta fforum. libro. constan. secũdum uolumina mea ex 139. milib. uersuum, id est linearum & quingentis uiginti.

Opinor quod si quis computaret numerum linearum pandectarum, quę sunt Florentię, quod facile fieri per numerationem quinternorum et nu merum chartarum, & per lineas unius lateris inueniret illa constaret ex. ol. pene milib. uersuum. i. linearum ad hoc neminem reperi ante hac aduertisse. Sed accuratius inuestigando quæro a te quid uult dicere te. dum dicit quod olim erat tricies centena milia uersuum, hodie uero centum quinquaginta. Diceres fortasse quod olim erãt tercẽtena. i. trecenta milia uersuum, hodie uero cl. Cogita quid dicas nam cum olim esset duo milia librorum hodie uero 50. libri. & sic fit quadragesima pars respectiue ad conputũ librorũ ergo respectiue ad numerum uersũũ erit dimidia pars, & ideo

ideo expone tricies. i. trigenties si cut uicies.i.uiginties,nam sciendum ꝙ omnia quæ sunt supra cum centum syncopantur, ut terceni.i. tercentum ducenti.i. ducenti, quadrigeni.i. quadringenti intra centum uero non syncopantur ut quinquies,septies,decies,centies, ducenties,trecenties,millies, decies millies, uicies millies, & ita deinceps cæterum ita reperi exposita illa uerba tricies & uicies a Prisciano in opusculo de numeris. Similiter exponit eloquentissimus uir Laurentius Valen.Roman. in lib. 3. de eleg.lingue latine, sub rub. de numeris. Olī ergo erant tricies centena milia uersuum,hodie centum quinquaginta milia, & consequenter ex.20.partibus una est compendium digesto. quæ habemus quo ad linearum numerum quod singulariter notabis,quia non reperi hoc expositum ab aliquo iurista de quo plurimum minor.

His incidenter intermixtis quæ non sunt extra rem sed ex re, ut no.in l.i.super uerbo bene. ff.si cer.pet. Respondeo ad rem,& dico quod Iustinianus cum edidisset codicem Iustiniani & deinde digesta, ut prędixi, componi fecit institutiones quas habemus a tribuniano, Theophilo,& dorotheo, ex institutionibus ueterum, & commisit inseri in illo libro institutionum ea quæ per constitutiones Iustiniani emēdata essent,& ita factum est, Fuit autem consumata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis. ut dict. l.2. omnia igitur. Post hæc ad unum aduertens Iustinianus ꝙ an.3.sui imperii ediderat codicē, & demu dig.sta & institutiones ann.8. sui imperii.ut predictum est,eundē codicē quē fecerat primo componi a decem illustribus uiris prænominatis, fecit relegi, & iterum edidi propter aliquas constitutiones de nouo factas super quinquaginta decisiones quas iussit inseri. Et hanc secundam editionem. C.quæ dicitur repetita prælectio, commisit quinque illustribus uiris, uidelicet Tribuniano, Dorotheo. Menne, Constantino, & Ioanni, & facta fuit dicta secunda editio. i. codex emendatus domini Iustinian.repetite prædictionis quem habemus. Item confirmatus a Iusti. prædicto imperii sui anno x. & tempore sui quarti consulatus, & quam paulini, anno domini 656. indictione 14.4.Cal. Iannarii id est 28. die decembris ut probatur. C. de emendando Iustinia.cod. in constitutione cordi.iunctis præmissis.Et hunc C.iussit appellari C.domini. Iustiniani,repetite prælectione ut in dicta constitutione cordi. Et ita dicta est prima rubrica. Ideò autem dicitur codex repetite prælectionis,nam apud ueteres quando post primam editionem fiebat secunda editio, appellabatur a ueteribus repetita prelectio, ut colligitur ex libris Vlpiani ad sabinum, & exprimitur in dicta constitutione cord. uer.in antiquis etenim. Et ideo dicitur repetite prælectionis. i.secunde editionis,quia præcedens lectio,id est prima editio fuit repetita.Protestatus etiam fuit iustinianus quod si post ea nouas constitutiones ipsum facere contigeret,illas congregabit in libros quā appellabitur liber nouellarum constitutionum,ut patet in eadem constitutione uer.hoc etenim. Suadente postea uaria rerum natura Iustinianus multas constitutiones nouas fecit, numero centum uel circa, quas hodie insertas habemus in li.auth. quæ fact e fuerunt ab eo (ut

(ut opinor) anno 11. sui imperii anno domini 657. ind 15. ut colligitur ex text. in auth. ut præpo. nomen impera. §. si quæ uero iunctis aliis præmissis. Hoc notandum quod ex eo quod imperator (ut paulo ante dicebatur) dixerat quod appellaret librum nouellarum consti. s. quem postea ederet ꝙ Irnerius dicebat librum auten. quem habemus non fuisse iusti. qa non appellatur nouellarum, sed auten. adducebat Irnerius rationes quas ponit glo. in d. constit. cordi super uerbo congregationes & idē dicebat Placentinus, ut refert Bal. in l. humanum c. de leg. Io. uero antiquus glo. dicebat contrarium per tex. in d constitutio. ne cord. scilicet quòd liber autenticorum fuit Iustiniani, & cum hoc transire uidetur gl. ibi. & in d. l. humanum. C. de legi. & Bal. in d. l. cor. & Cy. & Bal. in d. l. humanum. Et ita tenendo procludubio patet ex supra scriptionibus cuiusque tituli, & ex data in multis titulis, & nomina ipsius in tit. ut præponatur nomen imperatoris. & in ti. ut iudices sine quoquo suffragio, & ī tit. iusiuran. ꝙ præstatur ab his & miror ꝙ de hoc aliquis unquā dubitauerit. Ratio tñ dubitandi potuit oriri ex eo quia fertur reperiri quendam librum qui dicit liber nouellarum, quem dicunt continere easdem constitutiones quas continet li. authen. licet in aliquibus sit uarians de quo li. nouellarum mentionem facit glos. in in aut. hoc amplius C. de fideic. & do. in aut. res quę C. communia de leg. unde egregius commenta. Albericus de rosate bergomensis quē refert dominus Raph. ful. in auten. hoc amplius C. de fideicom. dicit quod liber aut. quem habemus excerptus sit ex libro nouellarum, ut compēdiosior fieret. Vnde dicit ꝙ liber nouellarum erat multum prolixus dicit dominus Rapha. se nunquam uidisse dictum librum nouellarum, dominus Pau. de Cast. in d. auten. hoc amplius, dicit ꝙ liber nouellarum fuit extractus de li. auc. per breuiora uerba & magis apta. Itē dominus Pa. in d. auten. res qui dicit non esse standum illi textui nouellarum q̄ textui auten. contradicit, quia de fide illius operis dubitatur. Bal. ēt in d. auten. hoc amplius dicit ꝙ ṗualet ti. aut. & quod ille liber nouellarum non legitur in scholis. Sed ibi reliquit nos in certos, quis liber corrigat aliū uel liber nouel. uel liber auten. Ego semper credidi & semper credam (donec constat de contrario) quod liber nouel. tāquā de cuius fide dubitatur, & qui per studia uniuersalia non uersatur, sit respuendus, & quod li. aut. sit liber constitutionū a Iustin. edtus, & ideo illum glossauit Accur. & etiā super illo fecit summam Ioā. Basianus Cremonen. & Azo. & illū studia receperunt, & plerique illustres commentatores commentauerunt, ut La. de Bel uisio Bart. & Aug. nec obstat l. humanum. C. de le. nam illa l. fuit imperatoris Valentini, non Iustiniani ut patet ex supra scriptione, ideo gloss. ibi somniauit. Nec curandum de uarietate stili, ꝙ non ipse, sed illi quibus cōmittebat componebant, qui erant alii ab ipsis præmissis cōpositoribus codicis. Adde prædictis ꝙ egregius Docto. Odof. in aut. cassa. C. de sac. eccle. sic ait. Vnum scias ꝙ autenticum quod fuit compositū a Iustiniano habet nouem collationes. Postea quando uenit Federicus minor, misit alias constitutiones ad ciuitatē

illam

istã .s. Bon.ut doc. legũ adaptarent eas singulis legibus sub congruentib.ti. Doc. conuenerũt in S. Petro & aptauerunt. Post ea quid fecerũt dominus Vgo post nonam collationem posuit librum feudorum & omnes const. Federici antiqui & minoris, & aliquas leges Corradi imperatoris, & uocatur decima collatio, sed pauci sunt qui habeant ita ordinatum in libris suis Odo. hæc refert, & eum sequitur Bal. in præludis. feud. in uersi.porro aduertant ignorantes, & moderant sibi labia reprehensores ueritatis,quia ego uidi Odo. ita dicẽtem.Aduertat etiam nouitius quod ante autenticas que sunt inserte C.solet esse scriptum constitut.no. idest constitutio noua.Patet ergo ex prædictis quo tempore fuerit factus li.aur. & qualiter fuerit factus a Iustiniano. Item auten.quæ sunt in C. fuerunt inserte de mãdato Federici secundi qui regnabat anno dñi.1215. tpe honorii tertii itẽ & tpe Gregorii noni, qui Grego.9.decessit. an. dñi 1212. de mense Iulii & deinde, regnauit ipse Inno.4. qui fuit assumptus ann.domini.1244.die.1.mensis Iulii, & attestatur Rofre. in libel. iuris canon. in tit. ne sede uac.& Io. an. eo. tit. in addi.Iste Inn.4.Federi. ecclesiam persequentem deposuit, & imperiali dignitate priuauit an.d.1244 in concilio Lugdonensi, de qua dispositione habetur in c. ad apostolice.de re iud.lib.6.

Est etiam notandum quod cum multa bella fuissent inter imperium & quasdam ciuitates Lombardie tpe Henrici 6. & deinde Federi. secundi minoris, iste Federic. secundus fecit pacẽ cum dictis Lõbard.s in ciuitate Constantie, quæ pacis capitula habentur pro lege & allegantur a doct. in l. imperium.ff.de iure om. iudi. & Alibi Bald. super dicta pace in uersi. uolumus dicit ipsam per lege allegari & consueuit allegari hoc modo,ut in extrauagant. de pace constantie. quam glossauit & commentauit de Odo. deinde Bal. etiam solenniter commentauit reperto in archiuo Bononiensi apparere dictam pacem registratam & dicitur conclusam, anno do.1274. in di.1.an.d.22 seui imperii, regni uero ann. 32.7. cal. Iulii, Hæc ideo fecit te scribere, qa Bal.in fi.dicti commenti dicit istam pacem fuisse factam post depositionem Federici, & tñ concludit pro l.debere seruari, ut ibi uidẽdum. Ista pax deberet esse si uata in fili. seu post alias cõstitutiones eiusdẽ Fede. secũdi in illo li. insertas.

Vidisti quod li.auten. est diuisus magistraliter in ix. collationes, & postea superuenit lib. feud. quem decimam collationem uocamus ut supra dicebant Odofre. & Bart. ponit Bar. super tu.extrauagantis ad reprimendum Deinde facte fuerũt constitutiones ad reprimendum, & constitutiones, quoniam nuper ab imperatore Henrico. 7. ann.do.1308. quas Bar. super rub. appellat undecimam col.& glossa ut illas tempore Caroli.4.seu Ludouici cum fuisset donatus pluribus insignibus & priuilegiis a præfato Hẽrico, & dicta Bar.super dictis extrauagãtibus puto maioris auctoritatis aliquibus aliis dictis eiusdem alibi, quia magi digeste edidit tanquam g o.

Sed dicit aliquis, quomodo tibi constat de tempore approbationis.C. digestorum institutionum & compilationis autenticorum, & aliorũ prædictorum, quo anno domini, quo anno imperii dom. Iustinani

hæc acta sunt.quo consulatu, & qa in dictione? Respondeo ꝙ hæc colligi ex numeratione annorum ab urbe condita ad tempora imperii Iustiniani. Item ab urbe condita ad aduentum Christi. Item ab aduentu Christi ad tempora Iustiniani. Item ex data quæ ponitur in secunda constitutione, & in tertia constitutione uoluminis C. & in l. ii.C.de ue.iur. enu. & ex tempore aperte posito in aut. ut p æponatur & ex computatione chronicarum. Item dicet aliquis. Tu notas tempora consulatus domini Iustiniani imperatoris. Si imperator quomodo consul. si cōsul quomodo imperator? Respondeo quod imperator aliquando assumebat sibi consulatum ut quidam extraneos, & hoc erat quando sibi placebat, ut est text.in aut. de consulibus §. fi.ibi, aduenit autem cum ipse annuerit. & no.glo.in proemio.ff.in fin.glo. Iterum dicet aliquis, tu dicis quod Romana sanctio fuit triennio consumata,ut dicto.§. omni.imo uidetur ꝙ quinque anni sunt lapsi, nam codex primus fuit factus tertio anno imperii,domini Iustiniani. liber uero, ffōrum anno. 8. ut supra est dictum. Glo. aduertens ad hæc in secunda constitutione.C. §. fina. super uerbo optime dicit qđ aliqui opinantur quòd duo anni fuerunt interpositi post compositionem primi codicis ante inchoationē. ffōrū. Alii uero opinantur quod immediate post compositionem C. fuerit inchoata compositione. ffōrum est cum triennio consummata esset biennio fuit super festum antequā publicaretur. Huius rei non habetur certitudo. Credo ergo quod uoluminis causa magis remota fuit ipse deus a quo lex & omnis scientia ut supra dicebatur.

Sequeretur uidere quæ fuerit causa materialis legalis sapientie. Azo. super hoc in summa C. in princi. mulia uerba dicit actiter obscure loquens, ad cuius dicta in hoc oēs refugiunt, uerum quia aliqui mordēt dicta Azonis si uolueritis ista, uidere uidete per Bar. in proemio ff. præsertim in lecturis antiqnis. quæ dicuntur lecture Paduane. Videte etiam Baldum ibidem, & in l. 1.ff. de iust. & iur.& per Io.Fab. in proemio institutionum.

Tertio uidendum esset quæ sit causa formalis librorum iuris ciuilis. Doctores consueuerunt dicere qđ duplex est causa formalis, nam ex parte tractatus est diuisi operis in libros librorum in titu.titulorum in lib. legum.in. §.§.§. orū in uersiculo opus enim constitutionum imperialium,de quibus supra dictum est in duodecim libros digestum est, & conclusum, ut dicit tex.in l. 2. in 2. col. uersic. omnia C.de ue. iur. enu. Horum duodecim librorum nouem sunt inserti uolumine codicis quem habemus tres uero reliqui sunt inserti in libro qui appellatur uolumen.

Constat autem totum ius constitutionum & decisionum imperialium esse distinctum in dictos duodecim libros in rubr. 248. leges quatuormillia quingentas sexaginta duas, Codex uero quem habemus, habet rubr. 3332. leges uero tria milla & sexcentas.8. Illi uero tres libri codicis de quibus in uolumine habent 227. rubr. leges uero nongentas. 54.ff. uetus habet rubr.152. leges uero duo millia nongentas 28. Inforciatum habet rubr. cap. primo leges uero duo millia ducentas triginta quatuor. Digestū nouum habet tu. 172.leges uero

ro duo milia nongentas octoginta tres. Summa ro.ff.484. leges.ff.octo milia centumtriginta quinq. rubr. inst. 99. non computato proemio. rub. autem.99. rub. feudorum quæ habentur 132.

Summa legum. ff. octo millia centum quinquaginta quinque, legum uero C. 12. librorum quatuormilia quingentas sexagintaduas.

Summa omnium legum.ff. & C.& nolum nis ponendo quemlibet titulum institutionem & autent. pro uea lego. 13. milia. 27. & istud est mare per qdod nauigas.

Causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi qui multiplex est diuisionis, ordinis & exemplorum positionis, & regularum traditionis, ut per Azo.loco præalleg.

Quarto loco esset uidendum quæ sit causa finalis,& super hoc dicas, ut per Azonem loco præal. & docto. in dicto proemio.ff. ueteris.

Quinto loco esset uidendum cui parti philosophiæ supponatur iuris scientia, & dicendum est quod ethice, idest morali philosophie. Tractat enim de moribus, ut dicit textus in l.i.ff.de iust.& iur.

Reliqua considerate per uos. & studio inuigileris, ut tandem consequamini quod communiter optamus, quod uobis concedat altissimus Deus. Amen.

FINIS.